


Ex Libris: Francisci Oesterreicher. Ecclesiastici A. 1768.






Acta Utriusque Processus in Causa Canonisationis Beati JOANNIS NEPOMUCENI Martyris



Super
Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum
Uti, &
Super Causa excepto, seu Cultu Publico, huic Beato ab immemorabili Tempore ante Bullam Urbani VIII. Pontif. Maximi exhibito;
Pragæ constructa, Romæ examinata, & secutâ Beatificatione approbata;
In quibus
Vita hujus Thaumaturgi, ejusque gloriosum Martyrium, Cultus ei per sæcula præstitus, ex probatis Authoribus, Juratis Testibus, & Monumentis exhibentur;
In specie
Visitatio sacri sepulchri;
Et quomodo
Incorrupta sacra Lingua (quâ Sacramenti Sigillum frangere noluit) in quartum sæculum prodigiose conservata inventa fuerit;
Quidquid denique inter Promotorem Fidei, & Procuratorem Causæ, actum est reperitur.

Juxta Exemplar Romæ excusum.

VERONÆ M.DCC.XXV.



PRÆFATIO.



EA semper fuit militantis Ecclesiæ solicitudo, ut Sanctorum Cathalogo apostolicâ authoritate adscriberentur, & ad excitandam imitationem statis anni temporibus celebrarentur Christi fideles, qui pro fide, vel Justitia strenuè certantes Martyrii palmam invictâ patientiâ abripuerunt, antequam ad Ecclesiam triumphantem evolarent emeriti, explosâ Sententiâ Tertulliani, Vigilantii, aliorumque Docentium, quòd piorum hominum spiritus, qui & corpore soluti, & nullâ purgatione egent, ad fruendam beatitudinem ante mundi consumationem non admittantur, nec beati, nisi in spe, dici possint, receptâque Sanctorum Patrum, tam Græcorum, quàm Latinorum Doctrinâ, quòd Sancti sint in honore, quies illorum in gloria, profectio hinc in perfectione, Sors in beatitudine, in mansionibus sanctis, tripudium cum Angelis, Diæta in Cælo, gloria in honore incomparabili & perpetuo; dum enim mors infertur, immortalitas sequitur, occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur, vita temporalis extinguitur, sed æterna reparatur, clauduntur in momento oculi, quibus homines videbantur & mundus, & aperiuntur iidem statim, ut Deus videatur & Christus, ut primùm peracta est pugna, secura succedit victoria, & laboriosâ peregrinatione transactâ felices regnant in patria induti stolâ gloriæ. Et hinc Ecclesia jubet, ut ab omnibus sancti dicantur, in Ecclesiæ precibus invocentur, templa & aræ eorum memoriæ dedicentur. Missa & Officium de iis habeantur, eorum imaginibus radii appingantur, illorúmque reliquiæ venerationi publicæ exponantur.

§. Cùm autem Sanctorum Canonisatio inter gravissimas, easque Ecclesiæ materias, quæ ad universale ejusdem regimen spectant, recenseatur, utque affectus omnis & abusus ab actu illo, quô inter Cæli-Cives quis adscribitur, exulent; Ideò Summi Pontifices Sanctorum Canonisationes sibi reservârunt, in specie autem sanct. memoriæ Urbanus VIII. pro debito pastoralis officii feria 5ta sub 13. Martii anno 1625. lege latâ sancivit, ne imposterùm cultus aut veneratio præstetur ulli, antequam ab Apostolica Sede beatificationis, aut Canonisationis honore insignitus fuerit, nisi aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorúmque Sanctorum Scripta, vel longissimâ temporis scientiâ & tolerantiâ præfatæ Sedis Apostolicæ, vel ordinarii celebretur.

§. Unde licèt Processus Reverendissimorum & Illustrissimorum Dominorum Ordinariorum authoritate pro informatione Sanctæ Sedis construantur, attamen spes impetrandæ Beatificationis vel Canonisationis haberi nequit, nisi ex actis constiterit de non cultu, vel Cultu immemoriali, seu Casu excepto, paritúmque esse Decretis Urbani VIII. Innocentii XI. aliorúmque Romanorum Pontificum; & tunc demum ad instantiam Principum, Episcoporum &c. Apostolica Sedes annuere solet, ut interveniente Promotore fidei causæ materialia tractentur secundùm ea, quæ latiùs describit Matta de Canonis. Sanct. part. 5. per tot.

§. Prudenti itáque circumspectione, priusquam manus fabricandis processibus apponatur,

probandi media per historicos testes, & monumenta conquiri, & ponderari debent, an nimirum ad probandum cultum immemorialem, seu centenarium [ita enim Urbanus VIII. per novam Bullam die 5. Julii 1634. immemoriale tempus declaravit & definivit] concludant & sufficiant? quæ, si non adsint, viâ non cultûs progrediendum, & signa cultûs saltem tantisper pro obedientia dictorum Decretorum amovenda, sin verò ex conquisitis Probis centenarius cultus ante bullam appareat, in casu excepto agendum est, quod pro Servo Dei eò gloriosius, quia & possessio venerationis continuatur, & signa cultûs manent; & tunc duo instruendi sunt processus unus super fama sanctitatis virtutum & miraculorum Servi Dei, quem vocant *Introductionis Causæ*. Scil. an causa Venerabilis Servi Dei coram Apostolica Sede sit introducenda, & ventilanda. Alter super Casu excepto, seu Cultu immemorabili Servo DEI ante bullam Urbani VIII. exhibitô; etenim, si de alterutro non constat, nulla signatur à summo Pontifice Commissio, & causa deponitur tanquam vitiô laborans, non amplius, aut saltem non facilè reassumenda.

§. Ex generalibus hisce principiis fluit quòd in causa Beatificationis Venerabilis Servi Dei *Joannis Nepomuceni* alterutra via eligi debuerit, ut vel signa cultûs amoveantur, vel probatio cultûs publici Ei ab anno 1533. exhibiti suscipiatur, & quia primum citra populi offensionem & scandalum fieri non poterat, quia quotidie ad ejus tumulum summi & infimi in genua provoluti sacros venerantur cineres, & sine numero suspensa anathemata à piis Clientibus indies augentur; ideo secundum eò confidentiùs assumebatur, quòd Divi nostri gloria tot miraculis, tantáque vetustate stabilita, ut nedum tempus centenarium ante Bullam longè excedat, sed & cultus cum Ejus glorioso cæperit Martyrio.

§. Verum quidem est, quòd Illustre hoc Martyrium in ea ceciderit tempora, quibus Hussitarum furor per summam, quam sibi sumpserat, licentiam, etiam Dei amicis, & bonis artibus bellum indixit, quia, ut loquitur Florim. Ræmundus de ort. Prog. & Ruin. Hæres. lib. 4. cap. 4. Id sanè in Hussitis monstravit experientia, qui nullum omnino scelus intentatum reliquerant, tunc loca sacra profanata, Monasteria diruta, Ecclesiæ eversæ, & sacra ac profana omnia direpta fuerunt; videre tunc erat carceres & ergastula maleficis & flagitiosis destinata, bonorum virorum, qui furenti multitudini consentire nolebant, plena, vix reperiebantur, qui benè agere vellent, vel auderent, & denique tanta fuit rerum perturbatio, ut in antiquum chaos omnia reditura viderentur; Hæc pestis florentissimum Boemiæ Regnum, fulguris instar, pervasit, & per sæcula turbavit, quando Wenceslao, tanquam altero Sardanapalo deliciis indormiente Cæcus vel Rasus furentem plebem non tam gubernabat, quàm ad quævis audenda impellebat, quando Sigismundo Cæso, Podiebradio usurpante &c. Sede Archi-Episcopali per 140. annos vacante misera inclyti Regni fuit facies, & præsertim pleráque Archiva & Bibliothecæ, furente plebe, in cineres abierunt; attamen disponente ita divinâ providentiâ plures salvati sunt Codices ab authoribus contemporaneis & vicinis de glorioso hoc Martyrio, de cultu huic Beato præstito, de gratiis eô intercedente impetratis conscripti, quorum fides elevatur per affixa anathemata & parietibus insculpta miracula, probántque cultum hunc monumenta posita, fundati ignes perpetui, Radii imaginibus ejus adpicti, firmat denique id, quod probandum, traditio Patrum nostrorum, aliorúmque virorum Apostolicorum ad nos usque perducta, plurium gravissimorum Testium assertione Juratò depositâ firmatâ, & quia gratiæ, quas Deus per Intercessionem hujus Sancti Martyris liberaliter sparsit, indies multiplicabantur, crevit cultus, & per omnes mundi partes se se dilatavit.

§. Nec ideo tamen quis temerè culpet, moræque reos asserat Reverendissimos & Celsissimos Dominos Ordinarios Pragenses, quòd instruendis Processibus manum non apposuerint citiùs, laboraverintque, ut Cælitum honores, qui huic glorioso Martyri mox à perpesso

Mar-

Martyrio exhibiti, Apostolicæ Sedis oraculô firmarentur, & ad gradum publici cultûs sublimarentur, cùm tamen magnum splendoris augmentum Statui Ecclesiastico per Beatificationem, vel Canonisationem Viri in causa tam sancta passi videbatur accedere, quòdque ejus apotheosis Martyrem Sacramenti pœnitentiæ pariat, quod exemplum adeò rarum est, ut in historia Ecclesiastica vix legatur illustrius.

§. Facile enim excusationem pro altefatis Dominis Ordinariis omnis is admittet, qui in historia Boemica hospes non est. Necdum enim obliterata erat Hussitarum memoria, vixque redintegrata erat Archi Episcopalis Sedes, & nova secuta est Regnicolarum divisio in illos, qui se sub una, & eos qui se sub utráque vocabant; abiit hæc scissio in luctuosam, & nunquam satis pænitendam tragædiam, cujus Epilogus prope Pragam in albo monte, cælitùs datâ victoriâ, exhibitus videbatur, sed sublecutum bellum Suecicum fructus supradictæ victoriæ colligere impedivit; quo per pacem Westphalicam terminatô & postea executô, Saturnia credebantur rediisse regna, nisi paulò post pestifera lues Inclytum Regnum gravissimè afflixisset, quam bella cum Turcis exceperunt, quorum ferocia in Austriam penetravit, Boemiam terruit.

§. Rupit tandem moram. & populorum expectationem implevit modernus Reverendissimus & Celsissimus Princeps ac Dominus D. Archi-Episcopus, qui vix confectâ Legatione Lusitanâ, possessionem Archi-Episcopalis Sedis adeptus, & de ardenti pióque Augustissimi Cæsaris, Clientúmque desiderio informatus erat, & mox omnia in spem secuturæ Canonisationis gloriosi Martyris Joannis Nepomuceni conferre cæpit, causǽque materialia magnâ curâ, & labore conquiri curavit, non solùm ad ea, quæ pro Apotheosi facere: sed & ad hæc attentus, quæ contra opponi posse prævidebantur, ut & causa Sancta stabiliri, & fidei Promotoris argumenta dilui possent; non ignarus, quòd purpurati Patres, aliíque Apostolicæ Sedis Prælati non minori sedulitate respicere soleant ad Promotoris fidei Animadversiones, quàm ad Causæ Procuratoris pro Canonisando adducta fundamenta. Et licèt in discutiendis Martyrum causis tantus rigor, ac in causis Confessorum haberi non soleat, eò quòd Martyrium consistat in perfectissima charitate, à qua reliquæ virtutes informantur, speciem, & essentiam accipiunt, quæ mortem Martyris pretiosam faciunt in conspectu Dei; attamen de vera Martyrii causa luculenter, imò & de miraculis constare debet; cùm enim Deus nolit omnes Justos decorare honore Canonisationis, necesse est, ut ex signis & miraculis certa reddatur Ecclesia militans, quos Deus prædictô honore decorari velit.

§. Dum itâque conquisitæ probæ sufficere credebantur, causa sancta ulteriùs tardanda non videbatur, & formatô Judiciô, qualificatisque ad illud constitutis Personis, libellus oblatus, & per solitas citationes factum est procesûs initium, qui timidiorem habuit progressum, quia circumspectâ prudentiâ opus erat, ne contra scrupulosam peccaretur formalitatem, néve Processus, si ad instructionem Romanam formatus non fuisset, tanquam vitiô laborans vel impugnaretur, vel rejiceretur. Primô super fama Sanctitatis, Virtutum & Miraculorum terminatô, assumebatur Secundus super casu excepto, seu cultu immemorabili ante Bullam Urbani VIII. Beato nostro exhibitô. Uterque Jurato Portitori Reverendissimo & Amplissimo Domino Joanni Ludovico à Steyer, Reverendissimi sempérque fidelis Capituli Metropolitani Pragensis Prælato Archi-Diacono, Romam deportandus fuit concreditus, qui pro eximiô suô ergà hunc gloriosum Martyrem Zelô, & pietate in cana ætate laboriosô hoc munere non tantùm benè functus est, sed in Urbe usque ad secutam in causa sancta sententiam subsistendo, officium Sollicitatoris assumpsit, operámque suam fructuosè impendit.

§. Plurimum autem ad celeriorem, felicémque causæ terminationem contulit Austriaca pietas, quâ Sacratissimus Imperator tum per literas, tum per suum in urbe Ministrum Sedem Apostolicam pro canonisatione hujus Sancti Martyris interpellavit, cujus exemplum Augustissimæ Imperatrices

 aliæque

aliæque Regiæ, & sublimes Personæ, ut ex Epistolis inter Acta registratis latiùs apparet, secutæ fuerunt; accedebat, quòd Reverendissimus & Eminentissimus Cardinalis ab Althan causæ Ponens fuerit nominatus, qui, ut devotionem erga sanctum suum Indigetem cum materno lacte hauserat, cultum eidem exhiberi solitum oculatus testis spectaverat, & ad ejus tumulum sæpissimè in genua provolutus sacros cineres veneratus, atque de flagrantissimo Clientum desiderio informatus erat; ita ab Eminentia sua nil aliud expectari poterat, quàm ut causam instructam sinè mora proponeret, dignúmque officiô & Missâ suô pronunciaret votô, cujus sanctitatem Deus tam stupendô miraculô manifestaverat.


§. Ast, ut sunt fallaces hominum spes, moram injecit inopinata mors Clementis XI. Pont. Max. qui de causa ex integro informatus, congregationum terminos jam definiverat, in quibus de Causæ introductione, confirmatione sententiæ Pragenæ, de concedendis Missâ & Officiô discussio fieri debebat, jamque approbaverat Causæ introductionem, & pro Confirmatione sententiæ Archi Episcopalis conclusum erat; sed, antequam ultima manus imponeretur, per mortem ejus Pontificatus vacare cæpit. De tempore agebatur, sinè periculo causæ principalis, cujus justitiam Deus per innumera miracula [quæ per historias, monumenta, & Juratos testes probata cum tempore publicabuntur] speciatim per miraculosè à corruptione conservatam Sacram Linguam indubiam fecit; Quemadmodum & modernus Sanctissimus Pontifex Innocentius XIII. votum Congregationis 3tiæ die 7ma Junii habitæ benignè approbavit pro concessione Officii & Missæ de communi unius Martyris sub Ritu duplici pro Regno Boemiæ, & sub Ritu semiduplici, pro Germania & Statibus hæreditariis Augustissimæ Domûs Austriacæ, & quoad translationem corporis pro gratia ad effectum collocandi intrà mensam Altaris ad Arbitrium Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis.

§. Vix allatum erat Nuncium desideratissimæ hujus sententiæ, & mox Dies quarta Julii, Sancto Procopio Sacra, denominabatur, pro primis solemniis glorioso Martyri exhibendis, quæ per præsentiam Augustissimæ Imperatricis ex thermis Carolinis Viennam remeantis, magnificabantur, dúmque tempestivè sacra ossa cum incorrupta lingua ex tumulo levata in Capella S. Wenceslai tantisper honorificè deposita essent, comparuit dictô die invitatus Regni Clerus, Regium Gubernium cum cæteris Dicasteriis, Universitas Pragena, cum Magistratibus triurbis, confluxit vix non integra Boema Nobilitas, & innumerus fuit populus præsens, ut & videret prodigium, quod Deus cum conservata Sacra lingua operatus erat, & ut Sacra Ossa veneraretur; portavit in ordinata processione sæpius dictam Sacram linguam Reverendissimus & Celsissimus Ordinarius, sacrum Corpus autem humeris imposuerunt Sex Canonici Ecclesiæ Metropolitanæ usque ad Domum Præpositalem, ubi illud susceperunt Sex in Regno Prælati, quibus in designata statione sex alii, & his Universitatis Professores, his autem Leutomericensis & Reginæ Radecensis Ecclesiarum Canonici, & demum Curati Pragenses successerunt, donec ad introitum Metropolitanæ Ecclesiæ portandi honor ad Canonicos iterum redierit, qui illud ad mensam supra tumulum intra duo Altaria sancto nostro jam à pluribus annis constructa reposuerunt, in qua de facto publicæ venerationi expositum conspicitur, Sacra autem Lingua in Capella S. Wenceslao dicata religiosè custoditur; claudebatur solennitas Hymnô Ambrosianô, & Sacrificiô Missæ Deo in honorem Sancti Joannis oblatô; continuata fuit solemnitas inexplicabili hominum confluxu per octiduum, sed & hoc lapso non cessat devotus populus quotidie apud sacra ossa comparere, & patrocinium implorare, vel pro impetratis gratiis gratias referre; fruitur is nunc Martyris honore per authoritatem Christi in terris Vicarii, qui ut ipsum formali Canonisatione ante diem Anniversariam Sanctorum Albo inserat, sperant, & rogant devoti Clientes, est ad hoc materia præparata, prodigia & miracula examinata, & per Juratos testes probata, & quid testibus opus est? cùm Deus Sanctitatem viri per conservationem illius instru-

men-

menti, quô Secretum Sacramenti custodire, & potiùs mori voluit, militanti Ecclesiæ manifestam reddat, nec enim hic naturalis ratio obtendi, nec oculus falli potest; qui de hoc dubitat, scrutetur Medicorum & Chyrurgorum examina, adeat Pragam, & magnalia Dei videbit, per quæ virtutem sui fidelis Servi coronavit.

§. Ut verò Clientes genuinam habeant notitiam, quomodo miraculosè conservata lingua in Visitatione Sepulchri cum sacro horrore inventa fuerit, placuit luce publicâ donare ea acta, quæ ex binis processibus Pragæ in causâ hujus sancti Martyris fabricatis, Romæ in ulteriori discussione extracta, & exhibita fuêre, in quibus simul plenior ejus vita cum cultu exhibito ex Juratò auditis testibus, antiquis monumentis, & probatis authoribus communicatur, reperitur & illud, quidquid inter Reverendissimum fidei Promotorem & Causæ Patronum contradictoriè actum est. Fruere iis Lector benevole, & si vel famæ periculum timeas, vel alia necessitas te premat, confuge ad intercessionem hujus Thaumaturgi, qui famam servare, & necessitatem vertere, ac sublevare novit; si quis autem vel secundùm Religionis suæ principia, vel ex aliis motivis hunc Sanctum venerari nolit, is saltem, ne eum vel verbis, vel factô dishonoret, caveat; ut enim honorantes se protegit, ita dishonorantes confundit, & præterea nec pium nec tutum est, cum Viris Sanctis bellum gerere, illorúmque honorem impetere, quos Deus per prodigia illustres reddidit.



à Joanne Franchelucio, è Patronis Caus. Sac. Palat. Apostol. revisa.

Joannes Zucchemicus, Sup - Promotor Fidei.

APO-

APOTHEOSIS
D. JOANNIS NEPOMUCENI,
R. Bojohem. Thaumaturgi.

LUcet in Occaſu venerabile Sidus Olympi,
Et noctu è mediis Phoſphorus exit Aquis;
Lucet & in luctu Sidus fatale Tyranno,
Et Candor tragicô fulget in Amne magìs;
Arcanúmque Jubar Coelóque, ſalóque, ſolóque,
Innocuas ſignat Martyris eſſe Faces.
Wenceslaus enim, fatales raptus in iras,
Accendit ſub Aquîs Dedecus ipſe ſuum.
Pernox Stella ſuper Delubra ad ſumma Thriumphum
Adparat, & funus Luce coronat Honor.
Pragha ſacros Cineres, & perpetis Oſſa Favillae,
Linguam incorruptam, Relliquiáſque colit;
Integra quae nullum violavit Lingua Sigillum,
Condita vel Tumulis inviolata viget.
Lingua, Viri cuſtos; nam peſſima, & optima rerum,
Mercurii Genio ritè ſacrata fuit.
Elinguis ſi fors Ciceronis Lingua fuiſſet,
Non foret ex Roſtris, Roma, repôſta tuis.
Fama, ſile! Populíque ſile vox! Roma loquuta eſt,
Et retulit Cauſſam Patria freta ſuam.
Lingua, fave Linguis: Aris Decus addita noſtris,
Cuſtodi Linguas: aſpera Verba veta:
Et tua Caeſaream tueatur Adorea Laurum,
Nevvenúmque juva, NEPOMUCENE, tuum

J. C. Nevven, Colon.
Caeſ. Aul. Poët. Laur.
SACRA

SACRA RITUUM
CONGREGATIONE
Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Card.

ALTHANN

PONENTE

PRAGEN.

Canonizationis, ſeu Declarationis Martyrii

B. JOANNIS
Nepomuceni, Canonici
Eccleſiæ Metropol. Pragenſis.

POSITIO

Supe introductione Cauſæ, & Signatura Commiſſionis,
SEU

INFORMATIO SVPER DVBIO:
An ſit ſignanda Commiſſio Introductionis Cauſæ in caſu, &c.

Eme. & Rme Dñe.



Uàm pretioſa coram oculis Domini ſint certamina illorum, qui pro Religionis teſtimonio, vel pro juſtitiæ aſſertione animam ſuam ponunt, teſtatum id facit, quod ſæpè ſæpiùs eorum ſepulchra ſignis mirificis honorantur - *ad monumenta Martyrum*, ait S. Cyprianus, ſivè alius Auctor in Opuſc. de duplici Mart. inter illius Opera, *pelluntur morbi, rugiunt Dæmones, terrentur Monarchæ, coruſ-*

cant

ant miracula, concidunt Idola - quapropter illorum cuique meritò quadrare potest encomiastica vox Isaiæ cap. II. v. 10. -- *Et erit Sepulcrum ejus gloriosum.*

Porrò id præclarè ostendit DEUS in servo suo IOANNE dicto *Nepomuceno*, olim Canonico Ecclesiæ Metropolitanæ Pragæ; qui cùm mortem jussu Wenceslai Imperatoris, ac Regis Bohemiæ prò sarto tecto servando Sacræ Confessionis sigillo anno æræ vulgaris 1383. constanter pertulisset, tot tantisque prodigiis ad ejus tumulum, ejùsque præsidiò, spatio trium sæculorum, & ultrà perpetratis, mirificatus est in conspectu Gentium, ut unò ore in Septentriònis Regionibus *Thaumaturgi* appellationem meruerit, simùlque ab obitu Cultus, & veneratio ei exhibeatur.

Auctâ hinc longè, latéque famâ Sanctitatis, Martyrii, & miraculorum, cum nuper Auctoritate Ordinaria in Curia Archiepiscopali Pragæ compilati fuerint duo Processus, alter quidem super memorata fama, alter verò super Cultu à tempore immemorabili præstito eidem B. IOANNI, subindè iis præsentatis, apertisque, ut moris est, apud hanc Sacram Congregationem; nec non exhibitis documentis plurium Instantiarum, quas magni Principes, aliæque Personæ, & Universitates insignes promovent super illius sacra apotheosi, proponitur modò præinsertum Dubium respiciens signaturam Commissionis Introductionis Causæ; quod, conspirantibus in unum validitate, & relevantia primò dicti Processûs, videtur *Affirmativè* resolvendum, prout humiliter supplicatur.

De Validitate.

ET quidem *constructio ejusdem Processûs valida* esse deprehenditur, ex quo Reverendissimus Archiepiscopus comparente Procuratore Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Postulatoris causæ & instante, quòd fabricaretur Processus qoad recensitam famam, citationem priùs decrevit contrà Promotorem Fiscalem Curiæ, ut assisteret eidem confectioni, deindè juramentum præstitit secundum formam consuetam, ac successivè simile juramentum eidem promotori, ac Notario deputato detulit, nec non elegit Nuncios, sivè Cursores pro executione Citationum, & ipsi quoque juramentum de more susceperunt; tandem verò pro actis judicialibus, ac præstatione juramentorum, & examine Testium respectivè designavit loca locorum.

Quibus præmissis expleta fuerunt acta, citatò in eorum singulis per diem antè dicto Promotore, qui semper interfuit, congruasque locò, & tempore deduxit oppositiones, & examinati fuerunt quadraginta novem Testes, inter quos tres recensentur ex Officio, expressè in Catalogo relato *in Summario num. primo*, & quorum viginti unus comprobant famam Sanctitatis, Martyrii, & Miraculorum; reliqui verò deponunt de quibusdam Miraculis tantùm; nec

non

non fuerunt ad amussim servata omnia, quæ præscribuntur in Decretis Generalibus, & novissimis san. mem. Innocentii XI., ut innuit Reverendissimus Archiepiscopus in Epistola informativa, *Summario num. 2. §. primo*, & distinctius evincitur ex Epistola transmissa ad eundem Archiepiscopum à tribus Judicibus Delegatis, *Summario num. 3.* ubi signanter habetur, quod inchoatâ coram dicto Archiepiscopo confectione Processûs ad tramites Instructionis ex Urbe illuc missæ, *ibidem §. primo*, ob illius absentiam secuta fuit delegatio in personam Reverendissimi Vicarii Generalis, ac duorum Adjunctorum, *ibidem §. 2.*; qui postea examen Testium receperunt juxtà Articulos pro parte Postulatoris productos, & interrogatoria per promotorem Fiscalem exhibita, *ibidem §. 3.*, quæ omnia ulteriùs plenissimè resultant ex *Summario Restrictivo* totius Processus dato in manibus Reverendissimi Promotoris.

Examen verò prædictorum Testium rituale, omnibus numeris absolutum esse constat, eò quòd eorum quilibet in loco Sacro jam designato, præviâ inductione, Citatione, ac Juramentô de veritate dicenda, & servando secreto, eoque in singulis Sessionibus reiterato deposuit primùm juxtà Interrogatoria, & posteà super articulis; quæ Interrogatoria cum depositionibus Testium fuerunt semper clausa, & cum sigillo Reverendissimi Archiepiscopi obsignata in fine cujuslibet sessionis, nec ea aperta, nisi in prosecutione examinis, & initio alterius sessionis, cæteraquè fuêre expleta, quæ rituale examen constituunt, ut colligitur ex prænarrato *Summario Restrictivo*; ac denique in inductione eorumdem Testium habita ratio fuit, quod essent Personæ constitutæ in Dignitate Ecclesiastica, de statu Equestri, ac publica munia exercentes in regno Bohemiæ, omnique fide, & commendatione dignæ, ut apparet ex ipso Catalogo, *Summario num. primo*, ac refert Epistola Judicum Delegatorum scripta ad Reverendissimum Archiepiscopum, *Summar. num. 3. §. 12.*, aliàque directa ad Sacram Congregationem, *Summario num. 4. §. primo.*

Quoniam verò in progressu actorum necesse fuit quoad Miracula quædam Servi DEI capere informationes in Diœcesi Viennensi, & Olomucensi, dicti Judices Delegati per literas consuetas requisiverunt Officiales Curiæ Ecclesiasticæ earumdem Civitatum, ut hoc in negotio sibi ipsis manum adjutricem ferrent, proùt servatis servandis hi adimpleverunt, examinatis nonnullis Testibus adnotatis in Catalogo sub Titulo-*Ex Processu Olomucensi, & Viennensi - Summario num. primo propè finem*, deindéque ad prædictam Curiam Metropolitanam, transmissô Processu obsignato; de quibus omnibus compendiosa fit mentio in præfata Epistola Judicum Delegatorum, *Summ. num. 3. §. 4.*, & fusior suppetit relatio *in Summario Restrictivo.*

Ulterius Pragæ facta fuit *compulsatio Jurium*, quæ legitimè processit; exhibitis enim Libris tam manuscriptis, quàm impressis per Archivistas, & Bibliothecarios respectivè, nec non examinatis Peritis quoad legalitatem Archiviorum, & antiquitatem Codicum, fuerunt extracta documenta ad Causam facientia, eorùmque transumptum, & collationatum fuit per Notarium specialiter electum, & juratum unà cum Notario Actuario deputato, Assistentibus Judicibus, & citatò Procuratore Fiscali in quolibet actu; quà auscultatione, & collatione perfecta ambo Notarii testati sunt illius legalitatem, editò Transumptò in forma authentica, proùt de his breviter agit præfata Epistola, *Summario num.* 3. §. 5. 6. *&* 7., & uberiùs prænotatum *Summarium Restrictivum.*

Postremò publicatus fuit integer Processus, illiùsque Transumptum servatis servandis collationatum, ut enarrat eadem Epistola, *Summario num.* 3. §. 8. electùsque subindè extitit Portitor, *ibidem* §. 9., qui juramentum præstitit de fideliter ferendo ad Urbem Transumpto *ibidem* §. 10., atque ita clausum idem Transumptum, *ibidem* §. 11. & hæc pariter omnia latiùs promanant ex enunciato *Summario Restrictivo.*

His autem positis cum concurrant singula requisita, quæ tam pro constructione Actorum, & examine Testium, quàm pro Jurium compulsatione præscribuntur in Decretis Generalibus, & novissimis sanctæ memoriæ Innocentii XI. firma, & immota stare videtur validitas prædicti Processus.

De Relevantia,

ARTICULUS I.

Observantur nonnulla circa Relevantiam, & species probationum adhibitarum in Processu.



Uod spectat ad Relevantiam, observare operæ pretium est primò, quòd Causa hæc non tendit ad Canonizationem alicujus Confessoris, pro cujus complemento assumenda sit plena discussio de Virtutibus heroicis, sed finem constituit in declaratione Martyrii, ad quem effectum sufficit ostendere, quòd intervenerint illius constitutiva, absque ulteriori Virtutum inquisitione; dùm in Martyrio Sanctitas universa consistit, *Hostien. in cap. primo num.* 5. *vers. Hic autem ordo de Reliq., & Vener. Sanctor., ibique Fagnan. num.* 16. *Gonzal num.* 5. *Pirring. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 44. *num.* 4. *vers. Porrò, Joan. Franc. Pavin. in Relat. Canoniz. S. Bonaventuræ part.* 2. *art.* 2., & Ecclesia inquirere non solet, an Marty-

res

tyres fuerint in gratia, sed promiscuè venerationem exhibet iis, qui palmam adepti fuerunt. *Bellarmin. de Baptism. lib 1. c. 6. vers Tertio Ecclesia.*

Secundò observandum, quòd in Instancia, quæ promovetur pro signatura Commissionis, necessaria non est discussio negocii, quæ principaliter fiat, sed requiritur tantùm cognitio summaria, ex qua resultet fama Sanctitatis, & Miraculorum, illiúsque per crebescentia, juxta præscriptum Cœremonialis Leonis X. *lib. primo. cap 6.* & penès *Mattam de Canoniz. Sanct. part. 5. cap. primo, & 2.* & tradunt *Hostien. in cap. prim- num 3. de Relig., & Venerat. Sanct. Zypæus Consult. Canonic. 2. num. 9. lib. 3. eodem tit. tom. primo*, quo fit, ut præsenti satis, supérque sit summatim agere de gestis, Martyrio, & miraculis B. Joannis eò pactô, ut exindè constet de fama ejus Sanctitatis, & Miraculorum.

Quò verò ad species probationum, quæ in Processu admissæ fuerunt, prior earum desumitur ex depositione viginti unius Testium referentium gesta, Martyrium, Miracula, & famam circa hæc omnia, qui, cum fere omnes reperiantur constituti in ætate excedente annos sexaginta, ut in Catalogo dato in *Summario numero primo*, testentur de auditu eorum Majorum, qui erant annis valdè provecti; ac plerúmque de secundo auditu ab aliis Majoribus; quòd nihil fuerit auditum in contrarium; & tandem, quòd de omnibus his semper viguerit fama publica, & communis traditio, ambigi nequit. famam remanere probatam, prout necesse est, in re antiquissima, *Felin. in cap Veniens, primo num. 16. de Testibus, Pignatell. Consult. Can*, 241. n. 1. & seqq. tom. 1., & Consult. 65. *n. 3., & seq. tom* 4.

Altera species probationis cònsistit in pluribus monumentis historicis de Beato Ioanne agentibus, signanter in duplici manuscripto vetustissimo Codice, altero extracto ex archivio Ecclesiæ Pragensis, altero confecto à Magistro Paulo Zidek, quorum utrumque circa dimidium Sæculi XIV. conscriptum fuisse Periti a judicibus delegatis electi pronunciarunt. *Process. fol.* 401., *& sequens*.

Sub sequuntur posteà tres Scriptores Sæculi XVI., Wenceslaus, nimirum Hagecius, qui anno 1541. Regni Bohemiæ Chronicon edidit, de mandato glor. mem. Imperatoris Ferdinandi I. à tribus Viris primariis accuratè revisum, & approbatum, ut constat ex tenore Privilegii operi præfixi, & compulsati *Process. fol. 513., ibi - - Notificamus præsenti pagina Universis, qualiter Honorabilis Sacerdos Wenceslaus Hagek de Liboczan fidelis nobis dilectus ex multis Libris, & Chronologiis desumendo, unum Volumen de Rebus Bohemicis conscripserit &c. Attamen priusquam idem Hagek hos Libros imprimi curet, dignati sumus ad id illustrem Joannem Seniorem Popel de Lebkoviz, & Zbiroz supremum Feudorum Judicem in Regno Bohemiæ, & ornatos Joannem Hodiegovvsky de Hodiegau Vice-Judicem Regni Bohemiæ, ac Hermannum Sedlsuz-*

k

ky a Duba fideles nobis dilectos deputare, quatenùs hanc Historiam cum diligentia perlustrarent, & quòd in illa inordinati reperirent, illud cassarent, ac delerent, & ubi ita id jam fuerit peractum, tunc prius idem Hagek *poterit hanc Historiam curare imprimi, & liberè divendere. In horum fidem minus nostrum Regium Sigillum apprimi jussimus. Datum in Castro Pragensi feria tertia Pentecostes anno 1539. &c* - - Alter Scriptor est Joannes Dubravius Episcopus Olomucensis Vir dignitate, ac literis notissimus, qui Regni Bohemiæ Historiam typis mandavit anno 1552. Tertium denique locum sibi vindicat Martinus Boregk, qui ejusdem argumenti opus promulgavit impressum Wittembergæ anno 1587.

Agmen denique claudunt quamplures gravissimi Scriptores Sæculi XVII. quos inter eminet P. Bohuslaus Balbinus Societatis Jesu, qui anno 1670. Servi DEI gesta felici adeo successu ex authenticis monumentis deprompsit, ut Continuatores Operis Bolandiani cœteris Sanctorum Actis opus accensuerint, ut videre est *tom.* 3. *mensis Maij die* 16.; ille autem sic ait in Prologo compulsato in *Procesſ. fol 565. tergo- Ac nihil Ego quidem dubitem tanti Martyris vitam pridem conscriptam in antiquitate fuisse; at heresis, quæ Beati Joannis mortem paulò post excepit, iisdem flammis, quibus Templa, & Cænobia omnia apud nos conciderunt, consumpsisse videtur. Quæ igitur de B. Martyre adferemus, in manuscriptis plurimis, ea ætate viventium Hominum [quorum mihi suppetit Copia] tùm in typo expressis Codicibus reperta, & in unum summa fide, & religione collecta, non tam diligentiæ cuivis meæ, quam felicitati, quod inventa sint, adscribantur.*

Utraque verò hæc species probationis, sivè loquamur de Testium depositionibus, sive de historicis documentis, maximi facienda est in casu; cum enim versemur in tractatione materiæ antiquissimæ, in dubium venire non potest, quod admittantur Testes de fama deponentes cum suis Requisitis, ut fusè probat *Pignatell. dicta Consult. 241. tom. primo, & consult. 65. tom. 4. per tot, Castelor. de Canoniz. Sanct. cap. 14. n. 7.*; & quoad Historicos, eorum Dicta fidem in antiquissimis mereri tradidi in peculiari *Differt.* doctissimus olim Promotor Fidei Petrus Franciscus de Rubeis penès *Matt. Canonizat. Sanct. part. 4. cap. 24. nu. 9. & seq., & Genzal. in cap. Cum. Causam n. 4. de probat.*

Præsertim, ex quo inter memoratos Scriptores duo recensentur Heterodoxi, Martinus videlicèt Boregk, & Joannes Gluvverius, qui cum enarrent Servi DEI Martyrium, & causam, ut infra videbitur, controverti non potest, quod indè veritas rei gestæ satis supérque confirmata remaneat; adversariorum quippè confessio potentissima dicitur probatio, *Zypæus Consultat. Cano-*

nic

nic. prima de prob. ut. num. primo lib. 2. tom. primo; & pro nota veritatis habetur, cum tanta sit istius vis, *ut etiam Adversarios cogat interdum sibi testimonium dare*, prout ad rem hisce inquit *Bellarm. de Eccles. lib. 4. cap. 16 in princ.*

De cætero concurrit stylus servatus in pluribus Canonizationibus Servorum DEI, in quibus cum ageretur de Virtutibus & Miraculis, semper admissa fuerunt Dicta Testium ex fama deponentium, ut evincitur ex Auditoribus Rotæ in Relatione de *S. Philippo Benitio Tit. de Fama Sanct. & Tit. de Miracul §. Dicimus, & in 6. Miraculo §. Et factum hujusmodi in fine, & de S. Thom. de Villanova apud Contel. de Canoniz. pag. 520. §. Iste actus. & de Hieron. Æmiliano tit. de virtut. Theol. §. Nam quamquam.* Eamdémque vim habuerunt relationes Historicorum juxta praxim Sacræ Congregationis servatam præcisè occasione Introductionis Causarum, & Signaturæ Commissionis, ut *in Vratislavien. Beati Ceslai Odrovansii, & in altera Montis Politiani Beatæ Agnetis.*

ARTICULUS II.

Ortus Servi DEI, ac eius gesta exponuntur.

IOannes appellatus Nepomucenus ex piis & Catholicis Parentibus usuram lucis accepit in Oppido Nepomuk Regni Bohemiæ, sacráque undâ Baptismi ablutus est, ut colligitur ex Testibus, *Summario n. 5. à §. primo ad septimum*, & confirmat laudatus Pater Bohuslaus Balbinus scriptor Historicus, tempus Nativitatis circa annum millesimum ter centesimum primum trigesimum designans, *eodem num. 5. §. 8.*

Nativitatem ejus, primæque ætatis præludia cœlestibus Prodigiis fuisse insignita constat; Parentes enim ætate provecti precibus, ac Beatissimæ Virginis ope à DEO prolem imperrarunt, ut refert idem Scriptor, *eodem num. 5. §. 9.*; tempore item Nativitatis flammæ supra Domum, ubi nascebatur, repentè coruscarunt, juxta depositionem Testium, *eodem Num. & §. primo ad 7.*, & consonat idem Scriptor, *ibidem §. 11.* denique verò Infans adhuc, supradictæ Virginis intercessione à parentibus piè quæsita, ex morbo gravissimo convaluit, proùt idem Scriptor prosequitur §. 10.

Quænam futura esset Viri Sanctitas, Cœlum ipsum hisce signis præmonstravit: unde usurpare fas est illud Patris D. Ambrosii, à cujus ore, cùm examen apum circa Infantis labia volitaret, admiratio hæc expressit: *Si vixerit Infantulus iste, aliquid magni erit*, ut habetur ex Paulino Persbytero in illius vita.

Adolescentiæ limen attingens statim opere comprobavit superna indicia; for-

formulà quippè Sacerdotibus in incruento Sacrificio ministrandi memoritèr apprehensâ, conferre se quotidiè ad proximum Monasterium Cisterciense Montis Viridis, ibique singulis Missam celebrantibus ministrum se præbere curabat; sic recensent Testes *Summario n. 6. §. primo ad* 9., & distinctè enarrat scriptor Historicus *dicto n. 9. §.* 10.

His pietatis rudimentis Ingenii acumen jungens, summâ felicitate literaria elementa, leviorésque hausit disciplinas, proùt affirmant testes in *Summario dicto n. 6. §. §. allegatis*; & simùl prodit Historicus Scriptor, *ibidem* § 11. cum quo concordat Pater Augustinus Sartorius in ejus *Cistercio Bistercio, sivè Historia Elogiali Sacerrimi Ordinis Cisterciensis* compulsatus in *Process. fol.* 555. *à tert. & sequent.* ac relatus in *Sumario dicto n. 6. in fin. post §.* 21. indè verò Pragam commigrans, receptùsque in celeberrima Universitate paulò antè ab Imperatore Carolo Quarto instituta, strenuam adeò gravioribus Studiis operam navavit, ut laureâ Doctoratûs, & Magisterii in Sacra Theologia, & Canonibus exornatus fuerit; quæ omnia referunt Testes in *Summario dicto num. 6. § §. mox citatis*, paritèrque P. Balbinus, *eod. num. 6.* §. 12., eique se subscribit d. P. Sartorius, ubi supra.

Afflante posteà, ut par est conjicere, Divinô Numine, venerandum Sacerdotii gradum ascensurus, mensem integrum impendit, quô à rerum humanarum tumultu secedens, totum se corporis macerationibus, ac orationi devovit; quibus præmissis, sacerdotali Ordine potitus est, *dicto num. 6. §.* 13.; hinc zelô animarum accensus, semen Verbi DEI in Populo spargere exorsus, magnô id audientium bonô, & admiratione præstitit, adeo ùt disertissimis Oratoribus, qui antecesserant, palmam præriperet *eodem num.* 6. §. 14. Subindè intèr Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ Sancti Viti adscripto, proùt affirmant Testes in *Summario dicto n.* 6. §. *primo ad* 9. & P. Balbinus *ibidem §.* 15. munus ei, quamvis invito, concionandi coram Cæsare, qui tunc erat Wenceslaus Quartus Rex Bohemiæ, demandatur, *dicto* §. 15., quod summa cum pietate exercuit, dum ipsi frequens concionum argumentum fuit Vitiorum extirpatio, & signantèr licentiæ, àc ebrietatis in Aula tunc invalescentis; nec non stimulus, & adhortatio ad pœnitentiam, P. Balbinus ubi supra §. 16.

Eximiâ Charitate decoratus Joannes humilitatis quoque specimen edidit; cum enim eô tempore Episcopatus Litomislii in Bohemia vacâsset, illum à Rege sibi oblatum, similique pactô Præposituram Ecclesiæ Wischeradensis pluribus prærogativis illustrem, ac redditibus opulentam generosè repudiavit, *eod. n. 6.* §. 17.; Regii tamen Elemosynarii Dignitatem, nè superbus videretur, ultrò delatam acceptare non renuit, versatus in illa deinceps cum singulari Aulicorum commendatione ob misericordiam in pauperes, & prudentiam ab eo adhibitam d. n. 6. §. 18.

Cum

Cum autèm virtutis opinione in Aula floreret, Ioanna Regina Uxor dicti Wenceslai Mulier ornatissima ei conscientiæ propriæ moderandæ curam commisit, Testes *eodem num.*6. à §.1 ad ,9. ; & recenset P. Balbinus *ibidem* §19. , quod exemplum præeuntis Dominæ sequentes Sacræ Virgines in Parthenone apud Arcem ipsam Pragæ sito, spirituali Ioannis tyrocinio se se commendârunt, & mirum est, quantum ipsæ in via Domini profecerint, ut recitat dictus scriptor, *eodem n. 6. §.* 20. ; quinimò Servus DEI nèc contentus animas internis tantùm documentis erudire, cum in legum studio maximè peritus haberetur, sedulò in hoc pluries incubuisse traditur, ut litigia, quæ iudicum Sententiis finem accipere non poterant, tanquam Arbiter à Partibus electus amicabili fœdere componeret, *ibidem* §. 21.

ARTICULUS III.

Peccata Reginae pandere Wenceslao Ioannes renuit ob idque carceribus mancipatur, torquetur, ac in Flumen Moldavam demergitur.

POstquam Perduelles Coronæ armis subegerat, labente anno 1383, cùm Wenceslaus curis solutus desidem vitam ageret, in omnem crudelitatis, ac libidinis licentiam prorupit. Testatur id P. Balbinus, *Summario n. 7* §. 1. & 2. mores illius perditi describuntur à pluribus Scriptoribus, signantèr Ænæa Silvio posteà Pio II. in Histor. *Bohem. cap.* 34. Wenceslao Hagecio *in eodem opere, Summario n.* 8. *litt.* C., Joanne Dubravio Episcopo Olomucensi, *ibidem lit.* H., Bartholomæo Paprozky in opere *de successione Ducum, & Regum Bohemiæ ibidem litt.* M. P. Simeone Eustachio Kapihorsky *in Historia Monasterii Sedlicensis, ibid. litt.* V.

Cupiens hinc Regina Conjugem ad meliorem frugem revocare, secretò studuit ei ostendere, quàm detestabile esset vitæ institutum, & quàm longè distaret à prænobili Virtutis idea, quam laudatissimus ejus Pater Imperator Carolus IV. effinxerat, proùt evincitur ex Wenceslao Hagecio *in Summario n.* 8. *litt.* C. Joann Dubravio *ibid. litt.* H. Bartholomæo Paprozky, *ibidem lit.* M. P. Kapihorsky, *ib. litt* U., Gluverio Viro Acatholico, ibid. litt. Y., ille tamen placida ex monitione pejor consilium iniit amantissimam Uxorem perdendi, ut prosequuntur *iidem scriptores locis mox allegatis*; quinimmò cum illius animum injustæ paritèr suspicionis aculei urgerent, ipsa unicum in Domino ponens refugium, quò magis hoc in die tribulationis inveniret, frequentissimè Sacram exomologesim apud Joannem assueverat obire, ut enarrat d. P. Balbinus in *Sum. n. 7.* §. 2.

Occa-

Occasionem autem indè arripiens Rex pravæ machinationis exequendæ, accersitò Joanne tentavit primùm illi insinuare, admodum decere, ut Vir quisque operum propriæ Uxoris conscius esset, idque maximè in imperiali Domo; mox verò Paulatim ad scopum deflectens, hortatus fuit, ut maculas Conscientiæ in Sacro Tribunali à muliere communicatas revelaret, propositis opibus, honoribùs, omnibùsque aliis, quæ Joannem prosperitate augerent P. Balbin., Sum. n. 7. §. 3. & 4. Improvisæ huic petitioni minimè arridens Sacerdos, illico respondit, se peccatorum non meminisse ampliùs, & etiamsi in mentem redirent, ea fas non esse pervulgare. CaveretRex ab hac perquisitione, quæ iniqua esset. P. Balbin. ubi supra n. 7. §. 5. idque etiam innuit Dubravius, Sum. n. 8. litt D., Paprozkius, ibid. litt. H. & O., quæ audiens Rex compressâ tùnc iracundiâ, colloquium dimisit: ut prosequitur P. Balbinus *loc. jam citato*.

At paulò post reintegrata est pugna. Fortè Cocus Regis levissimam offensionis causam incurrerat. Furens ille verubus transfixum igne cremari jusserat. Facinus hoc immane Aulici reprobantes, aliorum tamen gestorum experientiâ edocti, Regem remorari non audebant. Certior de hoc factus Ioannes casumque hominis innocentis commiserans, aditum sibi impetravit ad Regem. Leniter, ubi accessit, eum compellavit, quo pacto detestandæ crudelitatis opus emoliretur; postquàm verò vidit suavitate non flecti, gravitatem flagitii aperire non dubitavit. Sed salubrem monitionem non patiens Wenceslaus, optimum Sacerdotem detrudi in teterrimum Carcerem jubet, quemadmodum recitat Balbinus *dicto n. 7. §. 6.*; cumquè inibi Ioannes aliquandiù detineretur, monitus à Custode libertatem sibi dari, si Principis Votis in revelatione exomologesis obsecundaret, elegit ipse majorem contumeliam pati, quinimò ipsam mortem subire potiùs, quàm Sacrum Arcanum violare, *ibidem* . §. 7.

Novò subindè initò consiliò, Rex blanditiis Sacerdotis constantiam mulcere decrevit; quapropter eductum è vinculis, ad proprias epulas invitavit, *ibid.* §. 8. Hisce honorificè absolutis, sensit Joannes, quò Wenceslai artes tenderent, denuò enim promissa illi munerum largitio, minæ intentatæ, ac sacrilegia renovata instantia; quibus tamen cùm responsum prioribus non dissimile opposuisset, ibidem §. 9.; Catastæ, quæ tormenti genus, Regis jussu imponitur; ibi facibus etiam admotis diù cruciatus aliam non edidit vocem, quam ut veneranda nomina Servatoris, ejùsque Matris invocaret, unde frustrà fatigatis lictoribus è machina deponitur, ibid. §. 10., quo tempore fertur ipse cælesti consolatione recreatus, ibidem §. 11.

Prudentèr indè se gerens invictus Athleta, quamvis liber dimissus fuisset, palàm nihilominus prodire destitit usque quò sanarentur vulnera; posteà vel cælesti prænunciatione, vel ex notitia Regiæ indolis mortem auspicatus

im-

iminere, ferventiori pietatis studiose dedere, & quodammodò proximæ peregrinationi Viaticum parare videbatur, ibidem §. 12. Concio ei postrema fuit in Ecclesia Sancti Viti, ubi usurpatis verbis illis Evangelii Joannis cap. 16. v. 17.- *Modicum, & jam non videbitis me &c.* illisque non semel repetitis, apertè prædixit, se pro tuendis Christi, & Ecclesiæ legibus mortem passurum. Tunc verò Prophetiæ bonô illustratus calamitates, & excidia Regni Bohemiæ impendentia lacrymis mixtô sermone pandidit, feralémque heræsim ad ostium pulsare quæ Sacra omnia subversura esset, ibidem §. 13. tandem à Collegis suis veniam petens verba ingenti luctu absolvit, ibidem §. 14. De his ejus méntem divinô lumine irradiatam nemo inficias ibit, cùm paucis elapsis annis hæresis Hussitarum, aliorùmque Monstrorum, nèc non exitialis Bellorum clades florentissimum Bohemiæ Regnum invaserit, undè Sacra omnia, & templa direpta sunt, proùt latiùs constat ex Ænæa Silvio in *Histor. Bohem. cap. 35. & sequen.*

In arenam itaquè jamjam descensurus Christi Miles Boleslaviam perrexit, ubi tunc temporis vetustissima Beatæ Virginis Mariæ Imago colebatur, cujus præsidio animam suam commendavit. Balbinus. Sumario dicto n. 7. §. 15. Alacer hinc ad prælium factus sub vesperam Pragam rediit; cumque Wenceslaus Princeps ad fenestram tunc adesset, in remeantem Viatorem fortuitò conjectis luminibus, subitaneâ lacessitus cupidine resciendi tandem post tot experimenta Uxoris noxas, illum ad se duci imperat. Paucis tum furiam agens, statim ac Joannes ei sistitur, inquit - *Audi Sacerdos, moriendum tibi est, nisi è vestigio jam hic Conjugis meæ Confessionem, & quidquid unquam illa confitens dixit, & ordine exponas: actum est, periisti. Juro DEUM, aquam potabis.* His autèm magis ad servandum DEI præceptum Joannes accensus, nedùm voce sed totô corporis nisu grande crimen abhorrens, ei reluctatur. Quare statim à satellitibus comprehensus, ac in interiori cubiculo collocatus, donèc nox adveniret, tunc manibus, & pedibus ligatis in Moldavam Flumen, quod utràmque Urbem novam & veterem Pragam conjungit, projicitur, recurrente pervigiliô Dominicæ Ascensionis, ibidem §. 16.

Expositionem adeò luculentam rei gestæ comprobant plures Scriptores, præcipuè Compilator Chronici manuscripti existentis in Archivio Ecclesiæ Metropolitanæ, quod à Peritis judicatur exaratum antè annum 1471. Summ. n. 8. litt. A.

Paulus Zidek Magister, & Doctor in Chronico paritèr manuscripto, cujus Codex à Peritis creditur dicto annô 1471. conscriptus, eodem. n 8. litt B.

Wenceslaus Hagecius Scriptor Imperiali auctoritate approbatus in Historia Bohemiæ, qui opus edidit annô 1541. ibidem lit. E.

Joannes Dubravius Episcopus Olomucensis in eodem opere impresso annô 1552. ibid. litt. I.

Martinus Boregk *Heterodoxus*, qui Chronicon promulgavit annô 1587. *ibid. litt. L.*

Bartholomæus Paprozky in opere, cui titulus, *Successio Ducum, & Regum Bohemiæ*, impresso de consensu Archiepiscopi Pragensis, tamquàm Supremi Correctoris annô 1602. *ibid. litt. O & sequ.*

Georgius Bartholdus Pontanus in Bohemia Pia edita anno 1608. ibid. litt. S.

Auctor Postillæ diversarum Concionum publicatæ anno 1629. ibid litt. T.

P. Simeon Eustachius Kapihorsky in Historia Monasterii Sedlicensis anno 1630. ibid. litt. V.

Joannes Adlzreiter Annalibus Bogicæ Gentis impressis anno 1662. ibid. litt. X.

Joannes Gluverius *Acatholicus* in Historia totius Mundi edita eodem anno, ibid. litt. Y.

Thomas Joannes Pessina in Marte Moravico edito anno 1677. ibid. litt. Z.

His autem unanimes subscribunt decem, & septem alii classici Auctores indicati in Summ. n. 8. litt. AA. ! Undè, sicut ex concordi tot Historicorum ennarratione dicendum est in hoc omnes, qui de B. Joanne agunt, convenire, ità eis omnimodo fides habenda videtur; si enim cuncti Historici in rei gestæ relatione consentiunt, de veritate amplius non ambigitur, ut docet eruditissimus Melchior Canus de Locis Theolog. lib. 11. cap. 4. v. 3. *conclusio.*

Confirmant prætereà veritatem supradictæ relationis Testes in Processu examinato, de carceratione, Cruciatibus, & morte B. Joannis, ac de Causa observantiæ sigilli Confessionis ex fama deponentes Summario n. 9. à §. 1. ad 8. qui ulterius negativam præcisè coarctant, nullam aliam videlicèt extitisse Causam tormentorum, & necis prædictæ, benè explicantes virtutem Constantiæ, quam Servus DEI ostendit in perferendis ærumnis, ac morte ipsa, eodem n. 9. §. 9. & 10. *per totum.*

Quibus documentis, ceù colophon additur Sententia Imperialis Dignitatis Wencelao abrogatæ anno 1400. lata per Archiepiscopum Moguntinum; ibi enim intèr cæteras causas depositionis ejusmodi expressa legitur cædes, & submersio Virorum Ecclesiasticorum, ac Spiritualium, Summario n. 14. litt. A, hanc autem Sententiam cùm expressione Causæ aliundè probatæ, notoriam, & mani-

manifestam reddit veritatem ejusdem Causæ. *Gonzal. in cap. quæsitum n. 3. de Cohabit. Cleric.*

ARTICULUS IV.

Probatur verum Martyrium Beati Joannis.

EX præmissa gestorum serie clarissimè constat, intervenisse in casu omnia requisita necessaria ad constitutionem Martyrii inspectis Regulis in hac materia ex communi Theologorum, & Canonistarum Sententia, Praxi Ecclesiæ receptis.

Et quidem Martyrium propriè, ac specificè sumptum juxtà Christi sensum in Actis *Apostol. cap. 1. v. 8. - & eritis mihi Testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, usquè ad ultimum Terræ* - nil aliud in sua notione præsefert, quàm testimonium, quod quis edit in DEI honorem pro aliqua veritate Fidei, ardore Charitatis incensus, adversa quæque, & mortem ipsam forti animô sustinens, *D. Thomas sec. sec. quæst. 124. artic. 4. Cardin. de Laurea in Tert. Sent. tom. 3. part. 2. disput. 20. artic. primo.*

Excellentia Martyrii nobilior dari non potest, quam illa, quæ à Sancto Leone Magno initiô sermonis de Sancto Laurentio describitur - *Cum omnium, dilectissimi, summa Virtutum, & totius plenitudo Justitiæ de illo amore nascatur, quô DEUS, Proximusque diligitur, in nullis profectò hic amor sublimiùs excellere clariùsque fulgere, quàm in Sanctis Martyribus, invenitur, qui Domino Nostro JEsu Christo pro omnibus Hominibus mortuo tàm propinqui sunt imitatione Charitatis, quàm similitudine passionis* - Eminentia enim Charitatis in DEUM in hoc potissimè consistit, quôd quis divitias, honorem, & vitam contemnens mortem alacri animô subeat, secundùm verba Domini apud *Joannem cap. 15. vers.- Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat prò Amicis suis*-quæ ponderans *D. Bonaventura in opuscul. Apologiæ Pauperum Respons. 2. cap. 1.* inquit: *Mortem itáque pro Christo desiderare, morti se pro Christo exponere, & in mortis agone gaudere, actus est Charitatis perfectæ* - quapropter *D. Thomas præcit. quæst. 124. art. 2. in corp.* maximum actum perfectionis in Martyrio comprehendi concludit.

Hoc itáque opus adeò excellens tria ad sui constitutionem requirit ex Doctrina *Sylvestri in summa part. 2.* verbô *Martyrium in princip. Bordon. resolut. Mor. 113 num. 32. part. 3. tom. 4. Pignatell. Consult Canon. 72. n. 2. tom. 4.* primum videlicet, quod Martyr mortem subeat re ipsa. Secundum, ut eam

volun-

voluntariè promptoque animo præferat. Tertium, ut causa mortis illatæ promanet ex confessione fidei, vel actu alterius virtutis DEUM respicientis, in qua Martyr usque ad consumationem perseveret.

Causa inquam, Martyrii non colocatur unicè in mortis tollerantia pro afferenda veritate fidei! sed comprehendit quòque implementum alicujus operis, quæ virtutem redoleat, ac in DEUM dirigatur; sicut enim opera, quæ ipse jubet, exteriorem fidei. quam internè credimus, protestationem continent, ità eadem opera, utpotè ad DEUM relata, Causam Martyrio præstant, dicente Domino. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. quoniam ipsorum est Regnum Cælorum. Matth. cap. 5. vers. 10.*; justitiæ verò appellatione venire alias virtutes, habito respectu ad Martirium, explicat S. *Thom. dictâ quæst. 124. artic. 5. in corpore Bordon. Oper. Moral. dicta Resol. t. 113. num. 32. & sequent.*

Idipsum demonstrant exempla è Tabulis Ecclesiasticis petita, quibus docemur plures invictos Pugiles, nedùm prò assertione articuli fidei, sed pro alisequo etiam virtutis opere interfectos venerationem Martyri debitam fuisse concutos. Sanctus Stanislaus Episcopus Cracoviensis cùm Boleslaum Coloniæ Regem libdine æstuantē anathemate percussisset, ab illo, vix dum Sacrum celebrârat, anno 1079. trucidatus, sacris aris ab Innocentio IV. admotus est, ex *Ioanne Longino in illius Vita cap. 7., & sequent., ac ex Baron. in Adnot. ad Martyrol. Rom. die 7. Maji litt. A.* Hoc idem factum de Sancto Thoma Cantuariensi ab Alexandro III., postquam ex causa tuendæ Immunitatis Ecclesiasticæ ab Henrico II. Rege Angliæ quampluribus ærumnis vexatus, manu Scelestorum, illo ignâro, cæsus occubuit anno 1170., ut refert idem *Baron. in Annale Eccl. ad Annum 1170., & 1173.*; facem soli præferrem, si rem hanc magis illustrare pergerem. Alia exempla videsis apud *Cardin. Lauream in lib. supracit. disp. 20. art. 7. n. 108. & seq.*

Quibus positis palàm est, concurrere hic omnia Martyrii requisita; primò etenim constat ex præmissis in antecedenti Articulo, B. Ioannem, post Carceris vincula, & tormentum Catastæ passum, pertulisse mortem per demersionem in Flumen jubente Principe.

Secundò liquet, ipsum lubenti animo acceptâsse cruciatus, & mortem, eò quòd pluries rogatus à Rege, cujus sævitia latere non poterat, constanter respondit arcana Confessionis revelare non permitti; in carcere propositâ sibi libertate per Custodem, elegit potius longiores in eo moras, & mortem quàm Regi satisfacere; Catastæ adactus non querimonias jecit, sed tantùm nomina IEsus & Mariæ frequenter ingeminavit, denique coràm Principe quàm vehementèr urgente pro sigilli violatione, mortemque minitante, nil dubius hæsit, sed ore & opere sacrilegium aversatus est.

Ter-

Tertiò evincitur Causa Martirii; quia tormenta, & mortem pati adstrictus fuit Joannes, ne Sacramentale sigillum frangeret, cujus quidem conservatio, licet directè non cadat sub Fidei objecto, adeò ut dici possit, illum propter fidem occubuisse, ut contigit in Christi Fidelibus in primitiva Ecclesia, nihilominus extrà controversiam videtur, quòd passio ipsius tribuenda sit operi virtutis ad DEUM relatæ, quâ inspectâ Martyrii Coronam sibi comparavit.

Ratio autèm ea est potissima; quia cùm DEUS tegat peccata clavibus per pœnitentiam subjecta in Sacerdote, ut se DEO conformet, omnimoda residet obligatio eadem peccata celandi, & si umquam talem obligationem transgreditur, Sacrilegii reatum incurrit tamquam Divini Præcepti violator, ut docet, *S. Thomas in supplem. 3. part. quæst. 11. art. 1. in respons. ad 1. & 2.* aliique communitèr Theologi, cum quibus consonant *Landmeter. in Tract. de Veter. Clerico lib. 2. cap. 94. Perring. in Jus Canonicum lib. 5. tit. 31. n. 17. vers. Notandum secundò Gonzalez in cap. Si Sacerdos n. 4. de Offic. Judic. Ordin. Fagnan. in cap. Omnis n. 27., & seqq. de Penit. & Remiss.*; undè sicùt confessarius arctissimè tenetur ad servandum sigillum, ità quotiès contingit, eum ex ejusmodi causa mortem sustinere, martyrii præmium adipisci non dubitatur, ut præclarè tradit *Molfes. in summa Tract. de Pœnit cap. 23. n. 12., & n. 16.* cujus verba sub n. 12. juvat afferre, ibi - *Confessarius tenetur audita in Confessione obsignata conservare in corde suo, ut nullòmodò, & ex quavis causa directè vel indirectè illa manifestet, potius mortem libenter sustinendo; sic enim erit Martyr Christi pro defensione Saacrmentorum ipsius, ut fides docet.*

ARTICULUS V.

Prodigiosa inventio Cadaveris Beati Joannis, ejusque solemnis delatio ad Ecclesiam Metropolitanam Sancti Viti, & denique Vindicta in Auctorem cædis.

NOctu igitur perpetratâ, ut jàm expositum est, Joannes cæde, sibi Rex blanditus fuerat, flagitium in abdito mansurum; sed qui vigilat super Servos suos, Dominus, & qui cogitationes impiorum dissipat, mirabilia operatus est. Ubi exanime Cadaver ex aquarum fluctibus emersit, flammæ ignis visæ insidere, quæ reliquâ nocte flumen illustrârunt. Populus tùnc in admirationem raptus est, ignarus quid fieret; cùm verò dies illuxit, rem actam planè cognovit. Inventum quoque in Arena est Cadaver Servi DEI aspectum placidè renuentis præseverens, undè arcanum Ignis aquæ innatantis revelatum. Cumulate id describit P. Balbinus, *Summario n. 19. §. 1.*; summatim verò plures Scriptores testantur, Hagecius præcipuè *Summario n. 8. litt. F.*, Paprozkius *ibidem litt.* .-

Q.

Pontanus, *ibidem litt.* S. Auctor Postillæ diversarum Concionum *ibid. litt.* T., P. Kapihorsky, *ibid. litt.* V. T. aliique relati *sub eodem n.* 8. *litt.* AA., & concludunt paritèr Testes *Summar. n.* 11.

Flammarum aspectui additur ex relatione quorundam Scriptorum alterum prodigium, quòd nimirum alveo arefacto, ubi Cadaver steterat, quasi in reverentiæ signum unda Fluminis locum cesserit; sic refert Paul Zidek *in Chronico vetustissimo an.* 1471' *Summar. n.* 8. *litt.* B. Joannes Dubravius, ibid, litt. K., Martinus Boregk Acatholicus, *ibid. litt.* B. Joannes Adelsreiter in *Annal. Bogic. Gentis, ibid. litt.* X., & confirmant Testes relati *in Summ. d. n.* 11., quorum in ordine tertius deponit auditum quòque fuisse concentum.

Palam fecit hisce Dominus coronam gloriæ constantissimo Sacerdoti tributam. Simile enim quid legitur de aliis Martyribus. Ad Corpus S. Hermenegildi auditas Psalmodiæ voces, accensàsque Lampades apparuisse meminit D. Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 31. Radii cœlestes Cadaver Sancti Stanislai Episcopi Cracoviensis adornârunt, pròût narrat *Joannes Long n. in ejus Vita cap.* 8. In loco passionis S. Petri ex Ordine Dominicano sequenti nocte Luminarium descensum, ac ascensum Religiosi Viri aspexerunt *ex S. Antonino in Chronic. part.* 3. *tit.* 23. *cap.* 7. *§ De S. Petro.*

Mira hæc animadvertentes Canonici Metropolitanæ paratìque ultima, & consentanea exhibere Officia præstantissimo Collegæ, illius Corpus ad proximam Ecclesiam S. Crucis Religiosorum de Pœnitentia nuncupatorum asportârunt, ut Sepulcrum interea in Cathedrali concinnaretur; quâ occasione humo effossâ ingens repertus est thesaurus, cedens in præmium fortitudinis eorumdem Canonicorum indignationem Regis non paventium, ut recenset sæpe laudatus scriptor *d. n.* 10. § 2.

Magnus in eadem Ecclesia concursus Populi venerantis, Martyrisque virtuti applaudentis adfuit, *ibid.* § . 3. . adeo ùt Wenceslaus famâ perterritus Religiosis imperaverit, ut Sacrum Corpus in parte abdita reconderent, *ibid* § 4.; cautio tamen hæc ad celandam Martyris gloriam nonprofuit; impleto quipè mandato, statim odor manavit è Corpore, prodens ubinam lateret, *ibidem* §. 5.

Instructa deinceps solemni pompa venerandæ exuviæ ad Metropolitanam delatæ, ibìque reconditæ apposito deindè lapide cum honorifica Epigraphe exprimente factum, quam recitat P. Balbinus, *ibid.* § 6. & 7.; quibus peractis cùm omnia ad notitiam Reginæ devenissent, ipsa mærore amissi optimi Patris perculsa, diuturnum morbum contraxit, ex quo tandem obiit anno 1387, *ibid.* § 8.

Prædictam solemnem Corporis translationem, & collocationem in Ecclesia Metropolitana, cui causam dederunt visa prodigia, clarè annotant alii scrip-

Scriptores, Hagecius nimirum *in Summ. n.* 8. *litt.* G. Paprozkius *ibidem litt.* Q. Pontanus *ibid. litt.* S. Auctor Postillæ diversarum Concionum, *ibid. litt.* T., Pater Kapihorsky, *ibidem litt.* V., cæterique ferè omnes *eodem n.* 8. *litt.* AA.; & comprobant simul Testes *in Summ. n.* 21., qui Locum illus repositionis specificant; ajentes in præsens inibi adhuc degere absque ulla contradictione *Summario n.* 12.

Quæ autem Clero, & Populo Pragensi stuporem ingesserant, eò paò, ut Joannem venerati fuerint, hæc ipsa Wenceslao fuerunt horrori; statim ac enim lumina flumen percurrentia per Reginam sibi designata conspexit, ab hominum consortio se subducens, triduò in occulto mansit, ex P. Balbino in *Summ. num.* 10. §. 1., majori deindè turbatione captus ad Arcem Ziebrokam se contulit, ex testibus in *Summ. n.* 13.

Sed usque adhuc Innocentis Viri cædem vidimus inultam, id tamen Divini Numinis majestas, vindictæ tarditatem gravitate interdùm compensare assueta, diutiùs non permisit. Præterquàm plura Wenceslao objecta crimina, id singulatim enormiter factum constabat quòd Viros Ecclesiasticos vitâ sustulisset. Hæc imperii Septemviros impulerunt, ut ipsi Dignitas Imperialis abrogaretur. Annô proindè 1400. eorumdem Septemvirorum cætu coactô Archiepiscopus Moguntinus sententiam depositionis tulit, expressâ præcisè causâ, quòd Wenceslaus ferrô tales Viros necuisset, *vel aquis submersisset*, ut patet ex tenore ejusdem sententiæ in *Summario num.* 14. *litt.* A., & conveniunt Scriptores, allatij, *ibidem litt.* B., quare criminis vindicta fuit adeò certa, ut ex fama publica post trium sæculorum lapsum, & ultrà Testes concludant abrogationi supremæ Dignitatis in Wenceslao causam dedisse necem Joannis, *Sum. dicto, n.* 14. *litt.* C.; quæ fama volitat adhuc per ora Hæreticorum, *ibid.* §. 1., ac de ea optimam rationem assignant Testes, præcipuè XIX. *ibid.* §. 2.

ARTICULUS I.

De fama Sanctitatis, & Miraculorum Beati Ioannis ab eius obitu. Enumerantur aliquot Miracula ad ejus Tumbam, vel ejus præsidiô patrata.

INvicta Joannis constantia, quam pro Sacramenti defensione ostendit, celeberrimum ei Sanctitatis nomen conciliavit; nam, ut ait Divus Gregor. *lib.* 22. *cap* 5. *Moral.*, *ibi - Fama à bono opere vires accipit, & favoris gratiam quasi claritatis lumen aspergit.* Quam latè autem fama hæc Hominum mentes in Plagis præsertim Septentrionis occupaverit, plenè patet ex Testibus. I. eorum in *Summ. num.* 15. §. 1. narrat, se de illa audivisse à Majoibus, qui erant

Viri graves, & senes, eamdèmque famam totum Bohemiæ Regnum pervasisse, §. 2. id ipsum percepisse ex lectione Hagecii Auctoris Classici, & approbari à Regni Statibus, aliorùmque Scriptorum fide dignorum, utpòté Catholicorum, VII. eodem n. 15. §. 3. parem auditum refert à Majoribus, subdens §. 4. famam ejusmodi cœpisse ab obitu B. Joannis, idquè confirmat §. 5. ex lectura Hagecii, aliorùmque Historicorum Catholicorum. X Testis consonat ferè in omnibus, ibid. §. 6. & XV. deponit famam prædictam inchoasse à tempore dejectionis è Ponte, sempérque illam constanter mansisse, præcipuè in Oppido Nepomuci, quamvis Incolæ anteactis temporibus Hæresis labe infecti fuerint, ibid. § 8. & 9. XVI., XVII. XX., XXI. XXIII. ibid. à §. 10. ad 21. ejusmodi famæ initium adscribunt tempori obitûs Beati Joannis, postea sine ulla contradictione perstitisse memorant, eàmque confirmatam ab Hagecio, cæterisque Catholicis Scriptoribus; ac denique eamdem famam fuisse auctam exprimunt Testes in in summ. n. 6. à litt. A. ad E.

Sanctimoniæ famam comitatur illa Charismatum, & Miraculorum, quibus Altissimus Servum suum insignivit; cum enim ipse usque ad sanguinis effusionem famam Reginæ custodierit, singularem hanc sortitus est benedictionem à Domino, ut in famæ periculo versantibus subveniat, communíque Gentium voce habeatur famâ periclitantium. Refert id Balbinus relatus in summ. n. 17. descriptâ oratione, typis hac de re impressa, ibidem §. 1. & 2. variàsque species gratiarum Servi DEI ope concessarum, adhibitô etiam pulvere sepulcri ènumerat, ibidem §. 3.

Depositio Testium hæc omnia corroborat. I. eorum Summario dicto n. 17 §. 1. ad 3. inquit de dicto patrocinio audivisse, ac Beatum uti Patronum proprium agnovisse, pluribus ab eo beneficiis receptis; & disertè exprimunt II. VI. XVI. XVII. XIX. XX. XXI. & XXIII., ibid à §. 4. ad 20. enarrantes ejus præsidium pluriès expertos fuisse in negotiis arduis §. 7. in bona valetudine filiæ §. 8., in liberatione à quadam persecutione §. 10. in gravi necessitate, mediante improvisâ pecuniarum inventione ad Tumulum Servi DEI §. 17., & in conservatione unius filii superstitis post alios quinque defunctos §. 19. & deníque VI. ait §. 9. multa prædicari Beneficia per servum DEI collata, in quo concordant XX. §. 15. & XXIII. §. 20.

Miraculorum fama adeò insignis viget de Beato Joanne, ut ejus ope, ex antiquis monumentis habeatur, Cæco lumen fuisse restitutum; longioris vitæ cursum iis impertitum, qui pròpè mortis agonem stabant; ac liberationem à supplicio imminenti aliis concessam fuisse, talitèr, ut ex his, aliisque miraculis Servus DEI inclytam *Thaumaturgi Bohemiæ* denominationem nactus fuerit, prout sæpè laudatus Pater Balbinus autumat Summario n. 18. §. 1., & concor-

dan

des quoad miraculorum copiam sunt Testes relati, *eodem num. à 15. ad 5.*, affirmantes plura fuisse facta prodigia Beati Joannis intercessione, idque etiam percepisse ex majorum traditione.

Perenne præ aliis recensetur prodigium illud, divinâ sic elargiente bonitate, ut nemo inultus abeat, qui Sanctitatem Beati Joannis aliquô factô lædere, vel Sepulcrum violare præsumpserit. De his deponunt Testes, dati in *Summ. n.* 19. *à §.* 1. *ad* 12.; & signantèr III. *sub.* §. 2. inquit de hujusmodi re famam constare etiam apud Heterodoxos; consentiunt verò Scriptores Historici, nimirùm Pater Balbinus *ibidem §.* 13., Joannes Thomas Pessina *ibid. §.* 15. Pater Joannes Tanner, *ibidem §.* 16 Bartholomæus Paprozkius, *ibidem §.* 18., Joannes Jacobus Weingarten, *ibid. §.* 19., hísque subsequuntur alii adnotati in Elencho *ibidem post §.* 20.

Quinimò præcipua occurunt exempla animadversionis cælitùs adhibitæ in eos, qui Tumulo vim intulerunt, ut videre est ex III. Test. *dicto n.* 19. §. 4. IX. §. 6. ubi de Hæretici Punitione fit mentio, qui, licèt suadentibus ejusdem farinæ hominibus abstinere noluit à vituperando B. Joanne XIV. *§.* 8., qui loquitur de propria experientia, XVI. *ibidem* §. 10. & XX. *§.* 12., quorum uterque narrat, Hæreticum quemdam tempore occupationis Pragæ factæ à Friderico Palatino, cum per contemtum demoliri tentasset Beati Joannis Tumulum, in terram dejectum, & miserè habitum cum sociis, cujus deplorandi successus mentio etiam fit in quadam Epitome Litterarum contemporaneè Pragâ scriptarum, *Summ. dicto, n.* 19. *§.* 20.

Hæc prodigiorum perpetratio in violantibus Tumulum Servi DEI effecit, ut modus fuerit excogitatus, quô facile obvius non staret. Factum enim est abantiqissimo tempore, ut eo in loco appositæ fuerint crates accessum impedientes, usque modo inibi retentæ. Id evincitur ex Hagecio, qui scripsit anno 1541. *Summ n.* 8. *lit.* G. Paprozkio in *Summ. n.* 19. *§.* 10., *&* Weingarten *ibid.* §. 16.; & eusmodi crates fuerunt diversis temporibus duplicatæ pro majori custodia, ex P. Balbino *Summario dicto n.* 19. *§.* 14. P. Tannero, *ibidem §.* 17 Comprobantque hæc omnia Testes in *Sum. n.* 20. *à §.* 1. *ad* 6. qui specificant, crates non esse tantùm unius ordinis, sed duplicis, minores nempè, & majores, & de illarum existentia audivisse à majoribus longa ætate provectis, & nihil contra illarum retentionem fuisse actum, *Sum. n.* 21.

Observatione autem dignum occurrit quoad hanc sepulcri custodiam quod videlicet post vindictam supernè sumptam de Hæretico, qui disturbare contendit illius crates durante occupatione Friderici Palatini, curavit hic tabulis, asseribusque locum circumdari, ut modus omnis adimeretur accedendi ad Tumulum, ex Teste XX. *Summ. n.* 19, & confirmat supramemorata Epi-

C 2 theme

home litterarum Pragâ scriptarum, *eodem n.* 19. §. 20.; unde ex Hostium Catholicæ Religionis facto prodigium remansit comprobatum.

Consimilis Cœli protectio prædicatur de domo, ubi Beatus Joannes ortum habuit; ea enim tractu temporis in Ecclesiam conversa, ut recitant Testes in *Summ. n.* 22. §. 1. 2. 3. 4. 7. & 12. mirabile hoc contigit, quòd usquequò Domus constituta mansit nemini quietam in ea ducere habitationem permissum est, *ibidem* §. 1. 4. 8. 9. 12. 15. Ulteriùs cùm in muro extarent quædam Imagines, operâ, ut tradebatur, B. Joannis depictæ, *ibidem* §. 5. 10. *&* 13., nunquam calce illini potuerunt, tincturâ semper in humum effusâ, *ibidem* §. 14. *&* 17.

Cæterum, ut argumentum hoc de copia Miraculorum Beati Joannis, sivè ad tumbam, sivè ex illius intercessione patratorum, prolixitate omissâ, absolvatur, catalogus annectitur in *Summario n.* 23. distinctè referens plura prodigia, & Miracula, quæ in processu fuerunt probata.

ARTICULUS VII.

Cultus Beati Joannis præstitus ab ejus obitu.

Expositio signorum Cultûs hìc necessaria non est; cùm ea reservanda sit discussioni Dubii super casu excepto, DEO dante, in posterùm explendæ; attamen, quià Sanctitatis manifestationi aliqua cognitio antiquissimæ venerationis conducere apta creditur, cum hæc dari non potuerit, nisi Martyriò præcedente, ut optimè inquit *S. Gregorius in lib.* 3. *Dialog. cap.* 31. agens de iis, quæ subsecuta fuerunt Martyrium S. Hermenegildi, ibi. *Qua in re considerandum nobis est, quia totum hoc agi nequaquam posset, si Hermenegildus Rex pro veritate mortuus non fuisset* - hinc iuremeritò ad prænotatum finem delibare par est nonnullà, quæ Cultum Beati ab ipsius obitu inchoatum demonstrant.

Porrò jam actum est supra de cadaveris delatione ad Ecclesiam Patrum de Pœnitentia, solennique illius translatione ad Metropolitanam. Disertissimè autem recensens P. Balbinus circumstantias, exprimit Populi concursum, deosculationem Cadaveris, invocationem Beati, pulsationem Campanarum, honorificam Inscriptionem; *Summ. num.* 10. §. 3. & 7.; unde ab eo tempore Cultum cepisse autumat, *Summ. n.* 24. §. 8. ibi - *Neque honores isti nuper inventi, novique dici possunt, sed jam ab ipsa statim morte, & ab omni memoria hodie viventium hominum, & ab omnibus impensi*; cui, paucis hæc ennarrantes, consentiunt vetustiores Scriptores Hagecius nempè *Summ. num.* 8. *litt.* G. Paprozkius, *ibidem litt.* Q. P. Tannerus *Summ. n.* 24. §. 22.; positò autem hoc initiò plures indè species publici Cultus emanàrunt

Et

Et sanè principem locum obtinet Titulus *Beati*, *& Martyris* illi adscriptus, cujus meminit Hageeius *Summ. n. 8. litt.* G., & consonat P. Balbinus, *Summ. n.* 24. §. 2. *&* 4., referens ad Tumulum Joannis pendere Crationem cum titulo *Beati*, laminásque ferreas Cratium pro custodia positarum eodem titulo *Beati*, & *Martyris* exornatus, ac infrà *eodem n.* 24 §. 11 *ad* 13. subdit ab antiquo Auctore antè sæculum, & ultrà fuisse editum Hymnum præseferentem ejusmodi titulum, ac talitèr eum nominari à Scriptoribus; quod pleniùs confirmant Testes in *Summario n.* 25. à §. 1. *ad* 14. deponentes appellatione *Sancti*, *Beati & Martyris* condecorari Servum DEI à tempore immemorabili, nemine, vel ipsô Ordinariô contradicente.

Altera species cultûs versatur in eo, quòd Beatus Joannes adlectus reperitur inter Sanctos Patronos Regni Bohemiæ; id enim patet ex simultanea veneratione, quæ ipsi cum aliis Patronis defertur. P. Balbinus *Summar. n.* 24. §. 1. In Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ intèr Imagines Patronorum depicta est antè duo sæcula Imago B. Joannis, *ibidem* §. 9. Hujusmodi Patroni prærogativam admittunt Testes, etiam de auditu à Majoribus in *Summario n.* 26. §. 1. 3. 6. 8. 13.; præsertim verò illa depromitur, eò quòd Sepulcro Servi DEI appositum jam fuerit Candelabrum ex munificentia olim Serenissimi Leopoldi Archiducis Austriæ elegantèr elaboratum, continens tùm ceteras Patronorum Imagines, tùm illam Beati Joannis, P. Balbinus *dicto num.* 24. §. 5., P. Tannerus, *ibidem*, §. 25. & resultat quóque ex Dicto Testium *Sum. n.* 27. §. 1. 2. 3. 4. 6. 9. *&* 10. cujus candelabri Basis traditur esse antiquissima, ex eodem P. Tannero *loco mox citato*, & testibus *dicto n.* 27. §. 5. *&* 8.

Desumitur tertia species, ex continuo Populi concursu ad prænotatum Tumulum, eò confluentibus personis cujuscùnque Dignitatis, Ordinis, & Conditionis. P. Balbinus id refert, *Summar. dicto n.* 24. §. 1. Gloriosæ memoriæ Ferdinandus I. Imperator, qui anno 1564. obiit, cùm Pragam accederet, procumbere ante Joannis Tumulum semper assueverat; habuítque post se Imitatores Ferdinandum II. & III., qui præcipuè in animum induxerat solemnem Servi DEI Canonizationem promovere. P. Balbinus *dicto num.* 24. §. 6. *&* 7. Et pium morem venerationis admiserunt pariter recentiores Cæsares, Leopoldus nimirùm, & Josephus, ac deníque Augustissimus Carolus VI.; prout deponit V. Testis in *Summ. n.* 26. §. 9., qui ulteriùs concludit quosdam Optimates Regni Bohemiæ eundem Cultum præstare, signanter antequàm Tribunalia subeant. Concursus autem iste quoad Clerum, sivè Sæcularem, sivè Regularem, tolerante Ordinariô, à tempore immemorabili probatur ex Testibus *Summ. num.* 28. §. 1. *ad* 7.

Maximè verò ille eminet die anniversaria Martyrii B. Joannis I. Testis in

Summ. n. 26. §. 1. II. *ibidem §.* 4. V. *ibid. §.* 11. , ubi quod locus est angustus prè frequentia Populi XIV. *ibid. §.* 14. qui ait illum adventare copiosissimum , & majorem adhuc , quam in celebritate aliorum Sanctorum Patronorum ; adeò ùt §. 15. optimam addat observationem, quòd fama nempè Sanctitatis sit fundata , utpotè conspirantibus in venerationem Servi DEI hominibus cujuscùnque generis , conditionis , & aetatis. XV. Testis de auditu , *ibidem* §. 16. Idémque concursus succedit in Ecclesia constructa in loco Nativitatis Servi DEI , ubi praefata die magna solemnitas agitur à tempore immemorabili cùm Oratione panegyrica de Virtutibus Servi DEI , & celebratione Missarum de Sanctissima Trinitate. P. Balbinus, *summ. n.* 24. *§.* 17. *&* 18 , & confirmat XV. Testis *summ. n.* 26. §. 16.

Quarta species Cultûs evincitur , eò quòd in Domo Nativitatis Servi DEI erectum fuerit Sacellum à tempore ejus obitûs. P. Balbinus hoc refert, *summ. n.* 24. *§.* 14. ; & successu temporis ea conversa fuit in Ecclesiam , *ibid. §.* 15. , proút concludunt Testes , *summ. n.* 22. §. 1. *§.* 2. ubi quòd adsit magnus concursus , *ibid. §.* 7. 8. 9. 11. ; & huic Templi constructioni jungitur Altaris consecratio in Ecclesia Metropolitana ex P. Balbino *summ. n.* 24. §. 10.

Succedit quinta species Cultûs promanans ex appensione Anathematum , & accensione Lampadum , & Cereorum ad Tumulum Beati Ioannis Pragae , & in Ecclesia Nepomuci. Testatur P. Balbinus , *summ. n.* 24. *§.* 3. 4. , *&* 19 , P. Tannerus , ibid. *§.* 23. & 24. , ubi praecipuè fit mentio de Lampade perpetuum ignem fovente ex pientissima elargitione Serenissimi Leopoldi Archiducis Austriae ; & genericè de praedicta Anathematum appensione , & accensione Lampadum deponunt Testes in *summ. n.* 26. *§.* 2. , & 4. *§.* 7 , ubi refertur singularis oblatio Cerei , quae fieri olim consuevit quotannis Tumulo Beati à Viro primariae Dignitatis in Regno Bohemiae , *ibidem §.* 11. , & de appensione Anathematum ac antiquissimo tempore ac nemine contradicente facta plenè differunt alii Testes , *summ. n.* 29. *per tot.*

Sexta promanat species Cultûs, ex quo adsunt Imagines Beati Joannis cum radiis. P. Balbinus , *summ. n.* 23. *§.* 3. 8. Antiquissima Imago cum palma , & radiis sita est in Sacrario Ecclesiae Metropolitânae , *ibid. §.* 9. , altera cum radiis in Ecclesia Nepomuci apud majorem Aram , *bid. §.* 15. Existentium earundem Imaginum , nec non Statuarum cum radiis , palmis caeterìsque signis Sanctitatis , & Martyrii , tàm in Ecclesiis , quàm aliis locis profanis de aditu Majoribus , & visu , affirmant Testes in *Summ. n.* 30. *per tot.* ; precipuè verò I Test. §. 1. *&* 2. ultrà continuum visurum harum Imaginum dicit , se unam vidisse in Libello precatorio ejus Patris. X. Testis narrat in Ecclesia Metropolitana Statuam antiquam extitisse , quae renovata est occasione constructionis novae Capellae

pellæ cum ſcientia Ordinarii,*ibid.* §. 9 Altera inibi adeſt ſupra Portam occidentalem depicta à tempore Ferdinandi I., proùt refert X. *Teſtis* §. 9. cum quo concordat XIII. §. 12. In Sacello Senatûs Vetero-Pragenſis reperitur vetus Imago cum Inſcriptione Martyrium denotante, ut deponit XIV. §. 15. 16. & 17. Universè autem Statuæ Beati Ioannis cum prærecenſitis ſignis conſpiciuntur in Regno Bohemiæ, & in aliis Provinciis, ut ait XVII *Teſtis* §. 18., & in Regno Hungariæ vix una recenſetur Eccleſia, in qua non adſit ejusmodi Statua, vel Imago, ut proſequitur idem Teſtis §. 21.

Denique Cultus demonſtratio conſurgit ex Hymno impreſſo cum aliis editis in honorem B. Virginis, & Sanctorum Patronorum Regni à Bartholdo Georgio Pontano anno 1602. & ex Ordine Triplici Idiomate, Bohemico nempè, Germanico, & Latino compoſita, cujus meminit P. Balbinus, referens eam affixam reperiri Sepulcro Beati, & recitari à confluentibus, *Sum. n.* 24. §. 2., Hymni autem, & Orationis tenor datur in *Summar n.* 31. Ioannis geſta continens cum ejus eximia laude, ac Titulo *Sancti*, *Beati*, & *Martyris*.

Quanti autem ponderis cenſendæ ſint hæ ſpecies Cultûs, venire non poteſt in dubium, & ſatis in præſens videtur, quòd paſſim illæ per Doctores admittantur ad effectum probationis Cultûs immemorabilibus, patet apud *Zypæum lib. 3. Conſult. 2. n. 18. de Reliq.*, & *Vener. Sanct. Tom. 1. Cardin. Bellarmin. de Sanctit. Beatit. lib. 1. cap.* 3. *Argumentum quintum*, & de Reliq. *Sanct.*, *lib. 1. cap. 3. verſ. 8. & 9.* & *Pignatell. Conſult. 244. per tot. Tom. 1.*

EPILOGVS.

HUcuſque deducta palam oſtendunt relevantiam Proceſsûs, de quo agitur, & ſic famam Sanctitatis, Martyrii, & Miraculorum B. Joannis, prò cujus tamen relevantiæ coronide omittendum non eſt præclarum teſtimonium editum à Reverendiſſimo Archiepiſopo in Epiſtola relativa data *in Summ n. 2. §. 2 & 3.* ubi apertiſſimè fidem facit de fama prædicta, & concurſu Populi, ac horum omnium percrebeſcentia.

Undè, cum viceverſa concurrant enixæ Inſtantiæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis CAROLI VI., & Auguſtiſſimæ Imperatricis ejus Uxoris, ſereniſſimi Regis Poloniæ, Eminentiſſimorum Cardinalium, Magnorum Principum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ordinum Religioſorum, & Univerſitatum Germaniæ prò Canonizatione Servi DEI, ut apparet ex *Summario n.* 32., ideóque dubitari non contingat de interventu eorum, quæ requiruntur ad Introductionem huiusmodi Cauſarum juxtà *Decret. Gener. pag.* 28. & Theoricam *Hoſtien. in cap. 1. n. 3. & 4. de Reliq. & Vener. Sanct.*, *Zyp. d. lib 3. Conſult. 2. num. 9. eodem tit. Tom. 1.*, *Con-*

gelos.

teler. de Canoniz. Sanct. cap. 23. n. 1. ad 3. Joann. Franc. Pavin. in Relat. Canoniz. S. Bonavent. part. 2. art. 7. optimo jure videtur esse locus *responso affirmativo* prò Signatura Commissionis, ut humiliter supplicatur.

Quare &c.

Joannes Franchelluccius è Patronis Causarum S. Palatii Apostolici.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

SUMMARIUM
SUPER DUBIO:
An sit signanda Commissio Introductionis Causæ in casu, &c.
EX
PROCESSU PRAGENSI

Num. 1. Catalogus Testium examinatorum auctoritate ordinaria in Civitatibus Praga Olomucii, & Vienna.

I. 
Llustrissimus, & Excelentissimus D. Franciscus Carolus Przehorsowski Sacri Romani Imperii Comes de Quasegowitz Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestatis intimus Consiliarius, Locum tenens & Supremus Regni Bohemiæ Judex, annorum 75. Proc. fol. 605. tergo.

II. Illustrissimus, & Excellentissimus D. Wenceslaus Norberrus Octavianus Kynsky, Sacri Romani Imperii Comes de Wchinitz, & Tettau, Aurei Velleris Eques, Sacræ, Aulæ Regiæque Majestatis intimus Consiliarius, & Bohemicæ Præfectus annorum 74. Procef. fol. 664.

III. Illustrissimus, & Excellentissimus D. Wenceslaus Ignatius Wra-

Wratislaw Sacri Romani Imperii Comes de Mitrowitz, Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestatis intimus Consiliarius, & Regiæ Cameræ Bohemicæ paritèr Consiliarius annorum 70. Processf. fol. 676.

V. D. Luces KaliWoda annorum 90. Proc. fol. 689.

I. Perillustris D. Petrus Nicolaus Straka de Nedabilitz Sacræ Cesareæ, Regiæque Majestatis Consiliarius, Regius Locumtenens, & Supremus RegniBohemiæ Scriba annorum 80. Proc. fol. 701.

II. Perillustris D. Franciscus Nicolaus Alsterle de Astfeldt annorum 64. Proc. fol. 714.

VII. Prænobilis, & consultissimus D. Joannes Franciscus Crusius Vir Consularis annorum 68. Processf. fol. 727. tergo.

VIII. Prænobilis D. Joannes Ignatius Fileczek annorum 68. proc. fol. 741.

X. Reverendissimus D. Tobias Adalbertus Opitz Prælatus, & Archidiaconus Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ ad Divum Vitum in Castro Pragensi annorum 71. proc. fol. 751.

. Illustrissimus D. Joannes Ignatius LiberBaro de Putz, & Adlersthurn RegiæCameræ Bohemicæ Consiliarius annorum 69. proc. fol. 763.

I. Perillustris D. Joannes Franciscus Leo, vel Low ad Erlsfeldt annorum 68. proc. fol. 774.

II. Rever., ac Religiosus Pater Adalbertus Knia Societatis Jesu annorum 63. proc. fol. 785.

III. Reverendissimus D. Martinus Constantinus Beinlich Ordinis Crucigenorum cum Rubea Stella, Generalis Magister in Regno Bohemiæ, inter Regulares primus Prælatus annorum 61. proc. fol 799., & fol. 912.

IV. Prænobilis, & Consultissimus D. Bohuslaus Ioannes Worzikowsky à Kundrawitz Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestatis Consiliarius annorum 59. processf. fol. 811.

V D. Paulus Ojenaschek annorum 80. proc. fol. 824. tergo.

VI. D. Martinus Hawlicjek annorum 70. processf. fol. 836.

VII. Reverendissimus, Illustrissimus, ac Excelentissimus D. Ferdinandus Leopoldus Dubsky liber Baro à Strebomislitz Sancti Joannis Hierosolymitani Ordinis Equitum Melitensium per Bohemiam, Hungariam, austriam, Moraviam, Stiriam, & Silesiam MagnusPrior, & Locumtenens in Regno Bohemiæ annorum 67. proc. fol. 848. tergo.

D XVIII

XVIII. Admodùm Rever., & Religiosus Pater Franciscus Kus Societatis JESU annorum 49. process. fol. 907. tergo.

XIX. Perillustris D. Wenceslaus Christophorus Hlosech de Schampach annorum 62. process. fol. 861.

Testis ex Officio inductus Proc. fol. 97. ter.

XX. D. Joannes Benedictus Petzker ad Regias Tabulas Feudales Camerlingus annorum 78. process. fol. 873.

Testis ex Officio inductus Process. fol. 142.

XXI. D. Severinus Proll. annorum 89. proces. fol. 884.

XXII. D. Magdalena Zahorzanskiana annorum 55. proces. fol. 915.

Testis ex Officio inductus Proc. fol. 152.

XXIII. D. Georgius Samuel Termannus de Ostrawa annorum 64. proces. fol. 894. tergo.

XXIV. Rev., ac Religiosus Pater Stephanus Teinitzlensis Ordinis Minorum S. Francisci Cappucinorum annor. 60. proc. fol 919. tergo.

XXV. D. Theresia Veronica Krebsin annor. 37. proc. fol. 922. tergo.

XXVI. D. Fridericus Leopoldus Kittel annor. 47. proc. fol. 931. tergo.

XXVII. D. Joannes Godefridus Schaffhirt annor. 55. proc. fol. 934.

XXVIII D. Ferdinandus Wilhelmus Krebs annor. 49. proces. fol. 938.

XXIX. Mater Anna Eleonora à Sanctissima Trinitate Societatis S. Ursulæ Conventûs ad Sanctam Annam annor. 70. pro. fol. 940. tergo.

XXX. Mater Anna Joanna à vulnerato Corde JESU Societatis S. Ursulæ conventûs ad S. Annam annor. 46. proces. fol. 945. tergo.

XXXI. D. Joannes Michaël Albrecht annor. 47. proc. fol. 949 tergò.

XXXII. D. Wenceslaus Buscheck annorum 30. proc. fol. 952. tergo.

XXXIII. D. Anna Barbara Wangerin annor. 37. proc. fol. 955.

XXXIV. D Joannes Caspar Marle annor. 53. proc. fol. 958.

XXXV D. Joannes Christophorus Basler annor. 32. proc. fol. 962. terg.

XXXVI. Pater Joannes Georgius Kikowsky annor. 50. proc. fol. 96..

XXXVII.

XXXVII. D. Catharina Bradawiziana annor. 31. proc. fol 968.
XXXVIII. pater Thomas Josephus Trum Sacerdos Ecclesiasticus Curatûs Stankoviensis annor. 46. procef. fol. 971. ter.
XXXIX. D. Georgius Hawliczek annor. 49. proc. fol. 675.
XL. D. Catharina Fialowa annor. 25. proc. fol. 978. tergo
LXI. Reverendissimus D. Joannes Ludovicus Steyer, S. Metropolitanæ Ecclesiæ pragensis Canonicus, & prælatus Archidiaconus annorum 52. fol 997. tergo.
XLII. D. Sebastianus Fuchs philosophiæ, Chirurgiæ, & Medicinæ Doctor annorum 44. proc. fol. 1003.
XLIII. D. Antonius christianus Ehring annorum 53. proc. fol. 1007.
XLIV. D. Jacobus Hodanek annorum 64. Processf. fol. 1018. tergo.
XLV. D. Antonius Wesely annôr. 25. Proc. fol. 1024.
XLVI. D. Daniel Woraczek annor. 35. Processf. fol. 1030.
XLII. D. Joannos Kauterzky annor. 48. proce. fol. 1036. tergo.
XLVIII D. Wenceslaus Hodanek Capitaneus Oeconomicus Strakoniensis annorum 38. Proc. folio 1042.
XLIX. D Maria ClaraHodankiana annor. 38. Procef. f. 1049.

Ex Processu Olomucensi.

I. REverendissimus D. Jacobus Felix Pacher Sacerdos Ecclesiasticus, & Curatus Mierzienfis annor. 44. Proc. fol. 1012.
II. D. Matthias Przibil annor. 47. Proc. fol. 983. terg.
III. D. Joannes Metelka annor. 38. proc. fol. 989.

Ex Processu Viennensi.

I. D. Joannnes Josephus Sattler, Juris utriùsque Doctor annorum 33. processf. fol. 991.
II. D Barbara Koglerin annorum 62. procef. fol. 994.
III. D. Catharina Schonweisin annor. 33. proc. fol. 938. ter.

Num. 2 Epistola Illmmi. & Rmmi Archiepiscopi Pragensis relativa Processûs ejus auctoritate confecti, scripta ad Sac. Rituum Congregationem Proc fol. 1. & seqq.

EMinentissimi, ac Reverendissimi D.D., ac Patroni Colendissimi coram Reverendissimis Eminentiis Vestris, ac tota Sacra Rituum Congregatione, humillimè relationando hisce expono, qualiter in causa Procesŝûs informativi super fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miraculorũ Venerabilis ServiDEI Joañis NepomuceniSacerdotisSæcularis, & Martyris hujus Metropolit-

politanæ Ecclesiæ ad Divum Vitum in Castro Pragensi quondam Canonici per Vicarium meum in Spiritualibus Generalem, & Officialem, Reverendissimum, ac Illustrissimum D. Danielem Josephum de Mayern Episcopum Tyberiadensem Suffraganeum meum, & dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Præpositum, quà me constitutum Judicē delegatum cum Adjunctis eidem duobus Con udicibus, altero eorum in Sac. Theologia, altero autem in utròq; Jure gràduatis, ritè, & adimpletà in omnibus formà eorum, quæ præscribuntur in Decretis felicis recordationis Papæ Urbani Octavi, & in aliis recentionibus Sacræ Congregationis Rituū, ètiamsi forsan alitèr in aliquo ex Processu appareat, fabricati, me de completo, & ad finem perducto ejusmodi Processu præfatus Judex delegatus cum adjunctis eidem Conjudicibus per Literas certiorem reddiderit.

§. 1. In confectione hujusmodi Processus fuit servata forma Decretorum generalium aliorùmque Novissimorum.

Quas litteras ad me ab ipsis perscriptas quemadmodum ad Reverendissimas Eminentias Vestras, ac totam Sacram Rituum Congregationem hisce obsequentissimè remitto.

§. 2. Maxima fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii & Miraculorum Servi Dei ejusque percrebescentia.

Ità interpositā authoritate meā Archiepiscopalī, per præsentes fidem facio, & attestor, maximam hujus Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni famam Sanctitatis, Virtutum, Martyri, & Miraculorum nedùm esse continuam, universalitèr divulgatam, & constantem, verùm etiam apud Summos, & infirmos magis, magisque in dies augeri, & Percrebescere, ob gratias, & miracula, quæ Altissimus ab ejus intercessione operari dignatur.

§. 3. Magnus Populi concursus ad Sepulchrum Servi Dei ejusque percrebescentia.

Consequenter universaliter, & palam notum adeò frequentem esse Populi, ac Hominum utriùsque sexûs concursum & devotionem ad supradicti Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni Sepulchrum, ut ejusmodi concursus, ac fervens devotio patentissimè crescat & de die in diem semper magis augeatur, àc percrebescat.

Quapropter omnibus, ita ut supra præfertur se se habentibus Reverendissimis Eminentiis Vestris, àc toti Sacræ Congregationi hisce devotissimis precibus supplico, & instantissimè oro, quatenùs, Reverendissimæ Eminentiæ Vestræ, àc tota Sacra Rituum congregatio introductionem dictæ Causæ, & illius prosecutionem, usque ad ejusdem felicem terminationem, & complementum benignissimè admittere, àc promoveri facere non dedignentur.

Pro qua singularissima gratia, & favore, dùm intimis meis, ac totius inclyti huius Regni Bohemiæ votis, iterum, iterùmque dimississimè insto, ità Reverendissimarum Eminentiarum Vestrarum manus devotissimè exosculando sum, & persevero,

Reverendissimarum EE. VV., & totius Sac. Rituum Congregationis,

Datum Pragæ &c. 29. Januarii 1720.

Obsequentissimus Servus

Ferdinandus Archiepiscopus Pragensis

Reverendissime, àc Celsissime Sacri Romani Imperii Princeps, Domine Domine Gratiosissime.

Num. 3 Epistola Judicis Delegati, & Adjunctorum ad supradictum Archiepiscopum relativa Actorum factorum occasione conficiendi Processus de quo agitur post delegationem ejusdem Judicis, & Adjunctorum.

TEnore præsentis nostræ Epistolæ Reverendissimæ Celsitudini Vestræ obsequentissimè notum facimus; quod posteàquam Reverendissima Celsitudo Vestra Judicialem Processum supèr Fama Sanctitatis; Virtutum, Martyrii, & Miraculorum, àc de continuatione, atquè percrebescentia eorundem, Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis ad Divum Vitum quondam Canonici, ad humiles preces, àc instantiam Reverendissimi, sempérque fidelis Capituli Metropolitani Pragensis, juxtà Instructiones ab urbe transmissas præscriptum, in propria sua persona felicitèr inchoasset, atque eundem Processum sic incholatum, usque ad denominationem Testium, àc articulorum positionalium, seù probatorialium à constituto Procuratore Causæ Prænobili, Ac Clarissimo Domino Bernardo Henrico à Germeten Juris utriùsque Doctore, & Universitate Carolo-Ferdinandea Pragensi Institutionum Imperialium Professore Regio, publico, & Ordinario, factam depositionem, eorundem admissionem, àc Promotori, seù Fiscali Curiæ Archiepiscopalis Pragensis paritèr Prænobili, ac Clarissimo Domino Joanni Francisco Blowsky, Juris utriùsque Doctori, ad formanda desuper Interrogatoria communicationem, & usque ad inductionem testium supradictorum exclusivè (ut in actis dicti Processûs pleniùs continetur) perduxisset, ex post autem [cùm Reverendissima Clesitudo Vestra ob sui Viennam Austriæ, in causa urgentium negotiorum suæ Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ præfatæ, ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Georgio Spinula suæ Sanctitatis ad Aulam Cæsaream à late-

§. I. Inchoatio Processus facta per eundem Archiepiscopum juxtà Instructionem ab Urbe transmissam.

§. 2. *Delegatio Judicis, & adjunctorum facta per Archiepiscopum ex causa absentiæ ab Urbe Pragensi.*

re Nuntio] factam evocationem, mentionatum Processum super Fama Sanctitatis Martyrii, Virtutum, & Miraculorum horum continuatione, & percrepescentia prænominati Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, ulterius prosequi neqiverit, Judicem Delegatum, cùm adjunctis eidem duobus Conjudicibus [ut in actus] gratiosissimè constituisset.

§. 3. *Prosecutio Actorum & examen testium coram de Delegato facta seù cum Interrogatoriis datis à Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis.*

Nos taliter Delegatus Judex cùm Conjudicibus, tam ad inductionem, & admissionem Testium à Domino procuratore Causæ, ác aliorum trium à Domino Promotore Fiscali ex Officio inductorum, quàm successivè ad eorundem examen] observatis juxtà prædictam Instructionem observandis] & illorum auditionem tàm super Interrogatoriis Domini Promotoris Fidei suprà mentionati, quàm supér articulis positionalibus, seù probatorialibus supra recensiti Domini Procuratoris Causæ, processimus: nec non in simili passu, quoad Testes, extrà Regnum Bohemiæ, nimirum in Diœcesi Viennensi, & Olomucensi existentes, per constitutos ad id Dominos Judices remissoriales, ritè processum, atque in his omnibus observanda ad amusim fuerunt observata.

§. 4. *Processus confectus in Civitate Vienna & Olomucii.*

Dumque examine absolutò omnium Testium ut suprà; tàm à Domino Procuratore causæ, quàm ex officio inductorum, & Notario Actuario deputato mandatum fuisset Interrogatoria in Processu registrari. Instante Dominò Procuratore Causæ, & observatis [juxtà sæpedictam instructionem ab Urbe missam] observandis, deventum fuit ad compulsationem Jurium ad causam facientium, quæ etiàm à Judice Delegato, & adjunctis ejdem Conjudicibus, in Authoribus, seù Libris, tam impressis, quàm manuscriptis à Domino Procuratore Causæ depositis adducta fuerunt, promotore Fidei sempèr ad singula legitimè citato, ac præsente. Audici deindè quatuor Testes, juratò supèr scripturis privatis manuscriptis à Domino procuratore Causæ productis; exemplatio dictorum Jurium Notario Actuario demandata, illàque factâ, ac absolutâ, deputatus fuit alius Notarius adjunctus Notario Actuario, qui præstitis præstandis, jussus interesse collationi exemplationis, seù Transumpti Jurium à Notario Actuario facti unà cum Domino promotore Fidei in tot, quot necessaria fuerunt, sessionibus, se solò intererat.

§. 5. *Compulsatio Jurium facta servatis servandis & citatò à Promotore.*

§. 6. *Examen Testium super qualitate Jurium & librorum exemplatio & colatio perfecta servatis servandis.*

Et postquam pro absolvenda Colatione Exempli, seù

Tran-

Transſumpti cum ſuis originalibus,omnes, quorum intereſt, unà cùm Teſtibus in ultima ſeſſione aſtitiſſent, & colatio ex integro abſoluta fuiſſet, admiſſum fuit dictum Exemplum, ſeù Transſumptum à Notario Actuario,& adjuncto cum Juribus originalibus productum, & factâ ejuſmodi Tranſumpti legalitate, ab utròque Notario fuit facta declaratio à Nobis Judice delegato cùm adjunctis Conjudicibus [ut in actis] dictum exemplum, ſeù Tranſumptum ritè, & rectè, fideliter, àc legitimè fuiſſe confectum, & colationatum, & in omnibus, & peromnia concordare cum ſuis originalibus ,& plenam fidem mereri, non ſecus, ac ſi eſſent eadem originalia. *§. 7. Fides legalitatis Tranſumti.*

Poſt quod demandata fuit publicatio Proceſſûs, & Notario Actuario injunctum, ut de toto Proceſſu fabricato, cum relquis fabricandis conficeret exemplum, ſeù Tranſumptum Romam tranſmittendum. Qui ejuſmodi Proceſſum illicò publicavit, àc deindè confectô ejuſmodi Tranſumptô totiûs Proceſſûs, factâque dicti Tranſumpti cum Proceſſu originali, atque abſoluta, obſervatis obſervandis (ut in actis) ejuſdem collatione, electus fuit in Portitorem dicti Tranſumpti Reverendiſſimus, àc Ampliſſimus Dominus Joannes Ludovicus Steyer Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis Prælatus Archidiaconus, qui munus hoc in cubiculo audientiarum ad acta publica, àc pro audientiis deputato perſonalitèr conſtitutus acceptavit, juramentùmque ſibi delatum fidelitèr Tranſumptum præfatum Romam portandi, & Sacræ Rituum Congregationi, ſeu ejus Secretario conſignandi; quô Juramentô præſtito, mandatum fuit,& ordinatum idem,Tranſumptum una cùm actis noviſſimæ Seſſionis, & continuandis ſub eodem Tranſumpto à Notario Actuario ſubſcribi, àc intùs meo, quà Judicis delegati, & Adjunctorum Conjudicum ſigillo muniri, & deindè claudi, & eiſdem ſigillis ab extra pluribus in locis muniri, & ſic clauſum, & ſigillatum eidem Portitori conſignari unà cum plico Litterarum Reverendiſſimæ Celſitudinis Veſtræ, & de dicta clauſura, & conſignatione fieri Inſtrumentum publicum ſeparatìm includendum in dictis litteris Reverendiſſimæ Celſitudinis Veſtræ, atque unà mandatum, acta Proceſſûs originalis cum iiſdem ſubſcriptionibus, & ſigillis reponi in Archivio Archiepiſcopali ibidèm aſſervanda.

§. 8. Collatio integri Proceſſûs facta ſerv. ſervandis.

§. 9. Electio Portitoris ejuſdem Proceſſûs ad Urbem

§. 10. Juramentum Portitoris de fideliter ferendo Tranſumto Proceſſûs.

§. 11. Clauſura ejuſdem Tranſumpti.

Et

Et hæc sunt, quæ in toto Processu supèr Fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miraculorum de continuatione, atque percrébescentia Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni fabricato hucusque gesta fuerunt. Cum autèm Reverendissime, àc Celsissime Princeps, Domine, Domine Gratiosissime, tum ex depositione juratorum Testium, quibus partìm in Dignitate Ecclesiastica; partim de statu Dominorum, Equestri, atque etiam Civico, plerisque in Officiis publicis huius Regni, ac aliàs constitutis, & characterizatis personis optimæ qualitatis, & famæ, consequentèr omni exceptione majoribus plena, ac omnimoda fides est adhibenda, quàm etiam ex productis authoritatibus, seù Libris, tum impressis, tum manuscriptis dicti Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni fama Sanctitatis, Martyrii: Virtutum, & Miraculorum, horùmque continuatio, & percrebescentia luculentèr pateat.

§. 12. Testes examinati partim sunt constituti in Ecclesiastica Dignitate & partim de statu Equestri & Civico; & versantur in Officiis publicis Regni ac propterea omni exceptione majores plenâque fide digni.

Idcirco Reverendissimæ Celsitudini Vestræ Judex Delegatus, & adjuncti ejusdem Conjudices, hisce obsequentissimè supplicant, quatenùs Reverendissima Celsitudo Vestra preces suas apud Sacram Congregationem Rituum Pro Introdùctione hujus Causæ, ejusque felici progressu, & complemento interponere non dedignetur. Cujus nos principalibus gràtiis obsequentissimè commendantes, manemus.

Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ.

Datum Pragæ in Palatio, seù Residentia Archiepiscopali in Cubiculo Audientiarum deputato die 25. Januarii anni 1719.

Humillimi Capellani,

Daniel Josephus de Mayern Episcopus Tyberiad. Vicarius Generalis, & Officialis, qua Judex delegatus.

Maximilianus Wietrowski Societatis IESU, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, Adjunctus.

Franciscus Antonius Langer Juris utriùsque Doctor, Judicii Adjunctus.

Loco ✠ signi.

Emi-

Eminentissimi, & Reverendissimi, Domini Gratiosissimi.



Uemadmodùm procul dubio Reverendissimæ E. V., & tota Rituum Sacra Congregatio ex Epistola Illustrissimi, & Reverendissimi Domini, Domini Ferdinandi, D E I, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratià Archiepiscopi Pragensis gratiosissimè intelligere dignabuntur, qualiter Nos in Causa & Processu supèr fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miraculorum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni Authoritate Ordinaria fabricato constitutus Judex delegatus, & Judicii adjuncti, posteàquàm mentionatus informativus Processus ad finem deductus fuisset, vi instructionis ab urbe transmissæ ad supramemoratum Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum Archiepiscopum nostrùm ex parte Litteras, seù Epistolam scripserimus, certiorem eundem reddendo de omnibus gestis in ejusmodi Processu de fama Sanctitatis, Martyrii, & Miraculorum, ejùsque continuatione, & percrebescentia; non minus, ac de fide habenda Testibus, tanquàm Personis optimæ qualitatis, & famæ, omnìque fide perdignis, cum annexa humili petitione, ut alté fatus Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus prò introductione hujus Causæ, ejusque felici progressu, & complemento Sacræ Rituum Congregationi supplicare, ac solicitè pro his apud altissimè fatam Sac. Rituum Congregationem instare velit.

Num. 4. Epistola Judicis Delegati & Adjunctorum transmissa ad S. Congreg. Proc. ss. fol.

§. 1. Qualitas eximia Testium in Processu examinatorum.

Ita adiacens Instrumentum publicum separatum super clausura Transumpti totiùs Processûs supranominati, & ejusdem unà cum Præsenti nostra Epistola Domino Portitori [qui ad formam Juramenti aliàs per ipsum præstiti fideliter adimplere munus sibi commissum appromisit] factâ actuali consignatione confectum humillimè hisce accludimus, & de reliquo Reverendissimarum EE. VV. Sacram Purpuram exosculando manemus.

Reverendissimarum EE. VV., & totius Sacræ Rituum Congregationis

Pragæ 3. Januarii 1719.

Humillimi Capellani:

Daniel Josephus de Mayern Episcopus Tyberiad.

E Vica-

Vicarius Generalis, & Officialis; quà Jud. del.
Maximilianus Wietrowski S. J. Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, Adjunctus.
Franciscus Antonius Langer Juris utriùsque Doctor, Jud. Adjunctus.

Sequitur Epistola informativa Reverendissimi Suffraganei Olomucensis transmissa ad reverendissimum Suffraganeum Pragensem quoad Examen Testium Olomucii *Process. fol.* 62. & *fol.* 262. Sequitur alia similis Epistola Reverendissimi Præpositi Viennens. quoad Examen Testium Viennæ *Process. fol.* 313. *à terg.* & *fol.* 314.

Ex Processu Pragensi.

Ad articulum Primum Interrogatorium primum Process. fol. 353 tergo, & 354.

Num. 5. Dicta testium, & scriptorum Historicorum quoad ortum B. Joannis Nepomuceni.

UNdè Testis scit publicam vocem, & famam communem, ac inconcussam traditionem esse, fidelem Servum DEI Joannem, Nepomucenum, Nepomucii in Bohemia ex piis, & Catholicis Parentibus natum, & baptizatum esse, nec non, quòd insolita lux tempore Nativitatis de Cœlo descendens super Domum, in qua nascebatur, cum admiratione Populi refulserit?

Interrogatorium secundum

Qui fuerant sui Maiores, alii fide digni, qui Testi reverebant, id, quod supra dictum est, se à suis Majoribus audivisse?

Interrogatorium Tertium.

Testes.

Cujus ætatis, & conditionis fuêre hi sui Majores?

Interrogatorium Quartum.

Undè sæpedicti Majores sciverunt, iis, quæ in Articulo primo continentur, nunquam aliquid in contrarium auditum, vel scriptum, vel locutum fuisse.

§. I. Ortus S. D. ex piis, & Catholicis Parentibus, & aspectus flammarum super Domum in qua nascebatur.

I. *Testis super dicto Articulo ad primum fol. 651. à terg.*

Respondit: Hoc audivi sæpiùs, & legi in Libris impressis, in quibus vita ejus describitur ab Authoribus, & Viris fide dignis.

Ad secundum fol 651. tergo.

Re-

Respondit : Audivi hoc inprimis à meis Dominis Parentibus, Patre Christophoro, & Matre Ludmilla, & etiam ab aliis Viris Magnæ Dignitatis, probis, piis, & fide dignis, Bernardo Comite à Martiniz Supremo quondam Regni Burggravio provectæ ætatis ; item à piè defuncto Domino Archiepiscopo Pragensi Joannes Friderico nato, Comite à Waldstein, & denique à pluribus tàm Viris Religiosis, quàm sæcularibus.

Auditus à Personis fide dignis, & provecta ætatis.

Ad Tertium.

Respondit : Meus Dominus parens erat ætatis septuaginta septem annorum ; Domina Mater autem mortua in Juventute triginta circitèr annorum. De Reliquis, ut in priori responso.

Secundus auditus Majorum, & de fama publica, & quod nihil fuerit auditum in contrarium.

Ad Quartum.

Respondit. : Æque illi audiverunt à suis Antecessoribus, & per famam publicam, & in contrarium nihil umquam audivi, nec ipse, nec à meis Majoribus.

§. 2.
Ortus S. D. ex piis, & Catholicis Parentibus & aspectus famarum super Domum, in qua nascebatur. Auditus à Personis fide dignis

II. *Testis super primo articulo ad primum fol. 664. à tergo.*

Respondit. : Habeo hoc ex auditu, & Historiis, quas legi ; quià eô tempore, quô hoc refertur contigisse, non fui in hoc Mundo.

Ad Secundum.

Respondit : A meis Parentibus, Cognatis, Fratre defuncto sub Leopoldo Primo, Supremo Regis Bohemiæ Concellario, Equite Aurei Velleris, & intimo actuali conferentiali Consiliario, & ab aliis fide dignissimis.

Ætas dd. Personarum.

Ad Tertium.

Respondit : Parens meus Joannes Octavianus fuit sexaginta novem annorum ætatis suæ, Frater meus Franciscus Udalricus autem sexaginta trium annor.

Ad Quartum fol. 665.

Respondit : Ex fama, de qua narrârunt, & continua veneratione à Regni totius incolis, & nunquàm quidquam in contrarium.

Dictæ Personæ narrabant de famma publica, & quod nil fuit auditum in contrarium.

VI. *Testis super primo articulo ad primum fol. 714. & 715.*

Respondit : Hoc audivi multifariè à Parentibus meis, & ipsimet mihi recensuerunt, quòd hoc etiam habuerint à suis Majoribus ; meus autèm Parens, quantum memini, fuit sexaginta sex, vel sexaginta septem annorum. Mater quasi ejusdem ætatis.

§. 3.
Ortus Servi Dei de auditu à Majoribus & Personis fide

dignis, quæ ab aliis se audivisse referebant.

tis. Avi autem mei ætatis, genuinè non recordor. Hoc tamen me reflecto, erat grandævæ ætatis, in Bohemia Bubduicii natus, & in Officio Regio constitutus. Parens verò meus fuit Secretarius, & Referendarius apud Regium Gubernium Inclyti hujus Regni; familia autem mea ab annis quingentis fuit semper, DEO, Ecclesiæ, & etiam Regibus fidelis, & in Religione Romano-Catholica constans à quingentis Annis. An autem lux tempore Nativitatis Divi Joannis Nepomuceni super Domum paternam visa, & conspecta fuerit, de hoc notitiam non habeo.

Secundus auditus Majorum, & Seniorum; & quod nil fuerit auditum in contrarium.

Ad Quartum.

Respondit: Hoc jàm etiam attigi, quod illi etiam recenserint, se hoc etiam habuisse à suis Majoribus, & antecessoribus, & nihil unquam in contrarium audivi.

§. 4. Ortus Serv: Dei, & aspectus flammarum, ut supra de auditu à Senioribus, & fide dignis.

VIII. *Testis super primo Articulo ad primum. fol. 742. tergo.*

Respondit: Hoc audivi à prima mea ætate ab Incolis Senibus Nepomucenis, nominatim ab Hawliczek, multò Seniore, quàm Ego sim. Item à Seniore Smrkowsky octogenariò majore. Et hic Pragæ à multis in Dignitate tàm Ecclesiastica, quam sæculari constitutis Dominis.

Secundus auditus dd. Seniorum.

Ad Secundum.

Respondit: Jàm dixi; dicebant etiam se hæc habere à suis Majoribus.

Ad Tertium.

Secundus auditus cujusdam Mulieris longævæ ætatis.

Respondit: Jàm etiam supradixi. Adest etiàm hìc adhuc quædam Virgo Serviens, ætatis annorum plusquàm septuaginta nomine Dorothea, cognata Domini Smrkowsky, quæ omnia ità narrat, quomodo hæc à suis Majoribus audivit.

Nil auditum est in contrarium.

Ad Quartum.

Respondit: Nunquàm audivi aliquid his in contrarium.

§. 5. Ortus Servi Dei & aspectus flammarum, ut supra, de auditu à Senioribus.

XII. *Testis super primo Articulo ad primum fol. 786. tergo.*

Respondit: Hoc ipsum audivi, potissimum à meis Parentibus, & Avo meo materno, passim ab aliis Oppidanis Senioribus, & ætate provectis utriùsque sexus.

Recensetur longævam ætatem dd. Seniorum.

Ad Secundum.

Respondit: Avus meus maternus vocabatur Carolus Clemens, Judex Dominicalis Loci Nepomuk, & dùm mihi parvulo supradicta referret, jam fuit annorum sexaginta septem, aut

sexa

sexaginta octo, & dum mortuus esset, erat octuagenario Major. Parens verò meus vocabatur Paulus Knia, & erat Officialis Oeconomicus annorum circitèr sexaginta septem, aut sexaginta octo. Praetereà à quodam N. Kragiczek Cive Nepomucensi, quem (proùt ex pueritia recordor) benè credo fuisse propè nonaginta annorum. Item à cognato meo N. Sagittario Cive, & Senatore Nepomucensi aetatis suae ferè septuagenario, & compluribus aliis grandaevis senibus, quorum nomina mihi exciderunt.

Ad Quartum.

Respondit: Ego suppono, & credò, illos paritèr à suis Senioribus, & Antecessoribus, haec per famam continuam, & traditionem constantem, qualis fuit in mea Patria, habuisse, & absolutè nunquàm quidquam in contrarium ab iis auditum fuit. *Nil unquam fuit auditum in contrarium.*

XV. *Testis super primo Articulo ad primum fol. 825.* §. 6.

Respondit: Indè scio, quia hoc ab Antecessoribus meis semper audivi. *Ortus Servi DEI, & aspectus flammarum, ut supra.*

Ad Secundum.

Respondit: Parens meus fuit Joannes Oczenassek Civis Nepomucenus, plusquam octogenarius obiit. Similitèr Avia paterna Anna Oczenasskiana etiam octogenariâ major defuncta antè annos quadraginta. Praetereà ab aliis fide dignis Senibus, mox à prima aetate id audiebam, nominatim ab Andrea Eberle etiam Viro Consulari octuagenariò majore. Itèm à Wenceslao Klaud paritér Viro Consulari plusquam septuagenario. Item à Carolo Ramy etiam Viro Consulari majore octuagenariò, etiam à Carolo Clemens Primate Nepomuceno etiam ultrà octoginta annos sene. Item à Georgio Sneidl Viro Consulari, ùt opinor, ultra octoginta annos sene. Item à Georgio Fantida Consulari ultrà septuaginta annos sene. Et etiam à Georgio Benetka paritèr Consulari ultrà septuaginta annos sene. Deniquè ab Erasmo Schlechta Cive Nepomuceno aetatis ultrà octoginta annos. Et eadem planè fuit fama de hoc in Interrogatorio posita publica, & omnibus notoria. *Exprimit longaevam aetatem seniorum à quibus tradita omnia audivit.*

Ad Quartum.

Respondit: Indè mei Antecessores hoc sciverunt, quia hoc à suis quòque Antecessoribus audiverunt, prout mihi narrabant, & nihil unquam auditum est in contrarium. *Secundùs auditus majorum, & quod nihil auditum fuit in contrarium.*

§. 7. XXIII. *Testis super primo Articulo ad primum fol. 895.*

Ortus Servi DEI, & aspectus flammarum.

Respondit: Indè scio, quia ità semper narrari audivi à majoribus, & ætate provectis, & etiam legi in diversis libris historicis.

Qualitas Personarum à quibus audivit.

Ad Secundum.

Respondit: Fuit Avus meus nomine Paulus Daniel Termannus de Ostrawa, Parens autem Georgius Michaël Termannus de Ostrawa, pariter Matertera Soror Aviæ meæ Elisabetha Skutikiana de Palmberg, Mater mea Solomena Carolidesiana de Carlsberg, & alii Viri Consulares, nimirum: Daniel Kunstat de Kriegsberg, Samuel Zahorzanski de Worlik, Ioannes Bricciua de Leonina Porta: Itèm Wenceslaus Briccius Iuris utriùsque Doctor, & Regni Advocatus.

Ad Tertium

Ætas earundem Personarum valdè provecta.

Respondit: Avus meus Paulus Daniel Termannus de Ostrawa, fuit ætatis octuaginta quinque annorum, multorum annorum Vir Consularis, & tandem Primas in Magistratu, & Senatu Neopragensi; Propugnator Fidei Catholicæ zelantissimus sub Ferdinando Secundo, prout id ipsum ex confirmativo diplomate Ferdinandi Tertii producto, & relato plenius patebat. Parens meus autèm Georgius Michaël Termannus de OstraWa ætatis suæ annorum septuaginta novem per triginta aliquot annos Vir Consularis, & Senator, Matertera ElisabethaSkutikiana ætatis suæ circa annum nonagesimum primum. DanielKunstat fuit octuagenario major Vir Consularis, & Senator, Samuel Zahorzansky ætatis suæ nonaginta duorum annorum Vir paritèr Consularis consumatus, Joannes Briccius ætatis circitèr septuaginta octo, vel septuaginta novem annorum Senator Neopragensis, Wenceslaus Briccius ætatis suæ propè sexagenarius, quantum memini. Omnes autem ferventissimi Catholici ùsque ad mortem.

Nihil fuit auditum in contrarium.

Ad quartum.

Respondit: Aliud non credo, quàm etiam illos tanquam in Catholica Fide educatos à suis majoribus id accepisse, nèc unquàm contrarium quidquam audivisse.

Cum supradictis concordant alii plures Testes, nempè IV. Process. fol. 690 VII. fol. 728. tergo IX. fol. 753. X. fol. 763. tergo XI. fol. 775. XIII.

fol.

fol. 799. tergo XIV. fol. 812. XVI. fol. 836. XVII. fol. 849. XIX. fol. 862. XX. fol. 873. tergo XXI. fol. 885. tergo.

Ex actis Sanctorum apud Godefridum Henschenium, & Danielem Papebrochium in continuatione Operis Bolland. Tom. 5. Mensis Maji die 16., ubi refertur Vita Servi DEI ex codicibus manuscriptis, aliisque Libris impressis descripta per Bohuslaum Balbinum Societatis Jesu compulsat. in Process. fol. 559. tergo, & fol. 565. terg. & seque.

Scriptor Historicus.

§. 8. Ortus Servi Dei in Oppido Nepomuc ex piis Parentibus circa annum Domini 1330.

Secundò Natus est Beatus Joannes Nepomucensis in Bohemiæ Oppido Nepomuk, vel [ut Veteres appellant] Pomuk in Pilsnensi Regione, Pragâ distante, Bavariâ versus magnis decem milliaribus. Oppidum Nepomuk argenti fodinis quondam nobile, tum Religionis antiquæ vestigiis, nec minus Monte, qui Oppido incumbit, & viridis dicitur, celebratum est, &c. Quo anno Beatus Joannes in lucem editus sit, scire non possumus? ex ætate reliqua suspicamur intèr annum millesimum tercentesimũ vigesimũ, & trigesimũ ortum esse. Parentes Oppidani, & mediæ fortunæ fuerunt, pietate magìs, quàm genere & opibus illustres, Pietatis hoc indicium est, quod ætate jam senecta, cúm prole omni carerent, precibus, & votis fusis ad DEI Matrem [quæ in statua sua sub viridi Monte in Cænobio Cisterciensium, non ità procùl Nepomuko religiosè à Populo colebatur] impetràrint filium, cui, ut affectus erga Mariam DEI Matrem ipsô nomine admoneretur, Joannis imposuere nomen. At non beneficiô uno contenta Virgo Mater, quæ nupèr ex utero sterili Joannem eduxerat, & propè creaverat, eadem recreavit: nàm cum Puellus Joannes in gravissimum incidisset morbum voto, ad ejusdem Divæ Virginis simulacrum à Parentibus edito, & promissis in ætatem reliquam prò filio obsequiis, protinùs surrexit incolumis.

§. 9. Parentes [illegible] filium à DEO impetrarunt ex intercessione B. V.

§. 10. Præservatio Joannis adhuc Pueri à morbo gravissimo ex eadem intercessione.

Tertiò. Sed ante id quoque Servi sui sanctimoniam, & cœlestem vitam cœlesti indicio comprobaverat DEUS. Nascente enim Nepomuci Joanne, serenissimæ quædam flammæ Cœlo visæ descendere, amabili, & innocenti luce, gratissimô Civitati spectaculô totam Domum, in qua Joannes nascebatur, circumfuderant &c.

§. 11. Apparitio flammarum in nativitate, prout jurati referunt Testes.

Concordat P. Augustinus Sartorius in Cistercio Bistertio, seù Historia Elogiali Sacerrimi Ordinis Cistercien. compulsat. Process. fol. 555., & seq.

Ex

Ex Processu Pragensi.

Ad articulum Tertium Interrogatorium Decimum Process. fol. 355., & tergo.

Num. 8. Dicta Testium, & Scriptor Historicus quoad pueritiam Servi Dei religiose expletam, ejusque progressum in scientiarum studiis, aliumque ejus gesta.

REcenseat Testis majores suos, & eorum Prædecessores, à quibus hæc omnia dicitur audivisse, quæ in Articulo Tertio continetur. Quòd fidelis Servus DEI Joannes Nepomucenus, in Monasterio Cistercienfium ad Missas devotè ministrare consueverit, Zatecii humaniora studia absolverit; in Universitate Pragena Magister creatus, Canonicus Metropolitanus, & Reginæ Joannæ Regis Wenceslai Conjugis Confessarius fuerit.

Interrogatorium Undecimum.

AN hi majores à Prædecessoribus suis hæc omnia pro genuina veritate, & cum omnibus circumstantiis narrari audiverint, & id ipsum sic, & non aliter Testi vicissim retulerint.

Interrogatorium Duodecimum

ETiamne Testis à maioribus suis, ii verò à prædecessoribus narratum habuerint. His omnibus, quæ supradicta sunt, neminem unquam contra dixisse; sed illis semper piè fidem datam fuisse.

§. 1. Servus Dei devotè inservire solitus fuit Sacrificio Missæ; studiis operam navavit, ac deindè Doctus fuit Magister, Canonicus, & Reginæ Confessarius.

I *Testis super Tertio Articulo ad Decimum fol.* 652. & terg.

Respondit: Jàm dixi sæpiùs, à quibus majoribus audivi, & ipsemet legi in Authoribus Vitam Sancti Joannis Nepomuceni describentibus.

Ad Undecimum.

Respondit: Illi majores mei, & ego ipse semper pro summa veritate habui, & habeo, quia cultus hujus Sancti de die in diem augebatur,

Ad Duodecimum.

Respondit: Nec ego, nèc à meis Antecessoribus unquàm, vel minimum quid de supradictis in contrarium dici, vel dictum fuisse audivi.

§. 2. Servus Dei devotè inservire consuevit Sacrificio Missæ, &

III. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.* 678. *tergo.*

Respondit: Hæc me audivisse à meis Majoribus jam recensitis superiùs, & specificatis, dixi immò etiàm tam à Decano Loci [cujus nominis non recordor,] quam ab inspectore, &

Ca-

Capitaneo simul Bonorum, & possessionum Comitum de Sternberg, inter quas Ditiones etiam Oppidum Nepomuk cum Arce viridis Montis numeratur, Cognomine Taborsky Viro benè octuagenariò; & praetereà ab uno Venatore subdito meo, homine Catholico, optimae famae, & bonae vitae nomine Bartholomaeo Lisoka *aetatis centum decem, & octo annorum*, qui senex pariter cum Processione Nepomukum procedere solebat ad devotionem suam ibidem peragendam.

Id à illius gesta, ut supra de auditu à Viris aetatis longaeva, ab ipsis dixit, inter quos fuit unus annorum 118.

Ad Undecimum.

Respondit: Sic est; hoc enim referebant ipsi Majores, se etiàm à suis Praedecessoribus, & Majoribus ista audivisse.

De secundo auditu Majorum

Ad Duodecimum.

Respondit: Nunquàm in contrarium, nec Ego nec ab illis, quos nominavi, aliquid narratum, quòd ipsi contrarium quidquam audivissent.

Nil fuit auditum in contrarium.

V. Testis super tertio Articulo ad Decimum fol. 703. & tergo.

Respondit: Haec omnia Ego audivi passim hinc indè, quòd fuerit Confessarius, Elemosynarius, Reginae Conjugis Regis Wenceslai Pigri, & Canonicus Metropolitanus, & ob non violatum Sigillum Confessionis martyrizatus.

§. 3.
S. D. fuit Elemosynarius, Confessarius Reginae & Canonicus Metropolitanus.

Ad Undecimum.

Respondit: Audivi hoc à meis Majoribus, & antecessoribus, ut jam supradixi, & p oculdubiò, & ipsi à suis Antecessoribus id etiàm audiverunt, quia communis traditio est ista, & illorum nemo vixit tempore Sancti Joannis Nepomuceni, nec allii ante illos, cùm jàm sint plures, quàm trecenti anni.

Auditus à Majoribus, & illorum auditus ab aliis Majoribus.

Ad duodecimum,

Respondit: Non scio alitèr, & in contrarium nihil omninò audivi, immò semper pro Veneratione audivi, & vidi.

Nil in contrarium auditum fuit.

VI. Testis super tertio Articulo ad decimum fol. 715. tergo, & 716.

Respondit. Majores, & Praedecessores meos jàm suprà recensui, à quibus ratione Studiorum nullam quidem notitiam habeo, aut quae Nepomuci, aut Zatecii acta sunt. Hoc autem à Majoribus meis constantèr audivi, quòd fuerit Canonicus, & Reginae Confessarius.

§. 4.
Servus Dei fuit Canonicus, & Confessarius Reginae.

Ad Undecimum.

Respondit: Audiverunt mei Antecessores à suis Antecessoribus

Auditus secundus Majorum ipsius Testis.

F

Auditus secundus Maiorum ipsius Testis. kus & hæc mihi vicissim retulerunt, nimirùm, quæ nùnc dixi, quòd fuerit Canonicus, & Reginæ Confessarius; quod ipsum etiàm jam in Scholis inferioribus à meis Professoribus, & aliis passim prò genuina veritate narrari audivi.

Ad duodecimum.

Nil auditum fuit in contrarium. *Respondit*: Ità est, nunquam audivi à meis Majoribus, & Prædecessoribus, neque illi à suis aliquid in contrarium, sed iis semper piè fidem datam fuisse.

§. 5. VIII. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.742. & tergo.*

Servus Dei fuit ad Lauream Doctoratûs & Magisterii promotus, rec non electus Canonicus Metropolitanæ, Confessarius, & Elemosynarius Reginæ. *Respondit*: De adolescentia, & Studiis Zatecii Sancti Joannis Nepomuceni notitiam non habeo; quòd autèm Sanctus Joannes Nepomucenus fuerit Doctor, seù Magister in Academia Pragensi: Item Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Sancti Viti, & confessarius, & Elemosynarius Reginæ Joannæ Conjugis Wenceslai Regis; ista & à Senioribus audivi, & in Libris legi.

Ad Undecimum.

De auditu à Majoribus, qui omnia se audivisse ab aliis Majoribus referebant. *Respondit*: Majores recensebant, se omnia, quæ dixi, à suis Majoribus accepisse, & prò veris habere; nàm quis attentaret aliquid non verè de his loqui?

Ad duodecimum.

Nihil fuit auditum in contrarium. *Respondit*: Totâ vitâ meâ nihil in contrarium audivi à meis Majoribus.

XIII. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.* 801.

Respondit: Semper audivi hoc recenseri ex fama publica, quòdfuerit Magister creatus, Canonicus Metropolitanus, Reginæ Confessarius, & Elemosynarius, & sic etiàm legi in Authoribus.

§. 6. *Servus Dei fuit creatus Magister, & electus Canonicus, Confessarius, & Elemosynarius Reginæ.*

Ad Undecimum.

Respondit: Hæc omnia scio, & prò veritate semper relata fuerunt.

Ad duodecimum.

Nihil fuit auditum in contrarium. *Respondit*: Ego nunquàm audivi narrari aliquid motum fuisse, aut contradictum; adeóque credo iis semper piè fidem datam fuisse.

§. 7. *Omnia contenta in Interrogatorio decimo ait, se audivisse à Maioribus.* XVI. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.* 837. *tergo* 838.

Respondit: Hoc audivi ab Erasmo Schlechta Avo meo, & aliis meis Majoribus antè jàm nominatis; nàm illi hæc omnia

nia narrabant, & quòd omnia ista à suis Majoribus paritèr audiverint, asserebant. *qui ab aliis Maioribus audiverant.*

Ad Undecimum.

Respondit : Sine dubio, quià fuerunt homines probi, & bonæ conscientiæ, & hoc prò veritate habuerunt. *Qualitas fide digna eorumdem Maiorum.*

Ad duodecimum.

Respondit : Ne minimum quidquam in contrarium referebant unquàm, sed semper piè credebant ista cum magno illorum solatio. *Nil unquam fuit auditum in contrarium.*

XVII. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.* 850. *& tergo.* *§. 8.*

Respondit : Quòd fuerit Sanctus Joannes Nepomucenus Canonicus in Metropolitana Ecclesia, & Elemosynarius, & Confessarius Reginæ, audivi à meis Majoribus, quos suprà recensui. Reliqua verò, quæ in hoc articulo continentur, legi in Libellis de hoc Sancto editis. *Deponit de omnibus contentis in Interrogatorio decimo ex auditu à Maioribus, & lectione Librorum.*

Ad Undecimum.

Respondit : Audivi hoc à Majoribus, qui sine dubio paritèr ab aliis Senioribus, & Prædecessoribus suis sibi relata habuerunt. *Maiores ipsius Testis ab aliis Maioribus audiverunt.*

Ad duodecimum

Respondit : Nunquàm. *Nil unquam auditum in contrarium.*

XXIII. *Testis super tertio Articulo ad decimum fol.* 896. *tergo.* 897.

Respondit : Hoc memini me legisse in diversis Libellis, & Historiis; à Majoribus autem meis constantèr audivi, in specie, quòd Sanctus Joannnes Nepomucenus fuit Concionator in Basilica Parochiali primaria Teynensi vetero-Pragæ, postmodùm Canonicus in Metropolitana Sancti Viti in Castro Pragensi, item Confessarius Reginæ Joannæ, ejùsque Elemosynarius. *§. 9. Omnia contenta in Interrogatorio decimo refert legisse in historiis, & audivisse à Maioribus.*

Ad undecimum.

Respondit : Ità, credo meos Majores à suis Majoribus paritèr hæc audivisse. Erant enim mei Majores, Avus, Proavus, & Abavus, omnes Catholici; quià fervente in primo suo flore hæresi hussiticà annò millesimò quadringentesimò sexagesimò quarto, unus ex meis Majoribus, Joannes Termannus erat Senator & Vir Consularis Neopragensis, & constantissimus in fide, & Religione Catholica. *Maiores audiverunt ab aliis Maioribus.*

Ad duodecimum.

Respondit : Credo omninò, hanc famam fuisse derivatam ad meos Majores ab eorum Majoribus absque ulla contradictione; mei enim Majores, Parens, & Avus hunc Sanctum semper specialitèr venerati fuerunt.

Concordant cum supradictis Testibus. II. *Procesf. fol.* 665. *tergo* IV. *fol.* 691. VII *fol.* 709. *tergo* IX. *fol.* 752. *tergo* X. *fol.* 764. XI. *fol.* 775. XII. *fol.* 787. XIV. *fol.* 813. *tergo.* XV. *fol.* 827. XIX. *fol.* 862. XX. *fol.* 874. *tergo.* XXI. *fol.* 886.

Ex Actis Sanctorum apud continuatores Bollandi Compulsat. in Processf. fol. 467. *à tergo. & sequen.*

Scriptor Historicus.

§. 10. *Relig. o Servi Dei adh c Pueri ministrantis Sacrificio Missa.*

Puer Joannes, ut primùm Scholis admotus est, formulâ Divino Sacrificio ministrandi exactè perdidicit, eáque in usum deducta nullô posteà impellente, quotidiè cum prima aurora ex Oppido ad Cisterciense Cœnobium decurrere, omnibus ex ordine, quotquot Sacra facerent, Sacerdotibus ad aram ministrare, consuetudinem sibi fecit, tantâ, tamque pertinaci pietate, ut jam velut domesticus, & Sacrificiorum stabilis administer inter Altaria versaretur, quô parvô quidem in speciem, sed non planè futili ad extremum argumentô, magnum aliqui, se jam cum in Puero Joanne videre prudentes credebant.

§. 11. *Mittitur Zatecium, ut ibi Litteris humanioribus incumbat.*

Quartò Erat ei cum dulci, & rosea quadam ac pudibunda pietate, acre, vividum, & igneum quoddam ingenium: cui, ut Parentes crescendi darent copiam, Zatecium ad celebres eâ tempestate Latinitatis Scholas miserunt. Hic prima latinæ Grammaticæ elementa, ac reliquas annis sequentibus humaniores disciplinas egregiô profectu, & rarâ ingenii commendatione percepit, &c. Dùm jam Zatecii (Urbs est Bohemiæ celebris) nihil restaret docendum, ad altiores scientias, neque linguam tantùm, sed pectus ipsum excolendum, Pragam Joannes contendit.

§. 12. *Pragam deindè, confert sibi altioribus scientiis operâ navans Magister in S. Theologia, & Jure Canonico creatur.*

Paulò ante tempora Universitatem Studiorum Pragæ excitârat Carolus Quartus Imperator, & Bohemiæ Rex, & conquisitis ex omnibus litteratis Urbibus Parisiis, Bononiâ, Paduâ, magistris omnis Doctrinæ divinæ, & humanæ Scholas aperuerat. Ad eos igitur se se Joannes noster applicavit, ac primùm Philosophiæ Magister inter primos, tùm Theologiæ, ac Sacrorum Canonum, & Decretorum creatus est Doctor. Theologiam ad Ecclesiam Collegiatam Sancti Apollinaris in

nova

nova Urbe Pragensi, ubi ea frequentissimè docebatur, (nàm ex vicina Wischehradensi Ecclesia Clerici omnes hùc itabant) audivisse constat, sub optimis magistris cæteras scientias, in quibus Collegiis perceperit, incertum est.

Quintò. Jam pridem, ex quo dare litteris operam cœperat Joannes, ad Sacerdotium, & animarum obsequia vocari se senserat ardentiùs, cùm jàm propè metam esset, ad id etiam ferebatur; quamvis verò studiis litterarum pietatem, & virtutem semper conjunxerit, tamen cùm existimaret, quò quis magis ab animi cultu comparatus ad suscipiendos Sacerdotum Ordines accesserit, eò Posteà feliciùs in animarum salutem versari, integrum mensem ab omnibus profanis negotiis vacuum, Sacerdotio præmisit, quem mensem totum in affligendo corpore repurganda conscientiâ, impetrandis cœlestibus ad tantùm, támque divinum munus auxiliis, piisque commendationibus, & Consiliis in futurum traduxit. Ex hac solitudine egressus, & sacris initiatus Ordinibus, cùm nullas ad populum phaleras, & multa dicta, ùt ait Comicus, sed Spiritu Divinò animata verba, & cœlestia sensa, velùt hastas armatas, aùt potiùs ipsos Currus falcatos in subjectam concionem ex alto immitteret, & regnaret in animis, & auditorum commendatione metu, lacrymis, & magis emendatione vitæ, magnam sibi paravit auctoritatem, & brevi præstantis Ecclesiastæ nomen apud Pragenses est adeptus. Itáque approbatione omnium Joanni in Basilica Beatissimæ Virginis antè lætam Curiam (vulgò Teynam vocant) in antiqua Urbe Pragensi primario Urbis loco concionandi munus imponitur. Difficile esse potuisset, Auditores jam pridem maximis, & disertissimis Viris assuetos tenere dicendo. Succedebatur Conrado de Stickna, quem unum ætatis suæ eloquentissimum Pragenses fuisse crediderant, succedebatur Joanni Milicio non ità pridem extincto, quò dicente, unà omnes Matronæ Pragenses vestium luxum, Meretrices pænitentes magnò numerò Cœnobiis se se incluserant, lupanaria Cives ipsi dejecerant. Tamen Joannes noster omnem illam Populi exspectationem implevit, & desideria superiorum Concionatorum extinxit, prudentissimâ modestiâ semper abstinens à contentioso dicendi genere &c.

§. 13. *Singulari, ac pia præparatione ad hab. Sacerd. initiatur.*

§. 14. *Verbi Dei prædicationi se dedit cum ingenti animarum Zelo, & Populi plausu.*

Sextò. Jàm Beati Joannis labor, doctrina, virtus, & parta tot meritis apud omnes auctoritas altiorem merebantur gradum.

§. 15. *Eligitur Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ*

Prognosis, & Concionator Regis Bohemiæ, qui tunc erat Imperator.

Itaque Joannis Achiepiscopi comendatione, de comuni sententia in Canonicorum Collegium Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis adlegitur, simulque ei in eadem Sancti Viti Ecclesia ante Cæsarem concionandi defertur Provincia. Primum illum honorē diù recusavit beatus Joañes, diùque cumBeatiViri modestiâ pugnatū est. Cùm verò se eò locò indignum diceret, omniū tamen vocibus superatus est clamantiū, tantò meliorē & digniorem esse, qui, non ut cæteri, honores quæreret; sed ab honoribus quæreretur.

§. 16. Argumentum ejus Concionum fuit morum emendatio, & stimulus ad pœnitentiam.

Compluribus igitur annis in Ecclesia S. Viti Bohemici Ecclesiastæ munus B. Joannes jam Canonicus obiit; Eumque non modo Rex, & Aula universa, sed iidem, qui olim in Tein concionantem audierant, sequebantur. Præcipuum Concionum argumentum pænitentia scelerum fuit, tùm adversùs licentiam Nobilium, & Aulæ, adversùs ebrietatem, quæ tunc invaluerat, ad luxum, ac cæteros corruptissimi illius sæculi mores contentos, & pænarum cælitus infligendarum repræsentatum, &c.

§. 17. Repudiat oblatum sibi Episcopatum Litomislii, ac Præposituram Ecclesiæ Wischebradensis valdè insignem, & opulentam.

Septimò. Tradunt veteres memoriæ, cùm fortè per id tempus Sedes EpiscopalisLitomislii in Bohemia, vacaret, Joannem à Rege ad eam Cathedram antè omnes fuisse destinatum: at Is multis in speciem probabillibus causis allatis, Cæsarem ab ea cogitatione dimovit. Præpositi exemptæ Ecclesiæ wischehradensis dignitas, eò tempore inRegno par eratDignitatibus primis: Princeps Regni, & per Præposituram Cancellarius, primus post Archiepiscopum Regni Primatem, Præpositus Ecclesiæ illius [quæ in genua uni Romano Pontifici immediatè subjecta est] habebatur: adde opum ingentem vim, nàm annui proventus ad octoginta florenorum Hungaricorum millia ascendebant; sum̃a profectò præstans, quæ nondùm apertis navigatione Indiis alterum tantum hodiè conficeret. Hæc ipsa dignitas Præpositi à wenceslao Rege ac Cæsare Beato Joanni oblata est, sed, & hanc repudiavit, quàm abstrahi a lucris animarum, & à Sacris Concionibus, quibus inflamabat omnes, gravissimum duceret.

§. 18. Renunciatur Elemosynarius Reginæ.

Sed Elemosynarii munus [Dignitas est in Aulis Regum usitata, & gratiosa] à Rege, &Regina magnò honore, & comitate verborum oblatum; ne omnia aspernari videretur, &honorum contemptio in superbiam verteretur, accipit; eòque in munere ità se se probavit, ut ejus dexteritatem, & solertiam

&

& integritatem Aulici : misericordiam pauperes , prudentiam, & in distribuendo justitiam commendarent omnes.

Octavò. Crescebat in dies Viri Sancti auctoritas : itàque Imperatrix Joanna nomine, Alberti Bavariæ Ducis , & Holandiæ §. 19.
Comitis filia , Matrona , candore animi , morum innocentiâ, pietate , ac cæteris Reginarum virtutibus spectatissima , quæ Beati Joannis sacrâ dictione mirum in modum tenebatur , & validissimé ad omnem virtutem incitari se sentiebat, hunc sibi conscientiæ suæ arbitrum , hunc vitæ magistrum , hunc Patrem delegit. §. 20.
Valuit ad plures exemplum. Religiosæ virgines in Parthenone Sacro ad Divum Georgium in Arce Pragensi , & ipsæ , Beato Joanne ducente , & docente , ad summum Religiosæ perfectionis apicem , non tam passibus , quàm volatibus ferebantur. Veteres quædam memoriæ adducunt , Beatum Joannem Metropolitanæ Ecclesiæ Decanum electum esse hôc tempore ; cùm inscriptió Sepulchri hôc tituló careat, & meliores Codices non subscribant; §. 21.
credibile est, errorem subesse , id certiùs in Beato Joanne Sanctam Pragensem Ecclesiam oraculum quoddam doctrinæ , atque , ut sic loquar ; Sententiarum magistrum habuisse. Tanta enim erat de Viri virtute , & sapientiâ apud omnes existimatio, ut quidquid Beatus Joannes consultus statuisset id partes , velut æquitatis plenum , probarent , ac sine contradictione sequerentur. Atque ejus rei veteres quidam Codices faciunt fidem , ubi in causis difficilimis , quæ per Sententias Judicum diù finiri non poterant , Joannes Nepomucenus Senior (nam alter Joannes Pomuk Decretorum Doctor , Canonicus Wischehradensis , & Archidiæcesæos Vicarius Generalis , Primus post Beati Joannis mortem florere cœpit , post annum millesimum tercentesimum nonagesimum sextum] noster inquam Beatus Joannes Arbiter , atque, ut illi loquuntur , Laudator eligitur , idque Beatum Virum fiduciæ, doctrinæ , & pacis amore sæpiùs suscepisse , ac liberè pronunciâsse , ex Sententiis ipsis , quæ recitantur , cognoscimus.

Ac Regina in proprium Confessarium digitur,

Sacras Virgines in Studio Christianæ perfectionis erudit

Ex summa authoritate , & virtutis opinione, quà pollebat Ei Servus, plurima componuntur litigia.

Concordat ferè in omnibus P. Augustinus Sartorius in Cistercio Bistertio , seù Historia Elogiali Sacerrimi Ordinis Cisterciensis Compulsat Process. fol. 555 á tergó , & seq. **Num. 7.**
Ex actis Sanctorum apud Continuatores Operis Bollandi compulsat. in Process. fol. 573. à tergo , & seq.

Scriptor Historicus de Martyrio, & causa Martyrii Servi Dei.

No-

§. 1. Adumbratio morum perditorum Wenceslai Imperatoris, & Regis Bohemiæ.

NOnò. Intereà Wenceslaus Cæsar [ut lubrica omnis nequitia est, & in descensum, & casum præceps] quotidiè se ipso evadebat deterior. Reginam Joannam, quã præsentẽ oderat, & ferre non poterat, eandẽ absentẽ miserè deperibat. Pravũ de se, & præpostera educatione corruptum Wenceslai ingenium [ut fert multorũ opinio] philtris quibusdã magicis efferaverant, & prorsùs insanum ex pravo fecerant ministri. Non est locus hìc licentiosam illam, cruentámque & maculis fædè notatam Regis vitam describendi; Annales eorum temporum consulantur. Annus agebatur post Christum natum millesimus tercentesimus octuagesimus tertius, Regina Wenceslai quotidianis sceleribus offensa, cùm nullum ampliùs, ex rebus humanis solatium caperet, neque per Mariti suspiciosos oculos capere posset, crudelitatem ejus perhorrescens, [maximè quod etiam Mensam, Depesque Regias cædibus procerum, & sanguine respergere, pro deliciis, & Bellariis habebat] quod tutissimum videbatur, omnem Mundi abjicere amorem, únique se DEO totam, [quantum vita conjugalis sineret]. donare constituit.

§. 2. Suspicio ab eo concepta de Joanna Regina ejus Uxore.

Nulla res ità animum divinò amore semèl occupatum DEO adstringit, quàm gravis, diuturna, & quam tuo capiti continentèr impendere videas, calamitas. Itáque Regina Sacrum Tribunal adire, frequentiùs cùm lacrymis, minimas quásque labeculas aperire, affligere se se, egenorum curam suscipere, iísque, dum liceret, ministrare, DEUM assiduè cogitare, precari, ut meliorem Conjugi mentem daret, diù, noctúque orare.

§. 3. Curiositas Regis resciendi, Reginæ peccata à Joanne illius Confessario.

Decimò. Quod Wenceslao, si saperet, placere debuerat, id vertit in odium: incessit deindè libidinosum, & ex libidine furiosum Regem cupido, si quò pactò rescire posset, quid Regina ad Sacerdotem expiandum afferret; quas præcipuè noxas haberet, quid de Marito unquam cogitaret, an quem alium amaret, aliáque hujusmodi, quæ sibi stulta Tyrannis, amore accensa, & suspicionibus cincta, potest, & solet confingere. Sed hæc ab ipsa Regina interrogando exprimere frustràneum erat.

§. 4. Instantia Regis facta Joanni, ut Regina peccata revelaret, addità Largitionum promissione.

Vocat Beatum Joannem, quem unum omnibus Reginæ consiliis intimum esse sciebat. Post multas verborum ambages, quasi aliud ageret, mentione Reginæ injectâ, paulatim ad Confessionem Sacram delabitur, Uxorum eam esse conditionem, & subjectionem, ut earum omnia Maritis nota esse oporteat, maximè

ximè in familiis Regum, ac Cæsarum, opes deindè, honores, & quidquid felicitatis unquàm Joannes expectare posset, verbo Regio pollicetur, si induceret in animum, vel pauca, quæ Joanni Regina in Sacro Pœnitentiæ Tribunali aliquando aperuisset, uni sibi concredere, id verò sibi pro omni in tot Regiis Cæsareísque curis, solatio fore. Exhorruit ad sceleratas preces Vir Beatus, & gravi, liberáque oratione, quantum crimen posceret, ostendit, damnaret proindè curiositatem suam Rex, & quod fieri non posset, desiderare omitteret. Commovit objurgatio sancta sulphuratum, ut ita dicam, Principem: repressit tamen se se, cùm cogitaret, sæpè qui in primo assultu, & hostium conatu fortes se se probarint, ad secundum, & tertium mollescere, ac vinci, primam hanc admotam esse machinam, quæ, si non processerit, fortiorem se esse admoturum, quæ etiam nolenti victoriam facilè extorqueat.

§. 5. *Joannes intrepidè rec usat Regi satisfacere.*

Undecimò. Nec dum abfuit, quod ægrum animum exulceraret magis; fortè Coquus Regius Caponem malè assum ad mensam Regis miserat. Ea res improvisa in tantam egit rabiem Wenceslaum, ut naturæ humanæ, & omnis humanitatis oblitus, Coquum protinus alligatum verubus, flammis admoveri jusserit. Perculsi barbarâ crudelitate Aulici, omnes horrebant, pallebant, se se mutuò intuebantur, videbant si quid paululum titubassent, eadem sibi supplicia constituta, sed nemo erat, qui crudelitati Regiæ intercederet. Unus Beatus Joannes, qui tunc versabatur in Aula, & silere, & loqui in tempore doctus, postulatô, & impetratô ad Cæsarem auditu, verbis primùm mollibus negotium tractare, cúmque apud iratum, & impotentem Principem nihil valeret, gravioribus sententiis facti atrocitatem explicare cœpit; paucissima protulerat, confestim irritabilis, & crudelissimus Princeps Satellites inclamat, nullàque sacerdotalis Ordinis reverentiâ, nullô etiam ad se ipsum, & Majestatem Regiam respectu, Joannem rapi & in ultimos Carceres trudi jubet. Ibi aliquot dies squalore, & horrore loci, tristissimis que tenebris, tùm famè & siti propè enectus exegit, in Deo solo acquescens, eóque lætus, quòd pro ejus honore & amore dignus esset habitus, & Carceres, & contumeliam pati. Non ignorabat Beatus Joannes, quò Regis ira spectaret, nàm etiam Carceris Custos monuerat, unam esse salutis viam, si Cæsari morem gereret, & ad ejus

§. 6. *Regis sævi iam ob ombustionem Coqui demandatam corripiens Joannes in duros Carceres conjicitur.*

§. 7. *Proponitur dimissio è Carceribus, si velit Reginæ Confessionem pandere.*

se voluntatem accommodaret. At Beatus Martyr cônrrà mârat animum, & milliès discerpi, ac mori, quàm verb Confessione sacra efferre decreverat.

§. 8. *E Carcere dimissus invitatur ad Regis mensam.*

Duodecimò. Pauculi intercesserant dies, cum ecce h tus Vir ex Aulicis à Rege missus apparet, nuntiat, Regem pœnitere, quæ in Joannem illiberialiùs admisisset; proin sari petenti donaret injurias, oblivisceretur, quæ gesta sint ber abiret, sed ut firmior esset receptus ad gratiam, cras mensam Regis, nè gravaretur accedere. Venit Joannes, su que honoris significatione mensæ Regis adhibetur. R mensis, & arbitris Cæsar iterum, cùm ad se accersiri jusse perit: quiescere se non posse, aperiat tandem, quæ Reg Sacrâ Exomologesi in aurem dixerit ex ordine omnia; blanditias, pollicetur silentium, modò dignitates, & p offert, modò carnificinas omnes minatur, nolit prius iram tiri, quàm gratiâ. Beatus Joannes excelsô animô honores pe ac minas contemnere, Confessarii munus explicare, sacrosanctam legem extolere, pœnas temporales, & sem nas iis, qui secretum non tenuerint, paratas exagerare; que Regem monere, abstineret captandis, quæ uni DEO noscenda servantur, sine sacrilegio talia tentari non poss cæteris omnibus Regis Imperium adorare, se unum hoc d cari quòd, si mille mortes subeundæ essent, non faceret. iracundiâ ardens sinè mora carnificem (quem semper habel manum, & patrinum per delitias appellabat] cum sociis a jubet, à quibus in Carcerem tractus, crudelissimè in catasta Regis extenditur, & facibus admotis torquetur. Adfuisse plicio Cæsarem [& si id à nemine traditum legerim] c ejus vita probabilem conjecturam facit, quòd ejusmodì sp culis oblectari, & oculos pascere solitum accepimus; etiam, quòd sinè dubio speraret in tormentis auditurum se dem, quæ nunquàm antè Joannes in publicum efferre volu At Vir Beatus, & Christi Martyr abstractâ, quantum licuit a pliciis præsentibus, mente sacra Jesu, & Mariæ nomin geminans, nullum aliud verbum prolocutus, dolores o suos, vitam, & mortem Domino commendabat. Nihi diligentiæ ad summam veritatem reliquum facère cruenti ca ces, præsertim Cæsaris urgente præsentiâ, omnis tamen

§. 9. *Altera instantia Regis minas, & præmiorum spem mittentis pro habenda revelatione Confessionis, cui denuò generosè resistit Joannes.*

§. 10. *Regis jussu in Catasta, facibus etiam admotis, cruciatur Joan. & tormentum constanter tolerat.*

carnificina intrà Beati Joannis patientiam fuit. Denique, cùm proficerent nihil, Cæsare ipsô abeunte, fessi, & victi desistunt, ac de catasta depositum deferunt. Veteres Codices cælesti consolatione recreatum Joannem tradunt; at qualis ea consolatio fuerit, an interna quædam ad animum divinitùs illapsa, an etiam externa ex Sanctorum Angelorum colloquio, aliovè cælesti aspectu [ut sæpè aliis viris sanctis evenisse in eorum gestis legimus] non explicuerunt.

§. 11. Post cruciatum Joannes cælesti consolatione recreatur.

Decimo tertiò. Post hæc Imperator sivè nè quà res emanaret, veritus, sivè Imperatrice agente, quæ fortassis Beatum Virum attinere inaudierat, quem ipsa Patris locô habebat, Joannem dimittit; Joannes quasi nihil injuriæ passus, omnes illos dolores, & cruciatus, silentiô excoxit, nemini suorum aperiens, & curatis, quæ tormenta fuerant, vulneribus, processit in publicum, tùm vetera sua munia majori, quàm unquam antè, spiritûs ardore cœpit repetere eô pactô se se comparans ad mortem, quam, vel cælesti admonitu, vel ex ipsa importunissima Wenceslai Regis natura, & humani cruoris avidissimâ iracundiâ, paulò post inferendam sibi dubitare non poterat. Ad stationem itàque suam reversus, cùm ad Concionem in Ecclesia Sancti Viti diceret verba illa Christi: *Modicum videbitis, &c.* & jàm non multa loquar vobiscum; identidem repetens vultu lætô, & facili, mortem sibi pro Christi, & Ecclesiæ legibus appetendam disertè prædixit; tùm cælestibus oraculis patefactâ semel viâ, spiritu propheticô plenus, lacrymis ubertim fluentibus, futurum Bohemiæ statum, & venturas brevì calamitates cœpit describere; hæresim ab inferis suscitandam, cui sacra, & prophana perindè essent, nullùmque faceret discrimen: Ecclesias omnes, & Cœnobia per Bohemiam arsura; quædam etiàm dejicienda manibus: Sacros, & religiosos Viros omnibus tormentis excruciatos perituros, deníque exilium universæ Religionis instare. Penè incredibilis res visa, felicem eô tempore Ecclesiæ Bohemicæ statum & opibus, & potentiâ summâ florentem Religionem cogitantibus. Extremâ oratione vale omnibus dixit, ac præcipuè à Prælatis, & canonicis Ecclesiæ Pragensis humillimis verbis veniam poscens, & se, vitámque suam, ac vitia multis accusans, finivit magnô luctu, & in re tam nova, & tot vaticiniis cum admiratione omnium Auditorum.

§. 12. Prudentia Joannis in celandis cruciatibus, quos passus fuerat, cum que fervor in pietate.

§. 13. Illustris Concio in qua Joannes mortem sibi imminere, nec non futuras Bohemiæ calamitates, & hæresim prædicit.

§. 14. In eadem Concione vale dicens, veniam sibi à Prælatis, & Canonicis Ecclesiæ Pragensis precatur.

§. 15.
Imaginem B. Virginis, quæ Boleslaviæ summa in veneratione habebatur, invisit, illius se patrocinio commendans.

Decimoquartò. Paucis post diebus Beatus Joannes Boleslaviam ad antiquissimam totius Bohemiæ Divæ Matris effigiem à Sanctis Slavicæ Gentis Apostolis Cyrillo, & Methodio Christianis traditam, & commendatam, quæ eo loci religiosissimè recolitur, iter suscipit. Hic quàm liquido pietatis, [illegible] amoris sensu Cæli Reginam (cui à prima ætate consecraverat se, & in qua spes omnes suas habebat repositas) oravit, ut [illegible] paulo post [illegible] accesser[illegible] ut [illegible] propitium reddere[illegible] Quisque ex Joannis in DEI Matrem veteri amore, ex pericu[illegible] ingruentis [illegible] ex vicinæ mortis horrore, vel de [illegible] conjecturam facere potest. Pragam vespertinis horis revertentem Boleslaviâ Joannem Wenceslaus Cæsar tùm fortè, ut erat otiosus Princeps, è fenestra prospectans observat; recurrunt extemplò furioso Principi omnes illæ tristes de Regina Joanni Conjuge imagines, [illegible] toties à B. Joanne repulsæ, neque jam animum regere poterat. Ergò non hominem; sed malum Dæmonem spirans, mittit continuò, qui Joannem ac[illegible] [illegible] ut in principio ira verbis est usus: *Au[illegible] [illegible] moriendum tibi est; nisi è vestigio, jam hic Conjugi[illegible] [illegible] quidquid unquam illa tibi confitens dixit, ex ordine [illegible] DEUM aquam potabis*, mersionem in flumine [illegible] Cæsar volebat intelligi. Beatus Joannes indi[illegible] [illegible] toties obtundi, non verbis, sed totò capite, & [illegible] vultu sacrilegi[illegible] aversatus est. Vix signum dederat Imperator, jam Sanctissimum Virum validissimi Satellites cir[illegible] Rege vociferante, atque inter manus in aliud cubile [illegible] deportant. Vetusti Codices significant silentium sup[illegible] [illegible] & vitatum esse Populum, nè quis arbiter in[illegible] Nocte igitur ad Pontem, qui Pragensi Flumini Mol[illegible] impositus, Urbes duas majorem, & minorem conjungit, [illegible] tùm manibus, & pedibus vinctis (quod disertè [illegible] legitur) in subiectum Flumen ex ponte dejicitur in pervigilio Ascensionis Domini Anno millesimo tercentesimo [illegible] tertio.

§. 16.
Rediens Boleslavia gravioribus minis à Rege impetitur, ut Confessionem revelet, quibus constantissimè Joannes [illegible] in Moldavam demergitur, tum [illegible] pervigilio Dominica [illegible] [illegible] Anno [illegible]

§. 8.
Alia documenta Historica de Martyrio, & causa Martyrii Servi DEI.

Ex Libro M. S. antiquissimo existente in Archivio Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, qui á quatuor Peritis judicatur conscriptus ante annum 1471 Process. fol. 401. a tergo, & sequ.

Fol. 1. - 1383.

A

JOannes de Pomuk submersus de Ponte Presbyter, Decretorum Doctor, &c. *Process. fol.* 507. *tergo.*

Ex Chronico M. S. Doctoris Magistri Pauli Zidek dicti; à peritis judicatur exaratum anno 1471. *qui etiam in principio Libri exprimitur. Processu folio* 401. *à tergo, & seq. Fol. 4. ante finem Lib.*

B

QUartò, dùm haberet malam suspicionem de sua Domina, & illa fuisset confessa Magistro Johankoni Decano omnium Sanctorum, venit ad illum Rex, ut ipsi diceret, cum quo cohabitet? & dùm Decanus nollet ipsi dicere, jussit illum submergi; posteà exsicatus est fluvius, & dùm homines propter molas, panem non haberent, inceperunt contra Regem obloqui, & id fuit initium mali.

Ex Historia Bohemiæ VVenceslai Hageck de Liboczan impressa an. 1541. *compulsat. Process. fol.* 509. *&* 513. *à tergo. fol.* 353.

C

HOc annò Wenceslaus variis vitæ illecebris, & lusibus, & saltibus deditus, vitam Rege indignam duxit. Conjux uti proba, & virtutibus ornatissima Regina sæpè secretò tamen, illum corrigebat, & Parentis Caroli vestigia repræsentando, ut iis inhærere, Vitámque in meliùs commutare vellet, amanter hortabatur, sed admonitionibus hujusmodi nihil aliud effecit, nisi quòd in se odium majus Regis provocaverit, qui omnibus modis, & studiis quærebat eam per occasionem vitâ privare. Die post Festum Sancti Sigismundi vocaverat ad se Presbyterum Joannem Nepomucenum Universitatis Pragensis Magistrum, & ibidem in Ecclesia Pragensi Canonicum, & Reginæ Confessarium, Virum timentem DEUM, & diligenter, & secretò ex eo suscitabatur, ut ipsi aperiret, quæ peccata coram ipso DEO confessa fuisset; ad quæ Sacerdos respondens ait: Domine

mine mi Rex, hæc meâ memoriâ ampliùs non teneo, & si tenē,
tamen mihi minimè conveniret ea revelare, neque decet etiam
hac interrogare. Rex irâ accensus in subterraneum Carcerem eum
E detrudi jussit, & cùm ex eo nihil rescire posset, misit pro carni-
fice, quem suum compatrem vocabat, illum torturæ subjecit;
quia verò nèc hac viâ ab ipso extorquere quidpiam potuit, man-
davit illum nocturnô tempore deduci ad pontem Pragensem, &
ligatum in aquam præcipitari. Quô factô super Corpus sub-
F mersi eâdem nocte, & sequenti multa luminaria ardentia visa
sunt, de quo miraculo Rex audiens Pragâ ad Arcem Zebrak
discessit; Prælati autem Pragensis Ecclesiæ accipientes Corpus
illud ex aqua apud Monasterium Sanctæ Crucis ad Arcem Pra-
G gensem solemniter deportârunt, magnáque cum Religione in
Ecclesia Sancti Viti è Regione Altaris Virginis Mariæ in Cœ-
los Assumptæ sepeliverunt, & lapide contegi jusserunt. Post
hoc ibi multa, & varia patrata sunt miracula, ita ùt idcirco à
multis *Martyr DEI, & Sanctus* esse diceretur. Ut verò à quopiam
ejus Sanctitas impetita, & Crux in lapide ejus Sepulchrali in-
cisa petulantèr calcata fuit, is idem eâdem die opprobrium, &
ignominiam passus est, ideòque Prælati Sepulchrum ejus crati-
bus ferreis circumdari fecerunt.

Ex Historia Regni Bohemiæ Ioannis Dubravii Episcopi Olomucensis impressa anno 1552. compulsat. Process. fol. 530.

Fol. 144.

Curâ externâ de animo positâ, quò securiorem se esse viderat,
eò desidia, & inertia major, atque libido intemperantior
ipsum (videlicet, Wenceslaum) invasit, sic ut nè à fedis qui-
dem lustris, nedùm à thoris alienis abstineret, immò sæpiùs in
lupanari, quam in adulterio deprehensus, adeò prostitutis amo-
ribus delectatum ferunt. Ab hac turpitudine Joanna Uxor Ma-
ritum dehortari conata, offensionem tantam subiit, ut audiret
minantem, se quòque in Lupanar ab illo transferendam esse,
si hâc dehortatione non supersederet, ac paulò post irâ adhuc
flagrante accersit Joannem Sacerdotem audire Reginam solitum,
quotiès delicta fidelibus auribus committeret. Quæ quidem
H delicta Rex ab eo, dum authoritate, minis, & carcere frustrà

ex-

explorat, victus iracundiâ Joannem de Ponte Pragensi dejici, ac submergi jubet. Quam verò Sanctus, & innocens Sacerdos ille fuerit, ipse fluvius ostendit, ita, 'de repente arefactus, ut Corpus nudaret submersi, in statûque illo triduum permanens, donec submersus ad sanctum Vitum sepeliretur, ubi in hunc diem quicùmque Sepulchro temere insultaverit, immunis ab infamia non evadit. Mortuâ deindè Reginâ quoque ex mæstitia, & dolore fuit, quem ex iniquissima Regis suspicione cum maximo animi cruciatu toleravit. I K

Ex Bohemica Historia Martini Boregk impress.
Wittenbergæ anno 1587. *compulsat. Process. fol.* 506.
Auctor hic fuit Sectæ Heterodoxæ. *Process. fol.*427.

WEnceslaus Rex æternarum Curarum liber tractu temporis prolapsus &c. ; & adhuc irâ ardens, accersivit Joannem Reginæ Confessarium, à quo sibi aperiri vult ea, quæ sua Conjux confessa fuisset. Dùm autèm hæc, nèc authoritate, nec minis, nec carceribus rescire potuisset, jussit Sacerdotem è Ponte Prageno in Moldavam Fluvium præcipitari, & submergi. Scribitur, quòd aqua ipsa Sacerdotis innocentiæ Testis fuerit, dum subitò arefacta Corpus submersi per triduum nudaverit, ùsquedùm Sacerdos exindè levatus in Sancti Viti Ecclesia sepultus fuerit, & hodiè, dùm quicúnque, ejus Sepulchrum temerè calcat, an infamia immunis non evadit. L

Ex Libro, cui Titulus - Successio Ducum, &
Regum Bohemiæ - Bartholomæi Fabroczki, - impresso de consensu Reverendissimi Archiepiscopi Pragensis tanquam Supremi Correctoris anno 1602. *compulsat. Process. fol.* 543. *tergo.* 544.

Folio 337.

POst illud Bellum, quod Clerus peregerat; Rex wenceslaus dedit se magnæ dissolutioni, & petulantiæ, quæ personam ipsius nullatenùs decebant. Correptus in hoc à sua Conjuge, utporè DEUM timente Dominâ, concepit adversus illam magnum odium, & irâ accensus, quærebat causas, quomodò illam posset de medio tollere. Accersens ergò ad se Presbyterum Joannem Nepomucenum (qui fuit Magister Studii Pragensis, Canonicus ejusdem Ecclesiæ, & Reginæ Confessarius, Vir pius, & M

Domi-

Dominum DEUM timens) occultè ex eo quæsivit, qualia pec-
N cata Regina illi fuisset confessa. Respondit Sacerdos Joannes:
mi Domine Rex, ego id certè memoriâ non teneo , & etiamsi
tenerem , id facere mihi non competit , ut secretum Confessio-
O nis manifestare deberem , DEO tantùm id scire competit. Qua-
re scito Rex, quòd de hoc inquirere non sit conveniens. Com-
movit sermo iste Regem , qui statim Joannem Sacerdotem ad
duros mandavit detrudi Carceres, & mittens pro carnifice, jus-
P sit illum crudelitèr torqueri. Non valens autem ex ipso ,
nec blandis verbis, nèque gravibus tormentis quidquam resci-
re, curavit illum tormentatum, & ligatum de nocte ad aquam ex
Ponte, dejici, & submergi. Quod, dùm factum est, mòx hac
nocte, & alterâ, multa lumina in supra Corpus ejus in aqua ja-
Q cens visa fuerunt. De hoc cùm audisset Wenceslaus miraculo,
perrexit ad Arcem Zebracensem, & Prælati Ecclesiæ Pragensis
levantes Corpus ex aqua apud Monasterium Sanctæ Crucis ad
Castrum Pragense illud deportârunt; & in Ecclesia Sancti Viti
R è Regione Altaris Beatæ Virginis in Cœlos Assumptæ sepeliri,
& lapidem superimponi curârunt. Hìc multa facta sunt mira-
cula, quorum *intuitu pro DEI Martyre* habitus fuit, & quicunque
adversùs hoc erat, ac frivolè cum contemptu super Crucem in
lapide exsectam conscendit, hac die mundi infamiam non eva-
sit, ex qua causa jusserunt Prælati hoc Sepulchrum ferreâ cra-
te circumdari.

Ex Libro, cui Titulus-Bohemia Pia-Georgii Bartoldi Pontani impress. anno 1608. compulsat. Process. fol. 546., & ter. Fol. 48.

De Sanctis Patronis

SAnctos Patronos præcipuos ponimus, quorum habemus memoriam celebrem, &c.

fol. 50.

Sanctus Joannes Elemosynarius Martyr, qui ex Nepomuk
hujus Terræ Oppido, oriundus, hujusque Sanctæ Metropo-
litanæ Ecclesiæ Canonicus cum Wenceslao Quarto Regi ad in-
stantiam suam ante, & in tormentis Confessionem peccatorum
S Conjugis suæ sibi sacramentaliter factam [sic enim ille liberiùs
in eandem Conjugem suam, piè eum transgressionum suarum

sa-

sæpiùs monentem, sevire voluit] nollet patefacere, de Ponte in Moldavam Fluvium præcipitatus est, & luminibus noctu supra aquã, ubi Corpus suũ latuit, coruscantibus, certissimis innocentiæ, Sanctitatísque suæ Testibus manifestatus in Ecclesiã Metropolitanam solemniter ab omni Clero, & Populo translatus, ubi etiam hodiè, qui Sepulchrum dehonestat, publicæ ignominiæ protinus subjicitur. Hic verò admirabile, & inauditum, perpetuúmque inviolati Sanctæ Confessionis sigilli, & confessionis tàm faciendæ, quàm audiendæ monumentum hoc ipsô reliquit.

Ex Postilla diversarum Concionum impressa per Sessium an. 1629. compulsat. Process. fol. 538. terg. & 539.

Joannes Elemosynarius, & Martyr Nepomuci sub viridi Monte natus, Ecclesiæ Sancti Viti in Castro Pragensi Canonicus, nolens ad instantiam, & mandatum Wenceslai Quarti Regis Sigillum Confessionis Uxoris ipsius, nec tormentis cruciatus ulatenùs violare, ex Ponte Pragensi in Fluvium Moldavam dejectus fuit, cujus & innocentiã & probæ Vitæ Sanctitaẽ nocturna luminaria super illo visa, sunt contestata, ità ut & certô signô luminarium in aqua repertum, Clerus cum omni Populo ad Castrum Pragense cum omni honore deportaverit, & in Ecclesia Sancti Viti tumulaverit, cujus Sepulchrum, si quis dehonorat, mundi infamiam non evadet. T

Ex Historia Monasterii Sedlicensis sacri Ordinis Cisterciensis edita per P. Simeonem Eustachium Kapihorsky Ordinis supradicti impress. apud Paulum Sessium Anno 1630. compulsat. Process. fol. 501. tergo, & sequent.

Pagina trigesima tertia.

Anno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio, Rex Wenceslaus vitam dissolutam amplectens, variis disordinibus, & absurditatibus viam aperuit; ex quo, dum ejus Conjux illum corexisset, magnam aversionem erga ipsam concepit, & qualiter illam vitâ privare posset, inquirebat. Atque ideò crastinô mane post solemnitatem Sancti Sigismundi accersens ad se Sacerdotem Joannem Nepomucenum, qui fuit Canonicus Ec- V

[illegible] Regem Confessarius, ex illo, qualia pec-[illegible] fuerit, rescire voluit, sed is sui jura-[illegible] memor, confessionem nullatenùs manifestare [illegible] jussit illum ad carceres subterraneos [illegible] crudeliter affligi; cùmque illum nèc [illegible] ad Confessionem perducere posset, misit, [illegible] torqueri mandavit. Ast, dùm neque [illegible] poterat, jussit eum nocturnò [illegible] præcipitari, & submergi. [illegible] luminaria super ipsius [illegible] Propterea Prælati Sancti Viti Corpus hoc [illegible] Crucis inventum cum de-[illegible] deportari, & ad latus ma-[illegible] In hoc loco fiebant mag[illegible], & [illegible] irreverenter [illegible] calcavit, nullus mundi, [illegible] Domini Prælati jusserunt [illegible] cingi.

[illegible] Ioannis Adelsreiter impress. [illegible] fol. 536., & 537.

[illegible], folio centesimo decimo tertio.

[illegible] Sacerdote, qui Reginæ erat à sacris Confessionibus, [illegible] inviolabilia Sacrosancti Tribunalis arcana, & pa-[illegible], quid erratorum Joanna ejus judicio, auribùsque se-[illegible] commiserit, Sacerdos Regis impietatem detestatus, ne-[illegible] sibi fas esse, quicquam per Sacram Exomologesim [illegible] edere, quàm Regi inquirere, se proindè leges Sacer-[illegible] servaturum; hortari verò Regem, ne vanis suspicionibus [illegible] iniquâ quæstione innocentiam Uxoris, & ipsum adeò numen [illegible] pergeret offendere. Ea responsi libertate Wenceslaus actus in rabiem, mox illum jussit de Ponte Pragensi præcipitatum pro-[illegible] aquæ necari. Sacerdotis virtutem, simúlque Sacra-[illegible] Sanctitatem DEUS prodigiò asseruit. Nam undæ Mol-[illegible] locum cessère exanimato Corpori, triduóque detectum [illegible] publico spectaculo, donec honestâ elatum pompâ in [illegible] Viti fuit Æde tumulatum &c.

Ex

Ex Historia totius Mundi Ioannis Gluverii impress. Anno 1662. compulsat Process. fol 505.

Hic Auctor fuit Sectæ Heterodoxæ *Process. fol. 420*

WEnceslaus ne à fœdis quidem abstinuit lustris, à quibus cùm dehortaretur eum Joanna Regina Alberti Hollandi filia, offensionem subiit tantam, ut Cæsar Sacerdotem, cui confiteri ipsa consueverat de more Christiano delicta, omnibus modis cogeret arcana effari, renuentémque Moldavâ demergeret. Y

Ex Libro, cui Titulus-Mars Moravicus, sivè Bella horrida &c. Thomæ Joannis Pessinæ impress. Anno 1677. compulsat. Process. fol. 613.

ANno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio Beatum Joannem Nepomuceaum (ità cognominatum à Nepomuco Oppido in Bohemiæ Loco Nativitatis suæ) Magistrum Universitatis Pragensis, & Decretorum Doctorem, Canonicum Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ, qui Joannæ Reginæ erat à Sacris Confessionibus, & Elemosynis, eò quòd nollet Confessionem Reginæ (inviolabilia Sacrosancti Tribunalis arcana] revelare, professionis suæ sanctæ memor, post multa tormentorum genera, per quæ ea, quæ petebat, extorquere volebat, in Witavam Flumen præcipitari, & demergi jussit, &c. Z

Concordant cum his Scriptoribus alii sequentes.

Laurentius Beyerlinck in Magno Theatro Vitæ humanæ tom. 4. lib. 10. pag. 173. Lit. L. compulsat. Process. fol 504.

P. Abrahamus Bzovius Ordinis S. Dominici in continuatione Annalium Ecclesiast. Card Baron. to. 15. pag. 214. compulsat. Process. fol 503. tergo, &c. AA

Sigismundus de Birken in Speculo Gloriæ, seù Honorum Inclytissimæ Cæsareo - Regiæ Domûs Austriacæ antè centum annos comilato per Joannem Jacobum Fugger lib. 4. pag. 386. compulsat. Process. fol. 506. tergo, & seq.

Thomas Joannes Pessina de Czechorod Decanus Metropolitanæ Pragensis inscripto--Phosphorus Septicornis, Stella alias matutina, hoc est S. Metropolitanæ Divi Viti Ecclesiæ Pragensis

sis Majestas, & Gloria-pag. 389. compulsat. Proc. fol. 520. tergo.

Georgius Bartholdus Pontanus in Hymnis Sacris de Beatissima Virgine Maria, & Sanctis Patronis Regni Bohemiæ sub fol. 203 refert Hymnum de S. Joanne Nepomuceno Canonico Pragensi enarrantem illius gesta, & Martyrium, compulsat. Processſ. fol. 544., & seq.

Joannes Tanner Societatis Jesu in vita P. Alberti Kanowsky sub fol. 15. compulsat. process. fol. 547. & seqq.

P. Odoricus Reinaldus Congregationis Oratorii Presbyter in continuatione AnnaliumEcclesiastic. Cardin. Baronii tom 17. fol. 248. compulsat. Process fol. 551 ad 554.

P. Augustinus Sartorius Ordinis Cisterciensis in Cistercio Bistertio, seù Historia Elogiali SacerrimiOrdinis Cisterciensis compulsat. Process. 555. & seq.

Joannes Jacobus de Weingarten in Libro, cui Titulus-Speculum Principum in Monarchia Serenissimæ Domûs Austriacæ-fol. 221. compulsat. Proc. fol. 616. & seq.

Auctor Libri intitulati-Vita, Regimen, & Mors Ducum, & Regum in Bohemiâ fol. 539. compulsat- Process. fol. 618.

Auctor alterius Libri, cui Titulus-Neo-aperti Historialis Effigierum Theatri quarta Pars-sub fol. 28. Process. fol. 619. & tergo.

Auctor Libri sub nomine-Imperium Romano-Germanicū à CaroloMagno, &c. abantiquissima, ac celeberrimaUniversitate Viennensi oblatum-folio 213. compulsat. proc. fol 622.

Joannes Fonstonus Doctor dictus Polyhistor parte quinta, fol. 426. compulsat. Proc fol. 623. & tergo.

Georgius Ferus è Societate Jesu in Libro, cui Titulus-Fama Posthuma Joannis Nepomuceni - compulsat. Process. fol. 624. & seq.

Georgius Crugerius è Societate Jesu in Libro intitulat - Majales Triumphi-pag. 8. compulsat. Process. fol. 638 à terg.

Julius Solimannus Societatis Jesu in Opere nuncupato - Elogia Ducum, Regum, &c. qui Bohemiis præfuerunt-fol. 47. compulsat Process. fol. 641. & tergo.

Christophorus Weigel in Libro intitulat.-SculpturaHistoriarum, & temporum memoratrix - sub folio 189. compulsat. process. fol. 641. tergo.

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum quartum Interrogatorium decimum tertium Process. fol. 355 *tergo.* 356.

ETiamne Testis à Majoribus suis hæc omnia ità recenseri audivit, proùt in hoc præsenti Articulo scripta sunt; Et an hi Majores id ipsum sic, & non aliter factum fuisse à Majoribus suis intellexerint; Quòd nimirum Wenceslaus Rex à Fideli Servo DEI Joanne Nepomuceno Confessionem Reginæ rescire volens, Is verò Sigillum Confessionis revelare nolens, eundem primò exquisitis tormentis in Carcere affici, & is, cùm nihil extorquere potuisset, illum in prætèrlabentem fluvium Moldavam præcipitari fecerit?

Num. 9.

Dicta Testium de Martyrio, & causa Martyrii Servi Dei.

Interrogatorium Decimum quartum.

Nunquàm Testis à Majoribus suis audivit, quod Wenceslaus Quartus non propter non violatum Sigillum Confessionis, sed alia de causa, Fidelem Servum DEI Joannem Nepomucenum præcipitari fecerit?

Interrogatorium decimum quintum.

Fuit ne igitur semper fama publica, & inconcussa traditio, quòd sæpedictus Fidelis Servus DEI Joannes Nepomucenus ex nulla alia causa, nisi hac unica, quòd Sigillum Confessionis violare noluerit; ex mandato Wenceslai hujus nominis Quarti Regis, priùs diversis tormentis afflictus, tandèm ex Ponte in Moldavam Præcipitatus fuerit?

§. 1.

Cruciatus, & Martyrium, quô Wenceslaus Rex Servum DEI afficit ob servatum Confessionis sigillum.

I. *Testis. Super Articulo quarto ad* 13. *fol.* 652. *terg.*

Respondit. Hæc omnia, & adhùc plura à meis Majoribus, & ab aliis passim audivi, & meâ vitâ nunquam quidquam in contrarium.

Ad Decimum Quartum.

Respondit: Nunquàm aliam causam audivi, nisi quòd ob inviolatum secretum Confessionis Reginæ observatum, jussu Wenceslai Regis dejectus fuerit ex Ponte in Moldavam.

Nunquam fuit audita alia causa ejusdem Martyrii.

Ad decimum quintum.

Respondit: Sic semper erat fama publica, cui in contrarium nihil ab ullo audivi.

Fama publica ac Jurta dictis.

II. *Testis super quarto ad* 13. *fol.* 665. *tergo.* 666.

§. 2.

Respondit: Sic est, sic audivi à Majoribus, & legi in Historiis,

Cruciatus, & Martyrium ob

supra de audi-tu in pluribus Provinciis.

Nulla alia causa Martyris fuit audita, quàm conservatio Sacri Sigilli.

Fama publica, & inconcussa circa supra exposita.

riis, & ubique habet venerationem, nontantum in Bohemi sed etiam in austria, Moravia, Silesia, & alibi.

Ad decimum quartum.

Respondit : Non audivi ullam aliam causam in contr rium, sed eandem ipsam causam ob non violatum Sigillu Confessionis, quòd ex Ponte, ubi nunc Statua ejus stat, præcip tatus in Moldavam fuerit. &c.

Ad decimum quintum.

Respondit : Fuit semper talis fama publica, & in concu sa traditio & sic etiam fert Historia, quam sæpiùs legi.

VI. *Testis super quarto articulo ad 13. fol. 716. & tergo.*

§. 3.

Cruciatus, & Martyrium ut supra de auditu à Maioribus, qui ab aliis Majoribus audiverant.

Nulla alia de causa Martyriò affectus fuit Servus DEI, quam quòd servaret Sac. Sigillum.

Fama publica de causa prædicti Martyrii.

Respondit : Omninò, omnia hæc audivi à Majoribus & illi à suis Majoribus, qui sic, & non alitèr factum fuis & se audivisse paritèr referebant.

Ad decimum quartum.

Respondit : Non audivi à Majoribus meis aliam rationer huius præcipitationis in Fluvium Moldavam; nisi quòd noluе rit prodere Sigillum Confessionis Reginæ.

Ad decimum quintum.

Respondit. Fuit semper talis fama publica, & in concuss traditio, quòd sæpe dictus Servus DEI Joannes Nepomucenu ex nulla alia causa, nisi ex hac unica, quòd sigillum Confessionis violare non voluerit. Et quidem in specie audivi, quòd Rex habuerit Reginam suspectam de Adulterio, adeóque rescire voluerit ex Confessario, an tale peccatum confessa fuerit. Item etiam aliundè audivi, quod in Officio Burggraviatûs, cui nunc præsideo, arrestatus sederit, & tortus fuerit.

VII. *Super quarto Articulo ad 13. fol. 729. terg. 730.*

§. 4.

Cruciatus, & Martyrium ut supra de auditu à Maioribus cum secundo auditu, & nulla alia causa fuit Martyrii quàm conservatio Sac. Sigilli.

Fama publica.

Respondit. Ità est, sic referebant Majores, & sibi pro veritate narrata fuisse à suis Majoribus referebant.

Ad decimum quartum.

Respondit : Non audivi ullam causam, sed purè propter non violatum Sigillum Confessionis.

Ad decimum quintum.

Respondit : Fuit semper talis fama publica, & inconcussa traditio, prout in superiori Interrogatorio dixi.

XII. *Testis super quarto Articulo ad 13. fol. 788.*

Re-

Respondit : Ità audivi, & intellexi, Majores meos pariter à suis Majoribus hæc sibi relata habuisse.

Ad decimum quartum.

Respondit : Aliam causam nunquam audivi.

Ad decimum quintum.

Respondit : Hoc audivi, & etiam legi, neque ullam aliam causam.

§. 5. Cruciatus, & Martyrium ut supra de auditu à Majoribus cum secundo auditu.

Nulla alia causa Martyrii, quàm conservatio Sac. Sigilli.

XVI *Testis super quarto Articulo ad* 13.*fol.* 838.

Respondit. Certè audivi, & certum etiam est, quòd Majores mei hæc à suis Majoribus audiverint; nam hoc narrabant, nominatim Avia mea Rebecca, quod ità à sua Matre, & mea Proavia audiverit, quæ ultrà centum annos ætatis habuit.

Ad decimum quartum.

Respondit : Nullam aliam causam audivi.

Ad decimum quintum.

Respondit : Fuit semper hæc constans fama.

§. 6. Cruciatus, & Martyrium ut supra de auditu à Majoribus, qui etiam dicebant hæc audivisse ab aliis Maioribus.

XIX. *Testis super quarto Articulo ad* 13.*fol.* 863. *& tergo*

Respondit : Sic semper, & non aliter constantèr narrari audivi, & sic credo, quòd pariter, & meus Parens, & ali, qui mihi hoc recensuerunt, ab allis Senioribus, & Majoribus suis per continuam traditionem, & famam publicam audiverunt.

Nulla alia causa fuit Martyrii, quàm prædicta.

ad decimum quartum.

Respondit : Ego semper constanter audivi hanc unicam causam, quòd nempe Rex Wenceslaus à Sancto Joanne Nepomuceno vitam, & Confessionem Sacramentalem Reginæ, suæ Conjugis rescire, & extorquere voluerit, & ob non violatum Confessionis Sigillum in Moldavam illum præcipitari fecerit.

Ad decimum quintum.

Respondit : Nunquam aliter audivi.

§. 7. Cruciatus, & Martyrium ut supra.

Nulla alia fuit causa Martyrii, quam studium conservandi Sac. Sigillum.

Nil aliud in contrarium.

XXII. *Testis super quarto Articulo ad* 13.*fol.* 897. *& tergo.*

Respondit. : Ità est, & sic referebant mihi mei Majores, & absque dubio idem sibi relatum habuerunt à suis Chatolicis Majoribus

Ad decimum quartum.

Respondit : Nunquam aliam causam audivi, nisi hanc, quòd ob non violatum Sigillum Confessionis, Wenceslaus Rex S. Joannem Nepomucenum in Moldavam præcipitari curaverit.

Ad decimum quintum.

§. 8. Cruciatus, & Martyrium ut supra de auditu à Majoribus.

Nulla alia causa fuit Martyrii, quam conservatio Sac. Sigilli.

Re-

Fama publica de prædictis.

Respondit : Omninò, hæc semper fuit publica vox, & inconcussa traditio.

Concordant cum supradictis Testibus III. Proc. fol. 679. IV. fol. 691. V. fol. 703. tergo. VIII. fol. 743. IX. fol. 753. X. fol. 764., XI. fol. 776., XII. fol. 788., XIV. fol. 813. tergo, XV. fol. 827., XVII. fol. 850. tergo, XX. fol. 875. XXI. fol. 886. tergo.

§. 9.

Interrogatoria magis coarctantia causam Martyrii Servi DEI in constantia servandi Sacrum Sigillum.

Nunquam auditum fuit aliquid contrarium virtuti Constantiæ.

In quo præcisè consistat virtus Constantiæ.

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum quintum, Interrogatorium decimum sextum. Process. fol. 356. tergo.

AN non alia causa hujus demersionis in aquam esse potuerit, quàm sola constantia in non revelandis peccatis, quæ Regina illi confessa est Sacramentaliter?

Interrogatorium decimum septimum.

Nihil unquam Testis in contrarium, Huic virtuti Constantiæ locutum, vel scriptum fuisse à Majoribus suis audivit?

Interrogarotium decimum octavum.

Intelligitne Testis, quid sit virtus heroica Constantiæ, & quæ ad illam, ut perfecta esse dicatur, requirantur?

I. *Testis super quinto Articulo ad 16. fol. 653.*

§. 10.

Responsiones Testium ad supradicta Interrogatoria rectè omnia explicantes.

Respondit : Non audivi unquam aliam causam, quàm hanc solam.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nihil unquam.

Ad decimum octavum.

Respondit : Omnia tormenta, & ipsam mortem patienter sustinuit, in quo non poterat esse aliud, quàm summa virtus Constantiæ in tolerandis tormentis; & in ipsa morte, pro virtute Sacri Sigilli servandi.

II. *Testis super quinto Articulo ad 16. fol. 666. & tergo.*

Respondit : Nullam aliam causam audivi, & alia esse non potuit, quià omnes Historiæ sic dicunt, & sic est traditio universalis, & inconcussa.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nunquam.

Ad

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo , quid sit virtus Constantiæ , cùm Sanctus tormentis , & morte ipsâ illam ostenderit , & comprobaverit.

VI. *Testis super quinto Articulo ad* 16. *fol.* 717. *terg.* 718.

Respondit : Nullam aliam causam scio , neque audivi unquam , nisi proùt dixi.

Ad decimum septimum.

Respondit : Planè nihil in contrarium audivi.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo , quid est virtus Constantiæ , nempè non esse mutabilem in virtute , & veritate , etiam inter tormenta , & in ipsa morte.

VII. *Testis super quinto Articulo ad* 16. *fol.* 730.

Respondit : De nulla alia mihi constat , nec ullam aliam audivi.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nunquam quidquam nec minimum.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo , nempè qualis apparuit in Sancto Joanne Nepomuceno , qui nec blanditiis , nec minis , nec tormentis , nec ipsâ morte induci potuit ad revelandum Sigillum , aut secretum Confessionis , vel peccatorum à Regina confessorum.

XII. *testis super quinto articulo ad* 16. *fol.* 788.

Respondit : Sic per traditionem , & à Majoribus meis audivi , nullam aliam fuisse.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nunquam.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo ; est perseverantia in bono , & virtute , & ut animus non moveatur , nec per blandimenta , nec per tormenta nec per ipsam mortem.

XVI. *Testis super quinto articulo ad* 16. *fol.* 838. *tergo.*

Respondit : Hoc nescio , immò si alia fuisset causa , fama illa manifestâsset , neque lateret.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nunquam.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo ; Constantia est immobilis in virtute, & veritate animus : nec blandimenta curat, neque minas, neque tormenta, nec ipsam mortem.

XIX. *Testis super quinto Articulo ad 16. fol. 863. tergo.*

Respondit : Ego de nulla alia audivi.

Ad decimum septimum.

Respondit. Nihil unquam.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo, quid sit virtus Constantiæ : Constantia est, quando firmô animô inhæreo veritati, & virtuti, & nec tormentis, nec ipsâ morte moveor.

XXII. *Testis super quinto articulo ad 16. fol 897. tergo.*

Respondit : Credo, quòd nulla alia fuerit, neque de ulla alia unquam audivi.

Ad decimum septimum.

Respondit : Nihil unquam.

Ad decimum octavum.

Respondit : Intelligo ; est enim immobilitas animi in perferendis adversitatibus, tormentis, & ipsa morte prò virtute, religione, aut fide.

Concordant cum supradictis Testibus III. process. 679. tergo IV. fol. 691. tergo. V. fol. 704. VIII. fol. 744. IX. fol. 753. ter. X. fol. 765. XI. fol. 776. XIII. fol. 801. terg. XIV. fol. 814. XV. fol. 827. tergo XVII. fol. 850. trgo XX. fol 875. tergo. XXI. fol. 886. tergo.

Num. 10.

Scriptor Historicus narrat prodigia, quæ evenerunt post demersionem Servi DEI, ac transportationem Cadaveris ad Ecclesiam Metropolitanam S. Viti.

Ex actis Sanctorum apud Continuatores Bullandi compulsat Process. fol. 579. & seq.

DEcimò quintò. Mortem, quam occultissimam esse Cæsar voluerat, cælestia statim prodidêre miracula. Ignes, & flammæ, quæ olim B. Joannem nascentem significaverant, mortuum cinxerunt ; totus continuò Moldava fluvius reluxit, videre erat innumera, & miri candoris lumina innoxie toto fluvio innotare, commodum enim id temporis excreverat flumen, & latiùs, atque altiùs fluctus attollebantur. Corpus verò Beati Martyris, secundô flumine lentissimè descendens numerosiores, & exporrectæ magis comitabantur faces, indè aliæque sequebantur, quasi pompam funeris deducerent. Effusa ad spectaculum Pragensis Civitas, quid

§. 1. Flammarum apparitio judic Cadaver &

d factum esset, aut quid fieret, cogitabat; Reginam quoque *consecuta istius manifestatio.*
nnam ex Arce Regia despectantem, & omnis rei hactenùs ig-
am, tàm novum spectaculum attraxit. Cursu illa ad Cæsa-
Maritum contendit, miracula luminum ostendit, & innocente
plicitate, quâ, istud sibi ostentum velit? interrogat. Percus-
llicò animum sceleris Conscientia, & visô cælesti mira-
, velut fulgure ictus proripuit ex conspectu se se, ac seù ti-
e, seù dolore verô, aut fictô triduum publico abstinuisse dici-
neminem nisi necessariò admittens. Totâ illâ nocte circum
pus Beati Martyris luxerant flammæ, sed dies, quid factum,
ndit. Jacebat in arena Corpus exanime, suo in habitu,
u placidô, ac renitenti decentissimè compositum; statim
Urbe spargitur rumor, neque diù cædis auctor latere pote-
cúm plura ejus crudelitatis cædes edidisset exempla: ad hæc *§. 2.*
cii Carnifices, Aulici, Satellites nesciebant tacere. Tandem *Canonici Metropolitanæ Cadaver inventum deferunt ad Ecclesiam S. Crucis per modum depositi usque sepulcrum adornaretur in Ecclesia Metropolitana.*
Canonicos Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ atrocis rei fama
enit; sic protinùs adornatâ supplicatione, Sanctum Fratris
Corpus ex flumine summô honore levantes, ad proximam Ecc-
n Sanctæ Crucis Religiosorum, quos vocant de Pænitentia,
sper deposuerunt, dùm gloriosum Sepulchrum in Ecclesia Me-
olitana pararetur. Hæc Canonicorum pietas cum insigni
i fortidudine conjuncta (quis enim cruenti, & tam irritabilis
ipis iram non pertimesceret, aut suspectam habere non pos-
) sinè præmio non fuit: cum enim loculum in Ecclesia San-
ti effodiunt, thesaurum divitem, & multa auri, argentique
ta, ac rerum cæterarum pretia defossa reperiunt, quasi san-
Vir pro tumulo, & Sepulchri honore hanc Ecclesiæ, & Ca-
is deputâsset mercedem.
Decimo sextò At inferiùs in Sanctæ Crucis Ecclesia in- *§. 3. Concursus, & veneratio Populi Sacrum Corpus invisentis.*
ra hominũm vis ad tantum Corpus videndum affluxit, pri-
ue ille cultus Beati Martyris à populô fuit: constantiam de-
icare, pedes, manúsque certatim osculari, ejus se se preci-
ommendare, Sacrum Corpus reverenter contingere; nullum
ant finem, præsertim quod ipsa Ascensionis Domini dies à *§. 4. Wenceslaus prohibet, ne Religiosi S. Crucis venerationem Sac. Corporis permittant.*
bus vacua majus otium, & facultatem præberet. Non ità
amiliares tenebras abdiderat Imperator, ut, quæ circà Cor-
rent, ignoraret, itáque (ut sunt omnium, qui tyrannicos
t animos, suspiciosa, & violenta consilia) ad Religiosos il-

... mandatis dimittit, novâ
... arcessen: Turbam,
... in angulum
... moeret, folicitè;
... Corpus tan-
... occultari
... locus cele-
... , Canonici,
... multitudine,
... instruunt,
... intervai-
... Metropolitanam
... rursùsque a-
... ægros pluri-
... pta restan-
... est cum lac-
... planxerunt,
... , quam ho-
... *Joannes Nepomucenus,*
... *Sacrosancti Confes-*
... *Quarto Bohemiæ*
... *in Moldavam*
... *Anno Domini millesimo*
... At Regina Joan-
... quem habebat prò Patre,
... causâ à crudeliCon-
... nullam ex tot, & tan-
... animi ægritudi-
... & ... anno, nulla
... die primâ Ja-
...

... *ameritiorem Flam-*
... *ad Ecclesiam*
... *in præsenti Sum-*
...

Ex

§.
Flamma apparitio Cadaver

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum sextum Interrogatorium 19. *Process. fol.* 356. *à tergo.*

Num. II. *Dicta Testium quoad Prodigia, quo ostendebatur, Corpus Servi Dei ubinam esset; post demersionem; & quoad illius transportationem ad Ecclesiã Metropolitanam.*

REcogitet benè Testis, an hæc in hoc Articulo scripta [quòd videlicet Corpus fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni, per apparitionem Stellarum indicatum fuerit, & Moldava Fluvius arefactus sit, donec per Prælatos Ecclesiæ Metropolitanæ, Corpus ejus ad eandem Ecclesiam translatum, & in Ecclesia Sancti Viti tumulatum fuisset] à Majoribus suis, ità & non aliter narrari audiverit, non minus, & an hi Majoris vicissim â suis Majoribus idem, idque sine omni contradictione cujuscúnque demum audiverint, & aliis narraverint? *Process. fol.* 14. *tergo*

I. *Testis Process. fol.* 653. Respondit.

Hæc omnia à Majoribus audivi & in diversis fide dignis Authoribus ipse legi; & non dubito, quin etiam mei Majores habuerint hoc ex relatione suorum Antecessorum, & Virorum fide dignorum, & nunquam quid in contrarium audivi.

III. *Testis. Process. fol.* 679. *tergo.* Respondit.

De stellis, aut luminaribus audivi, immò etiam de contentu; de exsicatione autem Fluvii non memini me audivisse. Et sic pariter Majores mei à suis Majoribus audiverunt, & nunquam quidquam in contrarium.

V. Testis. *Process. fol.* 704. *& tergo* respondit.

Semper sic audivi, illum ex eodem loco, ubi nunc Statua illius in Ponte collocata est, nocturnò tempore præcipitatum, ità ùt nemo sciverit, quòniam Vir hìc Sanctus deveniret, nisi postquám miraculosè per apparitionem luminum Corpus ejus fuisset manifestum, & levatum, ac portatum ad Templum Sanctæ Crucis Majoris Crucigerorum cum rubeo corde; inde autem transportatum ad Ecclesiam Sancti Viti ad eum locum clathris ferreis circumdatum, ubi in hodiernum diem quiescit. De exsiccatione autem Fluvii non recordor.

VI. Testis. *Process. fol.* 717. Respondit.

Sic audivi à Majoribus meis semper, nempè de apparitione luminum, & arefactione Fluvii, per quod Corpus ibidem jacens indicatum fuit, & sic audivi á meis Majoribus, quòd illi hanc traditionem etiam à suis Majoribus, & non aliter acceperint.

XV. Testis. *Process. fol.* 827. *tergo* Respondit.

Sic audivi, & non aliter à meis Majoribus, & reverebant, se ista à suis Majoribus accepisse sine omni contradictione.

XVI. Testis. *Process. fol.* 838. *terg.* respondit.

Audivi, & supramemorati Majores narrabant, quòd hæc à suis Majoribus sine contradictione audiverint.

Concordant cum supradictis Testibus II. *Process. fol. 666 tergo. IV. fol. 691. tergo* VII. *fol. 731. terg. VIII. 744. IX. f. 753. terg. X. fol. 765. XI. fol. 776. tergo XII. fol. 788. tergo. XIII. fol. 801. terg. XIV. fol. 814. terg. XVII. fol. 851. XIX fol. 863. tergo* XX. *fol.* 875. *terg.* XXI. *fol.* 887. *terg.* XXIII. *fol. 898.*

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum sextum, interrogatorium 21. Process. fol. 356. terg. & 357.

AN ne sui Majores cônstanter asseruerint, se à Majoribus suis audivisse, Corpus Fidelis Servi DEI Joannes Nepomuceni in Ecclesia Metropolitana Pragensi, in dextro latere versùs Regiam Arcem tumulatum fuisse, & quidem in specie in illo, & non alio loco; quàm qui in hodiernum diem clathris ferreis cinctus est?

Interrogatorium 22. *Process. fol.* 357.

An non Testis ipse, vel à Majoribus suis audiverit contradictum fuisse, corpus Fidelis Sevi DEI Joannis Nepomuceni, ad Ecclesiam Metropolitanam Pragensem translatum, & ubi asseritur, locatum fuisse?

I. Testis. *Ad* 21. *fol.* 653.

Respondit: Etiam hoc audivi à Majoribus, & legi, hunc esse locum, & non alium.

Ad 22.

Respondit: Nunquam audivi aliquid in contrarium.

III. Testis *Ad* 21. *fol.* 679. *tergo.*

Respondit: Meâ vitâ non aliter audivi, quám in eodem loco, nempè dextro latere à principaliori Porta, & facie Ecclesiæ, Ecclesiam ingredientibus.

Ad 21. *Fol.* 580.

Respondit : Nunquam.

V. Testis *Ad* 21 *Procesf. fol.* 704 *tergo*

Respondit : Ità est, sic semper audivi, & vidi, quia, quando primâ vice Pragam veni, jam sic cinctum erat Sepulcrum ejus.

Ad 22.

Respondit : Nunquam quidquam in contrarium audivi.

VI. Testis *Ad* 21. *fol.* 717. *& terg.*

Respondit : Est verum, sic audivi, & mei Majores recensuerunt, se pariter à suis Prædecessoribus sic accepisse; quòd nempè Corpus S. Joannis Nepomuceni ad Metropolitanam Ecclesiam in Arce Pragensi translatum, & in specie in illo, & non alio loco collocatum, & tumulatum fuerit, qui in hodiernum diem Clathris ferreis cinctus est.

Ad 22.

Respondit : Nunquam audivi aliquid in contrarium.

XV. *Ad* 21 *fol.* 827. *terg.*

Respondit : Narrabant, quòd in hoc, & non in alio loco depositum sit Corpus Sancti Joannis Nepomuceni, qui nimirum Clathris ferreis circumdatus est.

Ad 22.

Respondit : Ah ! hoc non audivi.

XVI. Testis. *Ad* 21. *fol.* 838.

Respondit : Certa esse dicebant, & verum est.

Ad 22.

Respondit. : Non narrabant.

Concordant cum supradictis Testibus II. *Procesf. fol.* 666. *tergo* IV. *fol.* 691. *terg.* VII. *fol.* 730. *terg.* VIII. *fol.* 744. IX. *fo.* 754. X. *fol.* 765. XI. *fol.* 776. *terg.* XII. *fol.* 788. *terg.* XIII. *fol.* 802 XIV. *fol.* 814. *terg.* XVII. *fol.* 851. XIX. *f.* 864 XX. *f.* 876. XXI. *f.* 887. XXIII. *fol.* 898.

Ex Processu Pragensi

Ad Articulum sextum Interrogatorium 23. *Procesf. fol.* 357.

AN Testis à Majoribus suis, illi verò, iterum à suis Majoribus audiverint, quòd, postquam Corpus Fidelis Servi DEI Joan-

Joannis Nepomuceni luminibus illustratum, & tandem ad Metropolitanam Ecclesiam translatum fuisset, tam copiosa prodigia facta fuerint, ut Rex Wenceslaus ob confusionem, in Arcem Ziebrakam nuncupatam migrare debuerit.

I. Testis. *Ad* 23. *fol.* 653. *tergo.*

Respondit: Hæc audivi à Majoribus, & fide dignis Viris, & etiam legi.

XIII. *Testis ad* 24 *fol.* 802.

Respondit: De Prodigiis per Luminaria apparentia, & quòd exsiccatus sit fluvius Moldava, constanter audivi, & legi, & haud dubiè exindè conturbatus Rex, & propter concursum Populi Ziebrakam in Arcem secessit.

XIV. *Testis ad* 23 *fol.* 814. *terg.*

Respondit: De his audivi à Majoribus meis, & per consequens illi etiam à suis Majoribus traditum habuerunt.

XVI. *Testis ad* 23. *fol.* 838. *te.* 839.

Respondit: De his Miraculis, uti etiam de abitu præ pudore Regis Wenceslai Ziebrakam, Majores mei narrabant, addebántque, hæc sibi à Majoribus narrata fuisse.

XIX. *Testis ad* 23 *fol.* 864.

Respondit: Hoc audivi, Regem Wenceslaum fuisse angustiatum ob prodigia tunc facta, & apparitionem luminum, & se Pragâ in Arcem Ziebrakam recepisse.

Concordant cum supradictis Testibus II. Proc. fol. 666. *tergo, III. fol. 680. VI. fol. 717. tergo VII. 730. tergo VIII. fol. 744. IX. fol. 754. X. fol. 765. tergo. XI. fol. 776. tergo. XII. fol. 802. XV. fol. 828. XVII. fol. 851. XX. fol. 876. XXI. fol. 887. tergo XXIII. fol. 898.*

Ex discursibus Juris publici de novem Viris Joachimi Ernesti Crugerii impress. anno 1696. *Compulsat. Process. fol.* 642. *& tergo. Folio* 417.

Refertur depositio Wenceslai ex sententia lata per Archiepiscopum Moguntinum, ubi signanter exprimitur inter causas depositionis interemptio Virorum Ecclesiasticorum per hæc verba.

A *Sententia dicta depositionis lata ab Archiepiscopo Moguntino.*

NOs Joannes DEI gratiâ S. Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, notum facimus, &c. Demum: [quod horrendum, & immane dictu] cùm propriâ tùm aliorum facinorosorum, quos

secum

ſecum habebat, manu *Reverendos Sacrorum Antiſtites, Sacerdotes, & Spirituales perſonas*, alios iterùm plures honeſtæ notæ homines contra Juris normam, ſecùs quàm Romanorum Regem decebat, *neci dedit, aquis ſubmerſit*, igne cremavit miſerabiliter, atque truculentèr peremit. Quæ puidem memorata, aliáque multa gravia facinora, atque damna, adeò devulgata ſunt, & palàm nota, ut & excuſari, vel celari nullatenùs queant, &c.

Nos itàque Joannes Archiepiſcopus, nomine prædictorum Dominorum Sacri Romani Imperii Co-Electorum, noſtróque, *tum commemoratis tum pluribus aliis inſignibus defectibus causisque moti*, hàc noſtrâ ſententiâ, quam præſenti ſcriptô damus, atque ferimus, prædictum Dominum Wenceslaum, ceù inutilem, negligentem, diſſipatorem, & indignum Sacri Romani Imperii Defenſorem, eôdem Romanô Imperiô, omníque ejus gradu, dignitate, ac ditione ad idem pertinente privamus, & ſubmovemus, &c.

Lata, &c. fuit ſententia præmiſſa per Nos Joannem Archiepiſcopum Moguntinum, noſtrô, & Dominorum Co-Electorum noſtrorum antememoratorum nomine ſub caſtro Lonſtein ad Rhenum Trevirenſis Diœceſis, &c. DD. Collectoribus noſtris ibidem Judicio adſidentibus Annô Dominicæ Incarnationis milleſimô quadrigenteſimô Indictione octavâ, feriâ ſextâ, die vigeſimâ menſis Auguſti, &c.

B

Scriptoris Hiſtorici concordantes in cauſa prædicta depoſitionis

Concordat P. Odoricus Rainaldus in Annalibus Eccleſiaſticis *tom. 17. fol. 249. compulſat. Proc. f. 550 tergo.*

Eandem depoſitionem, illiùſque cauſas recenſet Joannes Nauclerus Prepoſitus Tubingenſis in Chronicâ, *in proceſſ. compulſat f. 509.*

Chriſtophorus Lehmann in Chronica Civitatis Spirenſis *Compulſat.* Proc. *f.* 517.

Henricus Spondan. in continuatione Annal. Cardinalis Baronii *compulſat. Proceſſ.* f. 519.

Ex Proceſſu Pragenſi.

C

Teſtes deponentes de prædicta depoſitione, ejusque cauſa.

Ad Articulum decimum nonum Interrogatorium ſexageſimum ſextum. *Porceſſ.* f. 362. *terg.*

Unndè Teſtis ſcit, quòd Wenceslaus Quartus Piger dictus, ideò ex Imperiali Solio dejectus publicam infamiam, & proſtitu-

ſtitutionem luerit, quia hunc fidelem Servum DEI in fluvium Moldavam præcipitare fecit?

Interrogatorium ſexageſimum ſeptimum.

An Teſtis ex relatione Majorum ſuorum, an verò ex aliquo libro Hiſtorico, id de Wencislao Pigro habeat? Quod, ſi ex relatione Majorum ſuorum dicat, an & ii Majores idipſum à ſuis Majoribus ſibi relatum habuerint? Si verò ex hiſtoria aliquâ ſpecificet, quis ille Hiſtoricorum ſit, & quô annô hanc Hiſtoriam ſcripſerit?

I. *Teſtis Proceſſ. f. 659. terg. ad 66.*

Reſpondit: Ex relatione Virorum fide dignorum, & fama publica hoc habeo.

Ad 67.

Reſpondit: Jam reſpondi ex relatione Majorum, & lectione librorum; nec dubito, quin Majores mei ex traditione, & relatione Majorum ſuorum habuerint: ſpecificè autem hiſtorici, & quô annô hoc ſcripſerint, non poſſum recordari.

III. *Teſtis ad 66. fol. 685.*

Reſpondit: Sic fert fama publica, & etiam Scriptores de hoc referunt.

Ad 27.

§. 1. *Deponit ac fama publica etiam vigente apud Hæreticos.*

Reſpondit: de Majoribus jam dixi, & de fama publica etiam inter Acatholicos, ſed in quibus Auctoribus, & Hiſtoricis id legerim, non recordor, & mihi non occurit.

V. *Teſtis ad 66. f. 709. terg.*

Reſpondit: Non dubito, quin hæc cauſa fuerit, & pluresaliæ mali ſui regiminis.

Ad 67.

Reſpondit: Habeo hoc ab aliis, & à Majoribus, & etiam Hiſtorici de hoc ſcribunt, prout ſupra dixi.

VII. *Teſtis ad 66. f. 736. à terg.*

Reſpondit: Credo firmitèr, quod hæc ſint vera, quæ hiſtorici ſcribunt de Wenceslao ex Imperiali Solio dejecto, propterea quòd S. Joannem Nepomucenum in fluvium Moldavam præcipitari fecerit.

Ad 67.

Reſpondit: Legi hoc in Libris in ſpecie autem non recordor, quis Auctorum hoc ſcribat.

XV.

XV. *Testis ad* 66. *Process. fol.* 844.

Respondit: Etiàm hoc Majores mei narrabant.

Ad 67.

Respondit: Hoc ex narratione Majorum habeo.

XIX. *Testis. ad* 66. *Process. fol.* 868. *& terg.*

Respondit. Quod Wenceslaus Quartus, piger dictus, prostitutionem luerit, per depositionem ex Solio Imperiali, hoc frequentiùs audivi, & legi.

Ad 67.

Respondit: audivi à Majoribus meis, & aliis, nominatim à Patre, & instructore meo, qui sic senserunt, quòd Wenceslaus Rex per dejectionem ex Solio Imperiali videatur hâc infamiâ punitus fuisse, quòd fidelem Servum DEI Joannem Nepomucenum mergi fecerit. §. 2. *Bene exprimit causam prædictæ depositionis.*

XXIII. *Testis ad* 66. *Process. f.* 993.

Respondit: Hoc ex fama publica sæpiùs audivi.

Ad 67.

Respondit: Jam dixi in priori Interrogatorio, me habere id ex fama publica.

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum septimum Interrogatorium vigesimum quintum Process. fol. 357. *& terg.* *Num* 15. *Dicta Testium de Fama Sanctitatis Servi DEI.*

RECenseat Testis paritèr, qualitèr à Majoribus suis de asserta opinione Sanctitatis narrari audiverit, & an hæc narratio veritati fuerit conformis?

Interrogatorium vigesimum sextum.

An non audiverit, quòd huic opinioni Sanctitatis, se aliquis dictô, factô, aut scriptô opposuerit, & tantùm unam famam fuisse asseruerit, an verò sæpè dicta opinio Sanctitatis semper inconcussa steterit?

Ad Articulum octavum.

Interrogatorium vigesimum septimum. Process. f. 357. *terg.* 358.

Indicet Testis, quinam ii senes, & gravissimi Testes sint, per quos supradicta opinio Sanctitatis [idque centum annis priùs emanatâ Bullâ felicis recordationis Urbani Octavi] jàm probata fuise dicitur, scitne Testis, quod mox dicta Bulla Urbani Octavi annô millesimô sexcentesimô vigesimô quintô deci-

mâ tertiâ Martij, & annô millesimô sexcentesimô trigesimô quartô, secundâ Novembris emanaverit?

Interrogatorium vigesimum octavum.

Testis specificet hos Authores de nomine, & cognomine, qui de hac fama, & opinione Sanctitatis fidelis servi DEI Joannis Nepomuceni pariter ante Bullam Urbani VIII, scripserint?

Interrogatorium vigesimum nonum.

Potestne Testis tutâ conscientiâ dicere, omnes hos Authores & veræ, Orthodoxæ fidei, non minùs Classicos, & palàm approbatos fuisse?

Interrogatorium trigesimum.

An non etiam Testi constet de aliquibus aliis Authoribus, qui contra hanc opinionem Sanctitatis fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni scripsissent?

§. 1. Fama Sanctitatis [illegible] à Majoribus, quorum meminit Testis present. Summar. num. 5. §. 1. ad secundum Interrogatorium Nemo unquam contradixit.

I. *Testis ad vigesimum quintum Process. f. 653. tergo. 654.*

Respondit: Jàm antè dixi, sic me audivisse à meis Majoribus, & de veritate horum non possum prudentèr dubitare, nec unquam alquid in contrarium audivi.

Ad vigesimum sextum.

Respondit: Non audivi, quòd aliquis dictô, factô, vel scripto huic opinioni se opposuisset, sed fama Sanctitatis hujus Viri semper inconcussa stetit, quamdiù vivo.

Personas intelligit, de quibus fit mentio præsenti Summar. num. 5. §. 1.

Ad vigesimum septimum f. 654. terg. 655.

Respondit: Testes illos graves, & senes, in nupero examine edixi, à quibus, dum ad studia venissem, ætatis circiter annô decimo, hanc famam publicam, & notitiam accepi, de fama totum Regnum Bohemiæ plenum. De Bulla Urbani Octavi quando illa emanavit, mihi non constat.

§. 2. Famam supradictam percipit etiam ex scriptoribus fide dignis & præcipue Hagecio, qui est à statibus Regni approbatus. Qualitas dictorum scriptorum fide dignorum.

Ad vigesimum octavum.

Respondit: Legi hoc in Hagecio Authore Classico, & approbato ab omnibus Statibus hujus Regni Bohemiæ, & in aliis recentioribus fide dignis Authoribus.

Ad vgesimum nonum.

Respondit: Omninò, maximè Hagecius, qui fuit sacerdos, & prout dixi, approbatus à Statibus Regni Bohemiæ; reliqui Scriptores etiam fuerunt Viri Religiosi, & Ortodoxæ fidei, sicut in specie Pessina fuit Prælatus Regni, & Decanus Metropolitani Capituli hìc Pragæ ad S. Vitum.

Ad

Ad trigesimum. | *Nemo scripsit adversus dictam famam.*

Respondit : De nullo tali mihi constat absolutè, & si quis ſset, rejecissem, & nec legissem.

VII. *Ad vigesimum quintum Process. fol. 731. & terg.*

Respondit : Sic majores passim narrabant, & Ego firmitèr do, quod illorum narratio fuerit veritati conformis, & illi itèr hoc pro veritate habuerint à suis Majoribus relatum. | *§. 3. Fama Sanctitatis de auditu à Majoribus.*

Ad vigesimum sextum.

Respondit : Ego nunquam quidquam relatum in contran audivi. | *Nil auditum in contrarium.*

Ad vigesimum septimum.

Respondit : De Bulla quidem Urbani Octavi Summi Pontis notitiam non habeo, hoc tamen audivi à Majoribus, quòd a Sanctitatis Sancti Joannis Nepomuceni semper viguerit, à illum DEUS manifestavi per luminaria cælestia in Aquis, & illo tempore semper habitus est pro Viro Sancto. | *§. 4. Fama Sanctitatis incepit ab obitu B. Joannis*

Ad vigesimum octavum.

Respondit : Legi in Hagecio Historico Classico Patriæ, & recentoribus libellis, quos Prædecessores nostri composuer. | *§. 5. Eadem Fama ex lectura scriptorum Historicorum.*

Ad vigesimum nonum.

Respondit. Sunt Classici, & Catholici Authôres, & palàm robati, & ab omnibus tanquam vera scribentes recepti. | *Dicti Auctores sunt Classici, & Catholici.*

Ad trigesimum.

Respondit : Nullum vidi, nec legi, nec audivi in contran. | *Nil in contrarium*

X. *Testis ad vigesimum quintum Fol. 765. tergo 766.*

Respondit : Sicut jam anteà, & sæpius dixi, me sic audie, & legisse, & hanc narartionem prò veritate habeo. | *§. 6. Fama Sanctitatis de auditu, & ex lectura.*

Ad vigesimum sextum.

Respondit : Non memini, me unquam audivisse aliquid in ntrarium, & hanc vanam famam fuisse; sed opinio Sanctis semper inconcussa stetit. | *Nil auditum in contrarium,*

Ad vigesimum septimum.

Respondit : Scio emanâsse hanc Bullam Urbani Octavi tanô, & habetur in libris hæc Bulla; legi autem de hac nione Sanctitatis in Hagecio, & Dubravio, qui antè emana hanc Bullam scripserunt, & credo, talem famam jam fuisse | *§. 7. Fama Sanctitatis ex lectura Historicorum, qui scripserunt longè ante Bullam*

San. me. Urbani VIII.

antè emanatam hanc Bullam, & antè omnes hos scriptores.

Ad vigesimum octavum.

Historici prædicti fuerunt Catholici.

Respondit: Credo illos fuisse Catholicos, dubravius enim erat Episcopus, & habentur prò classicis Authoribus.

Ad trigesimum.

Nemo scripsit contra dictam famam.

Respondit: Non mihi constat.

XV. *Ad vigesimum quintum Process. fol. 828. & tergo.*

§. 8.

Fama Sanctitatis cœpta ab obitu Servi Dei de auditu Majoribus.

Respondit: *A Majoribus audivi, quòd mox à tempore dejectionis à Ponte*, & translationis ad Ecclesiam Metropolitanam Sancti Viti, *constans fama Sanctitatis duraverit; quæ fama semper pro verâ habebatur.*

Ad vigesimum sextum.

Dicta fama perseveravit semper

Respondit: Ah! hoc non, sed fama ista semper absquè diminutione stetit.

Ad vigesimum septimum.

Specificatio Majorum, à quibus Testis audivit, refertur in hoc Summar. num. 5 §. 6 ad 2. Interrogatorium.

§. 9.

Constans fama Sanctitatis ab antiquo tempore apud Cives Nepomuci.

Respondit: Senes illos, & graves Testes jam suprà nominavi; quamvis nesciam, quando suæ Sanctitatis Urbani Octavi Bulla emanavit, fuit nihilominùs in Patria mea Nepomuci apud omnes Antecessores constans notitia, & fama, quòd Venerabilis Joannes Nepomucenus sit Sanctus, & cum Domino regnet in Cælis. Quod ferventèr tenuerunt, licèt, sicut Parens meus, ità cæteri Cives, infaustis illis temporibus, sub utráque specie communicaverint, ad huc tamen fiduciam hanc habuerunt, ut tempore Belli Suecici [dum vicina loca à Suecis expilata, & homines afflicti fuerunt] Oppido Nepomuco nihil adversi acciderit.

XVI. *Testis ad vigesimum quintum Process. fol. 839. & tergo.*

§. 10.

Fama Sanctitatis cœpta ab obitu ut supra.

Respondit: Narrabant Majores, quòd mox ab illo tempore fama Sanctitatis inchoata fuerit, & ille prò Sancto fuerit habitus.

Ad vigesimum sextum.

Nil in contrarium fuit auditum.

Respondit: Meâ vitâ nihil in contrarium audivi.

Ad vigesimum septimum

§. 11.

Fama prædicta viguit longè, plusquam centum annis ante Bullam San. mem. Urbani VIII.

Respondit: De Bulla Papæ Urbani Octavi quidem nescio; non dubito autem, quin plusquam centum annis antè hanc Bullam hæc fama duraverit; nàm superiùs dixi, Majores meos qui adeò Senes erant, ut illorum memoria, & mea ultra dicen-

gos

annos ascendat ; nam Proavia mea habebat ultrà
ntum annos, Avia mea ultra octuaginta , Ego verò septua-
ta unum habeo.

Ad trigesimum.

Respondit : Nullam habeo notitiam , nec audivi aliquid
ntra hanc famam Sanctitatis ab aliquo scriptum fuisse.

Nemo contra dixit, vel scrip sit contra hanc famam.

XVII. *Testis ad vigesimum quintum Process. fol. 851. terg.*

§. 12.

Respondit : A Juventute mea audivi , quòd à tempore
artyrii sui in opinione Sanctitatis palam fuerit.

Fama Sanctitatis de tempore obitûs.

Ad vigesimum sextum.

Respondit ! Nunquam audivi aliter, quàm quòd sit San-
us.

Nunquam aliquid auditum in contrarium.

Ad vigesimum septimum.

§. 13.

Respondit : De illa Bulla non scio, hoc tamen constan-
r audivi, & etiam piissimè credo, centum , & pluribus annis
tè editam Bullam Urbani Octavi opinionem Sanctitatis stetis-
, & illam usque ad nostra tempora derivatam , & propaga-
n esse.

Prædicta fama invaluit longè, plusquam centum annis ante supra relatam Bullam.

Ad vigesimum octavum.

§. 14.

Respondit : De Bulla, sicut dixi , non habeo notitiam,
c autem scio , quod Hagecius , & Paprocius , quos legi , sint
tiqui Authores , qui scripserunt de Sanctitate , & Martyrio
jus Sancti.

Hagecius , & Paprocius agentes de B. Joanne sunt antiqui.

Ad trigesimum

Respondit : De nullo mihi constat , nec de ullo unquam
divi.

Nil scriptum , vel auditum in contrarium.

XX. *Testis ad vigesimum quintum Process. fol. 876.*

§. 15.

Respondit : Hoc narrabant mei Majores , & alii , quòd à
mpore sui Martyrii statim , & constantèr prò Sancto habitus,
cultus fuerit.

Prædicta fama Sanctitatis ab obitu Servi Dei de auditu à Majoribus.

Ad vigesimum sextum.

Respondit : Hoc Ego nunquam audivi.

Nil auditum in contrarium.

Ad vigesimum septimum.

§. 16.

Respondit : De Bulla Urbani Octavi non habeo notitiam.
estes autem , per quos hæc fama propagata est , fuerunt par-
n mei Majores ætate grandævi, & fide digni , qui absque du-
o ab origine per continuam traditionem hanc opinionem
ntutatu usque ad Nos propagârunt.

Eadem fama à qua antecedenti.

XXI.

§. 17. *Fama prædicta ab obitu Servi DEI.*

XXI. *Testis ad vigesimum quintum Proc. fol. 887. tergo.*

Respondit: A Majoribus meis audivi, quòd statim ab illo tempore Sanctus Joannes Nepomucenus prò Sancto fuerit habitus.

Nil fuit auditum in contrarium.

Ad vigesimum sextum.

Respondit: Hoc nunquam audivi. Fama autem Sanctitatis duravit semper.

§. 18. *Fama prædicta de auditu à Majoribus. semper ab antiquo tempore.*

Ad vigesimum septimum.

Respondit: De hac Bulla Urbani Octavi mihi constat, sed à Majoribus meis supra nominatis, ut etiam (quod benè recordor) à meis Magistris in scholis humanioribus, nominatim à Magistro Kirchmajer, qui tunc infimam Classem Gramaticæ hìc Pragæ docuit, audivi, quòd Sanctus Joannes Nepomucenus semper ab antiquo fuerit pro sancto habitus.

§. 19. *Fama ut supra, ab obitu B. Joannis de auditu à Majoribus.*

XXIII. *Ad vigesimum quintum Process. fol. 898. terg. 899.*

Respondit: Audivi à Majoribus meis opinionem Sanctitatis huius *Viri statim à tempore Martyrij ipsius cæpisse*, & fuisse usque ad nostra tempora propagatam.

Ad vigesimum sextum.

Respondit: Fama Sanctitatis semper inconcussa stetit.

§. 20 *Fama prædicta vigebat ante Bullam supra relatam.*

Ad vigesimum septimum.

Respondit: De Bulla Urbani Octavi quidem non audivi, sed credo firmissimè; cultum hujus Sancti jàm extitisse ante Bullam hanc, cúm jam meus Avus, ante hanc Bullam editam, fuerit in Officiis publicis Reipublicæ constitutus, & hunc Sanctum coluerit, & veneratus fuerit, haud dùbiè à suis Majoribus, ut porè semper Catholicis, ad hunc cultum præstandum instructus.

§. 21. *Ante d. Bullam scripserunt Hagecius, & Dubravius Auctores Classici, & approbati.*

Ad vigesimum octavum.

Respondit: Ante hanc Bullam, ut jàm intellexi, annò millesimò sexentesimò vigesimò quintò editam scripsit Hagecius Canonicus, & præpositus Vetero-Boleslaviensis; itèm Dubravius Episcopus Olomucensis.

Ad vigesimum nonum.

Respondit: Omninò Classici sunt, quià ab omnibus acceptati, & Catholici, quia Sacerdotes Ecclesiæ Romanæ fuerunt.

Ad

Ad tirgisimum.

Respondit : Nec de uno scio , vel audivi.

Concordant cum supradictis Testibus, II. *Process. fol.* 667 *terg.* 668. III. *fol.* 680. *& terg.* IV. *fol.* 692. *terg.* V. *fol.* 705. *& terg.* VI. *fol.* 718. VIII. *fol.* 544 *terg.* *&* 745 IX. *fol* 754 *& terg.* XI. *fol.* 776. *terg.* *f.* 777. XII. *fol.* 802. *terg.* 803. XIV. *fol.* 812. *& tergo.*

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum 15. Interrogatorium Quinquagesimum primum fol. 360. 361. & tergo.

Num. 16. Dicta eorumdem Testium super eo, quòd prædicta fama nunquam interrupta fuerit, sed magis aucta.

UNdè Testis scit , opinionem Sanctitatis de Fideli Servo DEI Joanne Nepomuceno nunquam diminutam , nec interruptam fuisse, à quo tempore id ipsum Testis recordatur.

Interrogatorium quinquagesimum secundum.

An idipsum etiam à Majoribus suis narrari audiverit.

I. *Testis ad quinquagesimum primum fol.* 657 *terg. &* 658.

Respondit : Voce Populi , & ex fama publica hoc scio , & recordor hoc à pueritia mea.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Jam dixi, non tantùm à Majoribus , sed pluribus aliis.

II. *Testis ad quinquagesimum primum fol.* 670.

A *Supradicta fama nedum interrupta, sed magis aucta.*

Respondit : Recordor, à quo habeo usum rationis , nunquam esse diminutam venerationem, sed semper magìs auctam, sicùt in pluribus articulis dixi.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Jàm dixi , quod sic.

VII. *Testis ad quinquagesimum primum. fol.* 734. *terg.*

B *Fama augmentum.*

Respondit : Maximè ab anno duodecimo ætatis meæ recordor, opinionem hanc Sanctitatis non tantùm non interruptam fuisse, sed semper magìs auctam.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Etiam audivi à Majoribus meis non fuisse interruptam , nec quidquam in contrarium actum.

X. *Testis quinquagesimum primum fol.* 768 *terg.* 769.

Respondit : Recordor à mea pueritia , nec vidi diminutam, sed semper , & Valdè auctam.

C *Fama augmentum.*

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Audivi id à parentibus meis, & a Senioribus, ut jam dixi, nūnquam interruptam fuisse.

XV. *Testis ad quinquagesimum primum fol. 830. & terg.*

Respondit : Non fuit interrupta, & hoc ego recordor à septuaginta annis.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Hoc audivi

XVI. *Testis ad quinquagesimum primum fol. 842.*

Respondit : De hac fama Sanctitatis Servi DEI Joannis Nepomuceni recordor ab infantia, & usu rationis.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : A Majoribus meis jam supra nominatis, & ab aliis Conterraneis, & Vicinis, quocunque veni.

D *Fama augmentum.*

XX. *Testis ad quinquagesimum primum f. 879. terg.*

Respondit: Prout audiveram in juventute mea ab Avo meo, hæc Sanctitatis opinio semper stetit, & continuata est, magisque semper augetur usque in hodiernam diem, ut palàm est.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Jàm antè dixi, omninò.

E *Fama augmentum.*

XXI. *Testis ad quinquagesimum primum fol. 889. terg.*

Respondit : A juventute mea recordor, quòd hæc fama Sanctitatis nunquam fuerit imminuta, sed semper aucta.

Ad quinquagesimum secundum.

Respondit : Audivi.

Concordant cum supradictis Testibus III. *Process. fol. 683.* IV. *fol. 695.* V. *fol. 707. & terg.* VI. *fol. 721.* VIII. *fol. 747. & terg.* IX. *fol. 757.* XI. *fol. 779. & terg.* XII. *fol. 792.* XIII. *fol. 805. terg.* XIV. *fol. 818.* XVII. *fol. 854. & tergo* XX. *fol. 866. terg. 867.* XXIII. *fol. 901.*

Num. 17. Scriptor Historicus, & Dicta Testium, qui [illegible], Servum Dei [illegible] pro Patrono [illegible], qui famâ periclitantur, eisque beneficia impertiri ejus auxilium [illegible]

Ex Actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi compulsat. Process. fol. 568. & tergo.

VIgesimo octavò. Præcipuum Beatus Joannes Nepomucenus Patronus, & tutor eorum habetur, quibus infamiæ periculum aliquòd imminet, quique, ne admissum scelus, factùmque emanet in publicū, pertimescunt; occurrit enim mirabilitèr periculis, & factum abscondit. Exempla in eam rem publica dare nec possmū, nec audeo, quia, ut lilerem, atque etiàm nescirem

cirem, ipse Beatus Joannes, qui texit, effecit, sed res est inter omnes contestata, soléntque eos, qui afflicti, quò se vertant, nesciunt, ad Beati Sepulchrum mittere, aut timores suos exponant, & accommodent. Hujus festinati, & totiès prospecti auxilii argumento, edita typis pridem oratio est, quæ sub Beati Joannis effigie legitur, hisce verbis concepta: *Præsta quæsumus Omnipotens DEUS precibus nostris, quas in Beati Joannis Confessoris veneratione deferimus, pium benignus auditum: ut ejus meritis, ac intercessione sufulti ab infamia & confusione temporalia liberati antè mortem reatus nostros sincerâ confessione expiare, salutari pœnitentiâ delere, & portum æternæ salutis contingere feliciter valeamus, per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum.* Iis quoque fert opem Beatus Joannes, qui exitiali verecundiâ crimina sua in Sacro Tribunali aperiri reformidant, nàm ad ejus Tumulum supplicantes, audaciam quandam ad proferenda omnia addi sibi senserunt, idque apertè Sacerdotibus sunt testati, anathemata ad Beati Joannis Tumulum plurima olim pependisse meminerunt Senes. Hæresis Calviniana anno 1619. laceravit omnia, aut flammis corrupit. Nostrâ memoriâ Matres aliquot ad Partum gravissimè laborantes, alii hydrope, alii febribus diuturnis crudelissimè vexati, fusis ad Beatum Joannem precibus, convaluêre, ut anathemata hodierna testantur. Quibusdam ipsa fides, & in Beatum Joannem amorem attulisse videtur; nàm, cùm alia deessent, pulverem ex ejus lapide Sepulchrali modicè abrasum, ad varios morbos valuisse senserunt.

plorantibus. Scriptor Historicus.

§. 1. Patronus famâ periclitantium.

§. 2. Oratio Typis impressa, quâ Servi DEI auxilium à fama periclitantibus imploratur.

§. 3. Alia beneficia, & gratiæ impertitur Servus DEI ejus opem implorantibus.

Ex Processu Pragensi.

Testes.

Ad Articulum decimum octavum Interrogatorium sexagesimum primum, fol. 362 & tergo.

UNdè Testis scit, sæpè memoratum fidelem Servum DEI Joannem Nepomucenum specialem famâ periclitantium Patronum esse; audivitne id ipsum à suis Majoribus? Recenseat veritatem.

Interrogatorium sexagesimum tertium.

An etiàm ipse Testis eundem Servum DEI pro Patrono coluerit, & aliquod ab ipso beneficium obtinuerit?

Ad articulum vigesimum primum
Interrogatorium septuagesimum quartum fol. 363. terg. 364.

Audivitnè Testis multos gloriantes, & fidelem Servum DEI Joannem Nepomucenum laudantes, ac deprædicantes, quòd per ejus Intercessionem, & merita, multas à DEO gratias, ac beneficia, præsertim verò conservationem famæ, & boni nominis obtinuerint?

Interrogatorium septuagesimum quintum

Testis recenseat hos, illosvè, qui beneficia obtinuerunt, & in hoc fideli Servo DEI gloriabuntur, an hi omnes sint viri honorati, & fide digni?

§. 1. *B. Joannis imploratur Patrocinium, etiam à facto proprio Testis.*

I. *Testis Process. fol. 659. & 660. & tergo.*

Respondit: Omninò, non tantùm à meis Majoribus, sed etiam ab aliis plurimis semper id audivi, & ipse ejus Patrocinium quæsivi, & quæro.

Ad 63.

§. 2. *Fatetur beneficia plura recepisse.*

Respondit: Semper colui pro speciali Patrono, & veneratus sum, & omnia mihi à meis Superioribus præstita bona, DEO, & ipsius precibus attribuo.

Ad 74.

§. 3. *B. Joannes est Patronus specialis famâ periclitantium.*

Respondit: Est id palàm omnibus notum, & fama publica.

Ad 75.

Respondit: A quibus audivi, sunt omnes Viri fide digni.

II. Testis, *Ad 61. Process fol. 671. & tergo. 672 tergo.*

§. 4. *Concordat ut supra.*

Respondit: A meis Majoribus, & toto Regno audivi, ipsum esse specialem Patronum famâ periclitantium.

Ad 63.

§. 5. *Refert se otem B. Joannis expertum fuisse.*

Respondit: Dixi; quòd illum coluerim, & semper colam, & quâlibet die ad ipsum oro. Etiam beneficium ab ipso accepi, quod ob respectum magnæ personæ, licèt etiam mortuæ, publicare & manifestare non possum.

Ad 74.

Respondit: Ità est, plurimos audivi.

Ad 75.

Respondit: Sunt Viri fide digni, & honorati, quorum autem nunc ætate gravatus recordari nequeo; Ipsemet autem beneficia per ejus intercessionem expertus sum, ut supra dixi.

VI.

VI. Testis *Ad 61. Process. fol. 722. & tergo 748. terg. 749.* §. 6.

Respondit : Audivi à meis Majoribus Servum DEI Joannem Nepomucenum specialem famâ periclitantium Patronum esse, & ipse expertus sum ejus patrocinium in arduis negotiis Officii mei tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, & dum in summa perplexitate hærebam, ità ut non scirem, quâ viâ negotium esset tractandum, ad ejusdem Patrocinium confugiens, semper felicem exitum obtinui.

Servus Dei Patronus est famâ periclitantium.

§. 7. *Ait se auxilium B. Joannis sensisse in arduis negotiis.*

Ad 63.

Respondit : Jam etiam dixi, & colo de facto; beneficia etiam à me accepta recensui, & propterea compertum mihi est, quòd filia mea Barbara annorum circitèr trigintaquinque, vel sex in capitali, & gravissima infirmitate constituta, & à duobus Medicis peritis Pragensibus pro deposita habita, postquàm me Patre consentiente, votum, deportandi nigrum vestitum per integrum annum in honorem S. Joannis Nepomuceni, sibi (ut ajebat) per visum, binis vicibus comparentis, in eadem specie, & forma, prout in Metropolitana Ecclesia, ad sepulchrum ejusdem visitur, emisisset, incepit, de die in diem, de hora in horam meliùs valere, ac tandem assumptô illô nigrô habitu, sepulchrum ejus adhùc multum debilis accessisset, ibidem Sacrâ Confessione peractâ, ac Communione refectâ, plenæque Sanitati restituta, Domum mihi Parenti in summum solatium redivit.

§. 8. *Recensit beneficium speciale receptum in bona valetudine sua filia.*

Ad 74. Process. fol 748. terg. §. 9.

Respondit : A multis hoc audivi, qui gloriati fuerint, se per intercessionem Sancti Joannis Nepomuceni à DEO præservatos fuisse ab Infamia.

Multi gloriantur de acceptis beneficiis ex Intercessione Beati Joannis.

Ad 75.

Respondit : A multis audivi, qui gloriabantùr de obtentis beneficiis, & famæ delicatum sit, unusquisque reticet.

XVI. *Testis ad 61. Process. fol. 843. & tergo, & 845.* §. 10.

Respondit : Audivi hoc à meis Majoribus.

Ad 63.

Respondit : Colui, & colo adhùc, & dicere possum, quòd per ejus Patrocinium òbtinuerim beneficia, specialitèr cum quindecim annis in Officio Primatis Nepomuceni essem constitutus, accusatus fui à tota Communitate, quasi malè administrarem Officium meum, & cum detrimento Communitatis.

Fatetur se recepisse beneficia ex Intercessione, ut supra, & specialitèr in gravi persecutione.

Post longam, & molestam in hac adversitate deliberationem cum magno fervore Pragam iter ingressus sum ad Sepulchrum Patroni mei Sancti Joannis Nepomuceni, & veniens mox, curavi Sacrificium Missæ legi apud ejus Sepulchrum, & ferventer DEUM oravi, ut per intercessionem Sancti Joannis Nepomuceni ex hac magna difficultate me liberaret. Absolutâ devotione mox levamen in corde sensi, velutì renatus, indè cum solatio Domum reversus perrexi ad Dominum Comitem Wenceslaum de Sternberg hæreditarium Dominum, apud quem accusatus fueram, Horazdovicium, & quamvis anteà longô tempore nihil obtinere potuerim, eum tamen tam bene dispositum reperi, ut mox tertiò die ad Montem viridem supra Nepomucum venerit, & convocatô Magistratu, & Comunitate, expositâque meâ innocentiâ, me ab omni calumnia absolverit, & falsos delatores severè puniverit, & palinodiam in Senatu canendam coëgerit.

§. 11. *Servus DEI multa contulit beneficia, ex auditu à Majoribus.*

Ad 74.

Respondit: Hoc audivi tam à Majoribus meis, quàm ab aliis fide dignis hominibus.

Ad 75.

Respondit: Erant viri graves, & fidè digni, ut paulò antè dixi.

§. 12. *Servus Dei specialis fama Patronus, aliaque beneficia impertitur, etiam de facto proprio. De auditu ab innumeris Personis, Qualitas d. d. personarum fide dignarum.*

XVII. *Testis ad* 61. *Process. fol.* 856. *&* 857. *& tergo.*

Respondit: Hoc audivi sæpissimè à Majoribus meis.

Ad 63.

Respondit: A mea juventute usque ad hodiernam diem colui, & quantum Ego judico, & piè credo, in multis meis necessitatibus, & periculis ejus Patrociniô adjutus sum.

Ad 74.

Respondit: Ab innumerabilibus hominibus id ipsum audivi.

Ad 75.

Respondit: Erant Viri honorati, & fide digni, qui mihi narrarunt, & in suis periculis, & variis necessitatibus beneficia à Deo per intercessionem hujus Sancti se obtinuisse, piè crediderunt.

§. 13. *Speciale fama Patrocinium, adjutorium in aliis necessitatibus de propria*

XIX. Testis. *ad* 61. *Process. fol.* 867. *terg.* 868.

Respondit: Omninò audivi.

Ad 63.

Respondit: Semper à juventute mea ergà hunc Sanctum habui

habui singularem confidentiam, & in meis necessitatibus auxilium, & solatium sensi.

experientia, & auditu à viris fide dignis.

Ad 74.

Respondit: Hoc audivi infinities.

Ad 75.

Respondit: In tantâ copiâ speciales mihi quidem non occurrunt; audivi tamen à Viris honoratis, & fide dignis, qui speciales devotiones ad sanctum hunc instituerunt.

XX. Testis. *ad* 61. *Processf. fol.* 880. *terg. &* 881.

Respondit: A Majoribus meis ità audivi, & ex fama publica.

§. 14. Speciale fama Patrocinium, & alia ut supra.

Ad 63.

Respondit: Omninò colui, & de facto maximè colò, & etiam beneficia, & gratias per ejus Intercessionem obtinui.

Ad 74.

Respondit: Sinè dubio audivi à primis studiis meis usque ad hodiernam diem.

§. 15. Multi gloriati sunt, se beneficia recepisse à Servo DEI.

Ad 75.

Respondit: Audivi plurimos gloriantes, & DEUM laudantes de beneficiis per Intercessionem hujus Sancti obtentis, qui erant Viri honorati, & fide digni, quamvis particulares gratias obtentas mihi non confiderint.

XXI. Testis. *Ad* 61. *Porcess. fol.* 890. *terg. &* 891.

Respondit: Scio, quia hoc audivi jam in mea juventute à meis Magistris, ùt etiam à Parente meo.

§. 16. Speciale fama Patrocinium. & alia ut supra.

Ad 63.

Respondit: Semper illum colui, & colo; & etiam piè credo, quòd Dominus DEUS per ejus Patrocinium mihi sæpiùs beneficiâ præstiterit.

Ad 74.

Respondit: Hoc abundè audivi.

Ad 75.

Respondit: Hoc à multis, & palàm narrari audivi, specialitèr autèm à quodam Scriba Domini Ewancziczky cognomine Isspleta jam in Domino defuncto, qui in magna constitutus necessitate, nec nummum habens recurrit ad sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, ibique fusis devotè precibus pro subsidio, mox adhùc ad Sepulchrum flectens tres aureos solidos

§. 17. Auxilio usus à B. Joanne præstitum cuidam posito in gravi necessitate mediante improvisa pecuniarum

subministratione. dos antè suos pedes invenit, cum tamen priùs, dum genuflectebat, nihil simile viderit.

§. 18. Patrocinium fama ut supra. XXIII. Testis *Ad 61, process. fol. 902. & tergo, & 903.*

Respóndit: Audivi à Majoribus meis.

Ad 63.

§ 19. Conservatio filii unius Testis. Respondit: Semper colui pro singulari Patrono, & multa beneficia per ejus intercessionem à DEO obtinui. Inter alia autem, posteaquàm mihi quinque filii, unus post alterum, mortui fuissent, sextum obtuli sub Patrocinium hujus Sancti, eúmque ad sepulchrum hujus Sancti, Veste Clericali priùs benedictâ, indui curavi, qui in hunc usque diem, annorum jam viginti duorum vivit, & incolumis sanatus est.

Ad 74.

§. 20. Respondit: Omninó audivi plurimos.

Ad 75.

Plures gloriantur de receptis beneficiis. Respondit: Generatim de obtentis beneficiis gloriabantur, in specie verò, quia materia famæ, quam per Intercessionem Sancti hujus sibi conservatam dicebant, id forte non percipiebatur aliquid relatum, non recordor.

Concordant cum supradictis Testibus II. *Process. fol. 671. & 672 terg.* III. *f.684. & 685. terg.* IV *fol. 696. & 697.* V. *fol. 708. terg. & 710.* VII. *fol. 735. terg. & 737. tergo.* VIII. *fol. 748 & terg.* IX. *fol. 757. & 759. terg.* X. *fol. 769. terg. 771.* XI. *fol. 780. terg. 782. terg.* XII. *fol. 793. & 795. terg.* XIII. *fol. 806. ter. & 808* XIV. *fol. 819. terg. & 821.* XV. *fol. 831. & 832. terg.*

Num. 18. *Ex Actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi Compulsat. Process. f. 591. tergo.*

Scriptor Historicus, & dicta Testium de fama Miraculorum à Servo Dei patratorum.

Vigesimo secundo.

TOt, àc tanta Beati Joannis interventu beneficia cœlitùs impetrata fuisse tradunt manuscriptæ memoriæ, ut ex iis justum librum Majores nostri confecerint, qui in Sacrario Pragensis Ecclesiæ servabatur. Citat eum librum Wolffgangus Chanowski de Longa Villa Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus, Vir illustris, qui anno 1583. moriens, ejus Beati amore non procul ab ejus Sacro Tumulo, ut conderetur, impetravit. Scribit is in illo miraculorum libro, Beatum Joannem Nepomucenum *Thaumaturgum Bohemiæ* appellari: Cœcum ad ejus Sepulchrum recepisse visum, alios præsentissimam opem sensisse, alios in vitæ,

§. 1. Beatus Joannes denominatur Thaumaturgus Bohemiæ.

vitæ, mortiſque confinio ſtantes, quoſdam etiam ad ſupplicia mortis Judicum Sententiis damnatos, Beati Viri, quem invocabant, auxiliô mirabilitèr evaſiſſe mortem. Addit plura, ſe non deſcribere, quòd liber ſit obvius, quem tamen unà mecum Eccleſiæ Miniſtri omnes invenire non poſſumus, & ſubtractum ex oculis ob hereſim nuper regnantem dolemus.

Ex Proceſſu Pragenſi.

Ad Articulum ſeptimum Interrogatorium vigeſimum quartum Proceſſ. fol. 357. — *Teſtes.*

RΕcenſeat Teſtis circumſtantialitèr de prodigiis, quæ ad Tumulum ejusdem Servi DEI Joannis Nepomuceni dicuntur facta fuiſſe, & an id ipſum Teſtis tantum à Majoribus ſuis non habeat, hi verò iterum à Majoribus ſuis?

I. *Teſtis ſuper ſeptimo Articulo ad* 24. *Proceſſ. fol.* 653. — *§. 1. Recenſ. ſpeciale prodigium.*

Reſpondit: Audivi, & legi, prodigia fuiſſe facta ad Tumulum, ejus, & in ſpecie tempore Friderici Palatini, dum ab Hæreticis fuiſſet Sepulchrum violari cœptum, quòd unus repentè corruerit, qui ſacrum Sepulchrum violare intendebat.

II. *Teſtis ad* 24. *Proceſſ. fol.* 667. — *§. 2. Infinita dicit fuiſſe facta prodigia.*

Reſpondit: Audivi Prodigium illud ſuprà à me ſpecificè recenſitum de Hæreticis à DEO punitis, & in ſpecie de ſuprema Aulæ Præfecta Friderici Palatini, dicti Regis Hiemalis, vèl Hyberni, quòd illa deſpexerit locum Sepulturæ Sancti, & exiens ex Eccleſia à vento correpta, ei Toga in tantùm elata, ut nèc deprimi potuerit, ſed denudata manſerit cum magna ſui proſtitutione, & *alia infinita talia prodigia narrantur.*

VI. *Teſtis ad* 24. *fol.* 717. *terg.* — *§. 3. Miracula multa fuiſſe patrata per ſervum DEI refert ex antiqua traditione Majorum.*

Reſpondit: Ego audivi à meis Majoribus, & hoc etiam Majores recenſuerunt, ſe habuiſſe traditionem talem à ſuis Majoribus, *multa miracula patrata fuiſſe*, & quidem, qui ex contentu Sepulchrum ejus calcavit, ipsâ die publicô pudore affectus fuerit, & ideò Sepulchrum ejus fuiſſe cinctum ferramentis aut clathris ferreis ad evitandum ſimilem contemptum.

VII. *Teſtis Ad* 24 *Proceſſ. fol.* 731. — *§. 4. Recenſ. diverſa prodigia.*

Reſpondit. Audivi de Prodigiis, quæ contigerunt circà ejus Corpus, in aqua nempe de apparitione luminum, & exſic-

catione Fluvii in specie, & audivi etiam, quòd ideò Cratea positæ fuerint, ne ullus præsumat pede tangere Tumulum hujus Beati, eò quòd, quicúmque præsumpsit temerè locum calcare, fuerit à DEO punitus.

IX. *Testis ad 24. Process. fol. 754.*

Respondit: Hæc tàm à parente meo, quàm passim ab aliis pro veritate audivi, & etiam in diversis Authoribus legi.

X. *Testis ad 24. Process. fol. 765. tergo.*

Respondit: De prodigiis habeo ex lectione librorum, & sicuti Historia habet.

XV. *Testis ad 4. Process. fol. 828.*

Respondit: Audivi facta fuisse miracula, sed circumstantias particulares non recordor.

XVII. *Testis ad 24. Process. fol. 851. tergo.*

Respondit: Audivi in genere de factis prodigiis, non autem in specie.

XXI. *Testis ad 24. Process. fol. 887. terg.*

Respondit: De aliquibus particularibus miraculis non recordor me audivisse, quòd autem miracula eò tempore acciderint, audivi à meis Majoribus.

XXIII. *Testis ad 24. Process. fol. 898.*

§. 91. Prodigia facta audita à Majoribus.

Respondit: Audivi de Luminibus apparentibus, aliisque prodigiis in genere, quæ tùnc in, & post Corporis translationem contigisse Majores referebant, & Authores referunt.

Concordant cum supradictis Testibus III. *Process. fol.* 608. IV. *fol.* 692. *terg.* VI. *fol.* 717. *tergo*, VIII. *fol.* 744. *tergo* XI. *fol.* 776. *tergo*, XII. *fol.* 789. XIII. *folio* 802. XIV. 815. XVI. *fol.* 839. XIX. *fol.* 864. XX. *fol.* 876.

Ex Processu Pragensi.

Num. 19. Dicta Testium, & Scriptores Historici, qui referunt impugnantes Sanctitatem, vel temerè violantes S. Sepulchrum Servi Dei, castigatos.

Ad Articulum nonum Interrogatorium trigesimum primum Process. fol. 358. & terg.

Verumnè est, publicam vocem, & famam fuisse, quòd omnis, qui sæpedicti fidelis Servi DEI Joanis Nepomuceni Sanctitatem impugnat, aùt de illa tantùm dubitare, vel etiam Sepulchro ejusdem pedem temerè inferre ausus fuit, infortunium qualicunque modò, sivè in corpore, sivè in fama non evitave-

raverit. Id ipsumne sic, & non alitèr à Majoribus suis Testis narrari audiverit? *animadversionem aliquam semper passos fuisse.*

Interrogatorium trigesimum secundum.

Etiamne hi Majores id ipsum à suis Majoribus sibi narrari audiverunt?

Ad Articulum decimum nonum. *Testes.*

Interrogatorium sexagesimum quartum Processʃ. fol. 361. *tergo.*

Unde Testis scit veritatem esse, quòd, qui hunc Servum DEI dishonorant, infortuniò sivè in rebus, sive in Bonis afficiantur? Audivitne hoc testis etiam à Majoribus suis?

Interrogatorium sexagesimum quintum.

Etiamne hi Majores aliqua exempla Testi recensuerunt dishonorantium, & infortunium perpessorum?

I. *Testis ad* 31. *Processʃ. fol.* 655. *& tergo.* §. I.

Respondit: Fama publica semper fuit talis, quæ non eget Testibus, & ità etiam à Majoribus meis, & etiam à Patribus Spiritualibus meis semper audivi. *Inhonorantes B. Joannem, vel eius Sepulchrum, ignominiam semper passos fuisse, ex fama publica*

Ad 32.

Respondit: De hoc non dubito, quia semper fuit hæc fama publica.

Ad 64. Processʃ fol. 659. & tergo. *De auditu à Majoribus.*

Respondit: Ex fama publica hoc scio, & hec ipsum audivi à meis Majoribus.

Ad 65.

Respondit: Non tantùm audivi, sed etiam legi dishonorantes Sepulchrum, infortunia perpessos fuisse.

III. *Testis ad* 31. *Processʃ. fol.* 681. §. II.

Respondit: Omninò. *Inhonorantes ut supra, ignominiâ affectos fuisse, de auditu à Majoribus etiam secundo.*

Ad 32.

Respondit: Sic etiam.

Ad 64. Processʃ. fol. 684. terg. & 685.

Respondit: Omninò audivi a Majoribus, & est fama publica, non tantùm inter Catholicos, sed etiam Acatholicos; mihi enim Acatholici hoc ipsum, & quidem Viri graves sæpiùs narrârunt. *De auditu etiam ab Hæreticis.*

Ad 65.

Respondit: Narrârunt plura, quorum non recordor; nisi prout de hac fœmina suprà recensui.

§. 3.
Inhonorantes ut supra, ignominiâ affecti, de auditu à Majoribus.

VI. *Testis ad* 31. *Process. fol.* 718. *terg. & 719.*

Respondit : Audivi hoc etiam, & sic, & non alitèr à Majoribus meis narrâri audivi, quòd nemo confusionem publicam effugerit, qui ausus fuit Sanctum hunc contemnere, aut sepulchro ejus pedem temerè inferre.

Ad 32.

De secundo auditu Majorum.

Respondit : Sic mihi retulerunt mei Majores, sicparitèr se à suis Majoribus audivisse, & specialitèr etiam à pluribus aliis

§. 4.
Exemplum de quadam fœmina quæ dedecus passa est ob temerè contemptum Sepulchrum B. Joannis.

audivi de certa fæmina, quæ ex contemtu pedem temerè ad Sepulchrum posuit, dicendo, quid mihi iste Phaphus nocebit? Desuper ipsissimâ die, ubi per Pontem Pragensem, aurâ tranquillâ transiens, publicam confusionem, & denudationem per levationem Togæ, & vestimentorum passa fuerit.

Ad 64. Process. fol. 723.

Respondit : Hoc jàm superius dixi.

Ad 65.

Respondit : jàm dixi superiùs, me ab aliis audivisse illud exemplum, quod de certa fæmina superius recensui ; aliorum non recordor in specie, passim tamen exempla referre audivi.

IX. *Testis ad* 31. *Process. fol.* 754. *terg.* 755.

§. 5.
Inhonorantes ut supra, ignominiâ affecti.

Respondit : Hoc est verum, quòd semper audiverim, & talis fama continua fuerit, & absque dubio alii Antecessores pariter id à suis Majoribus habuerint, & sic narrari audiverint, quis enim vellet mentiri in re tam gravi, & aggravare sibi conscientiam?

Ad 64. Process. fol. 758. & terg.

Respondit : Absque dubio, sic semper à parente meô, & aliis Prædecessoribus audivi.

Ad 65.

§. 6.
Exemplum cujusdam Hæretici, qui monitus ab aliis Hæreticis, à contemnendo Sepulchro non abstinens, subinde punitus fuit.

Respondit : Parens meus mihi narraverat hæc prodigia contigisse, quæ Sculptura è Regione Tumuli apposita exhibet. Recordor etiam recentioris cujusdam casus, hominis Acatholici, & Mercatoris Dresdensis, qui curiositate ductus cum meis Consanguineis Achatholicis Dresdensibus Ecclesiam Metropolitanam accesit, & ad Sepulchrum Divi Joannis Nepomuceni quosdam sermones in contemptum Sancti protulit, & monitus, ab eisdem Consanguineis Achatholicis, ut desisteret, non destitit. De super mox descendens è gradibus arcensibus, sib frag-

fragmentum ligni profundè in manum intrusit cum magno dolore, & copiosa sanguinis effusione. Quod ipsi catholici ejus comites, & priùs monitores, tanquam punitionem DEI propter dishonoratum Sanctum ei inflictam interpetrati sunt.

XIV. *Testis ad* 31. *Process. fol.* 815. *terg.*

Respondit : Hoc est verum, fuit semper talis fama & de facto durat.

Ad 32.

Respondit : Omninò.

Ad 64. *Process. fol.* 819. *tergo* 820.

Respondit : Audivi hoc à meis Majoribus, & etiam à multis aliis fide dignis.

Ad 65.

Respondit : Narrarunt plura, & mihimet ipsi contigit dùm enim circitèr antè viginti octo annos in florida ætate mea constitutus, in Ecclesia Sancti Wenceslai in Monte Profik propè Pragam Statuam hujus Sancti valdè ruditèr, & ad risum commovente figurâ elaboratam conspexissem, & ego viris honoratis mihi assidentibus, non sinè risu illam ostendissem; sensi immediatè remorsum conscientiæ nè ob id aliquem pudorem illâ die incurrerem. Quod etiam eâdem die mihi accidit; Nam post prandium dùm Domum Pragam curru perrexissem, vidi post me pergentes eosdem viros honoratos, qui priùs mecum in eadem Ecclesia erant, curavi meum currum sisti, usque dùm ipsi appropinquarent. Volens ipsis loqui: descendi ex meo curru in via plana, non lutosa, nèc ullô modô lubricâ; subitò concidi in terram, & notabili tempore quasi manibus, pedibúsque ligatus, nullatenùs me erigere, & consurgere potui, donèc dicti viri honorati cum maxima mei irrisione discessissent.

§. 7. Inhonorantes ut supra, ignominiâ affecti sunt, de auditu à Majoribus etiam secundo.

§. 8. Recenset Testis, quid sibi acciderit, ex quo Statuam Servi Dei contempserat.

XVI. *Testis ad* 31. *Process. fol.* 839. *terg.*

Respondit : Sic à meis Majoribus narrari audivi.

Ad 32.

Respondit : Utique narrârunt, quòd hoc etiam à suis Majoribus audiverint.

Ad Process. fol. 843. *tergo* 844.

Respondit : Audivi tàm à Majoribus meis, quàm etiam ex publica fama tùm Pragæ, tùm alibi. Ad 65.

Respondit : Narravit defuncta Avia mea, Avus, & alii Majores

§. 9. Inhonorantes ut supra, ignominiâ affecti sunt, de auditu à Majoribus etiam secundo, & ex fama universali.

§. 10. Recenset animadversionem sumptam de

Angelo Haretico, qui Sepulchrum Servi Dei demoliri aggressus fuerat.

jores, mei, quòd tempore Insultûs Palatini quidam temerarii Hæretici inceperint decurere Clathros ferreos ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, & supra Sepulchrum cum contemptu saltitare, quorum unus à DEO punitus, & prostratus veluti mortuus ex Ecclesia fuit asportatus.

§. 11.

Sepulchrum Servi Dei per contemptum habentes, divinitùs puniti sunt.

XX. *Testis ad* 31. *Processf. fol.* 877:

Respondit: Hoc est certum, hoc mihi semper meus Avus narraverat, quòd, quandocúmque aliquis temerè locum Sepulchri hujus Sancti inhonorare atentavit, pœna DEI semper subsecuta fuerit.

Ad 32.

Respondit: Necessariò etiam Majores mei idipsum à suis Majoribus narrari audiverunt.

Ad 64. *Processf. fol.* 881.

Respondit: Hoc meus Avus jam narraverat, quòd, quicumque dishonorat hunc Sanctum, DEUS illum puniat.

§. 12.

Refert successū, de quo supra §. 10., & appositionem tabularum factam ab Hæreticis, ne amplius detetur occasio violationi Sepulchri.

Ad 65.

Respondit: Ità est, narrârunt mihi de illis Hæreticis, qui in invasione Palatini Sepulchrum hujus Sancti temerè violare attentârunt, à DEO tùnc statim punitis; ita ùt Rex Fridericus, ut supra dixi, curaverit locum asseribus claudi, ut ampliùs non daretur accessus, & dishonoratio evitaretur.

Concordant cum supradictis Testibus II. *Processf. fol.* *668. & 671. tergo* IV. *fol. 693. & 696. tergo* V. *fol. 705. terg.* *709.* VII. *fol. 731. tergo, 736.* VIII. *fol 745. terg. & 748.* X. *fol. 766. & 770.* XI. *fol. 777. terg. & 781.* XII. *fol. 789.* XIII. *fol. 803. & 807* XV. *fol. 829. & 831.* XVII. *fol. 852. & 856* XIX. *fol. 864. terg. & 868,* XXI. *fol. 888. & 890.* XXIII. *fol. 899. & 902. tergo.*

Scriptores Historici.

Ex actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi compulsat. Processf. fol. 592.

§. 13.

Contemnentes B. Joannis Sepulchrum, infamiâ semper affectio.

Vigesimo tertio. Illud permirum, néque minus certum, & privilegiatum: quicùmque Beati Joannis Tumulum calcârint, prœsertim si contempserint eos ipsâ die infamiam incurrere, & vitare non posse, id omnium Catholicorum Pragensium nostræ, & superioris ætatis consensu, atque exemplis plurimis constat.

Vige-

Vigesimo septimò. Ob hanc igitur causam, & sœva in ...scantes exempla edita, cùm jam pridem ferrei Calthri ad ...itus ferè ulnæ altitudinem prætenti essent, Canonici novis ...iis Cratibus Sepulchrum cinxerunt, qui Clatri facilè tres ul...as altitudine æquant, ut nisi ægerrimè vix esse cuiquam im...robo, & injurio liceat, &c. §.14. *Pro custodia Sepulchri duplices crates fuerunt appositæ.*

...x Joanne Thoma Pessina de Czechord in Phosphoro Septicorni pag. 503. compulsat. Proc. fol. 521. à tergo, & 523. terg.

Id porrò, quod ultionem divinam non evitent, qui locum ...epulturæ ejus temerè, & per contemptum calcant pluribus ...xemplis recentioribus juxtà, ac vetustis, & quidem tot, ut ...acile justum volumen conficere possem; sed propositæ brevi...tatis memor, &c. describenda relinquo, &c. *Ampliora de hac ...ateria idem Author inferiùs repetit. process. fol. 532. & terg.* §.15. *Divina ultio in contemnentes Sepulchrum.*

...x P. Joanne Tanner in vita P. Alberti Kanovvski compulsat. Proc. fol. 548. tergo.

Quia tamen reperti sunt nonnulli, qui Cultum Sancti & ...artyris Venerabili huic Viro denegarent, ejùsque apud DEUM ...erita despicerent, adeòque locum Sepulturæ ejus per con...mptum auderent calcare, fiebat, ut mox divina in eos ultio ...bsecuta ostenderet, quô locô Martyr ille esset in Cælis; de...ehensum námque, & vulgó observatum est, eâ ipsâ adhùc ...publicam aliquam homines illos pati solitos ignominiam, ...gravissimô aliquô coram plebe affici à DEO consuevisse pu...re, quæ res in causa fuit primum quidem, ut quibus ignominiæ, ...t erubescentiæ periculum imminet eum sibi passim hodiéque ...ud DEum implorent Patronum; deindè verò, ut authoritate pu...câ humus illa tota rudibus, & raris quibusdam Cratibus fer...is cingeretur in signum Populo, ne sacrum locum incauti fa...è calcarent Sed, quià adhùc petulantiæ patebat aditus, su...radditæ sunt elegantiores, ac densiores ferreæ Crates alte..., quæ ità nunc locum altè ambiunt, ut videantur omnem in...iam à monumento illo satis prohibere, &c. §.16. *Recensetur eadem calcstis ultio.* §. 17. *Appositio Cratium pro custodia Sepulchri B. Joannis.*

...Bartholomeo Pavroczki in Libro, cui Titulus-Diadochos, sivè successio Ducum, & Regum Bohemiæ-compulsat. Process. fol. 544.

Hìc multa facta sunt miracula, quorum intuitu pro DEI ...artyre habitus fuit, & quicùmque adversùs hoc errat, ac frivo- §. 18. *Referuntur omnia supradicta.*

frivolè cum contemptu super Crucem in lapide exsectam conscendit, hac die mundi infamiam non evasit: ex qua causa jusserunt Prælati hoc sepulchrum ferreâ Crate circumdari.

Ex Joanne Jacobo de Weingarten in speculo Principum, seù Monarchia serenissimæ Domûs Austriacæ pa t 2. fol. 121. compulsat. process. f. 618.

Ac circa hunc locum Crates factæ sunt, nè ullus hunc locum dishonorare posset; siquidèm sæpiùs miracula contigerunt, atque etiam hoc, ut ille, qui datâ, operâ, seù studiô tantummodò unicum pedem super lapidem sepulchralem posuit, hanc diem sinè infamia consumare non potuerit.

f. 19. Eadem repedita, quæ supra.

Ex extractu Litterarum, quæ Pragæ scriptæ fuerant ad quendam notum amicum super devastatione Metropolitanæ Ecclesiæ, impress. anno 1620. compulsat. Proc. f. 620.

Pagina secunda.

f. 20. Heretici anno 1619 territi ob animadversionem secutam in eos, qui d. Sepulchrum violaverant, curant illud tabulis circumdari.

Feriâ secundâ Natalis Domini ex utrâque parte pene Chorum, quà ad sepulchrum Divi Con fessoris Joannis, uti; & ex altera parte apud Sacristiam, quâ ad sanctum Vitum circuitur, omnia tabulis, & asseribus, ac clavis fuerunt obfirmata; de causa hujus rei, rarus, & diversus est in communi discursus, totum celatur, & supprimitur, nonnulli dicunt, quòd quidam, qui temerè supra sepulchrum Divi Joannis ivit, sicut furiosus ceciderit, & rugiebat, alii dicunt, quòd præcipua quædam persona apud sepulchrum Sancti Viti subitaneâ morte fu isset demortua, alii dicunt, quòd aliquid mirabilie circà hæc loca apud hos sanctos contigerit.

Sequitur Elenchus aliorum Scriptorum, qui testantur, quòd violantes sepulchrum Servi DEI, semper infamiam incurrant.

Laurentius Beierlinck in Theatro Vitæ Humanæ *tomo 4. lib. 10. pag. 173. litt. L. Compulsat. Process. fol. 503. terg.*

Bzovius in Annalibus Ecclesiasticis *Tomo 15. p g. 214. compulsat. Process. fol. 504. terg.*

Martinus Boregk in BohemicaHistoria *part. 1. pag. 335 compulsat Process. fol. 406. Ita Auctor hic Heterodoxus Process. fol. 420.*

Georg us Bartholdus Pontanus in Bohemia Pia *lib. 4. fol. 50. compulsat. Process. f. 574.*

P. Odoricus Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis *Tomo 17. pag. 248. compulsat Process. fol. 554.*

Joannes Thomas Pesina in Marte Moravico *f. 437. compulsat. Process. f. 614.*

P. Geor

P. Georgius Ferus in Fama posthuma Joannis Nepomuceni *compulsat. Proc. fol. 624. tergo, & de Cratibus.*

Ex Processu Pragensi.

Ad Articulum decimum Interrogatorium trigesimum tertium Fol. 358. tergo 359.

A Quo tempore Testis recordatur, Cratibus ferreis Sepulchrum multùm memorati fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni cinctum esse? **Num. 10.** *Dicta Testium deponentium, quòd pro custodia sepulchri S. D. ab antiquissimo tempore fuerint posita Crates ferrea.*

Interrogatorium trigesimum quartum.

An non verum, quòd sæpè dictum Sepulchrum primævò tempore, tantùm parvis Cratibus (quæ in hodiernum usque diem videntur) cinctum fuerit; successu verò temporis, secundæ Crates ijsdem accesserint?

Interrogatorium trigesimum quintum.

Dicat igitur Testis circumstantialitèr, quomodò de hac cinctura à suis Majoribus referri audiverit, & an etiam illius Majores, ex relatione suorum Majorum de hac cinctura notitiam acceperint?

Interrogatorium trigesimum sextum.

A quo tempore ipse Testis non tantùm has parvas, sed etiam majores Crates positas recordatur?

Interrogatorium trigesimum septimum.

An non Testis à Majoribus suis audiverit, quòd huic cincturæ Sepulchri aliquis, vel dictò, vel scriptò, & factò contradixerit. Et an sempèr Crates hæ citrà cujuscùnque impetitionem imperturbatè steterint?

I. *Testis ad 33. fol. 655. & tergo.*

Respondit: Ab Infantia, & totâ vitâ meâ recordor. **§. 1.** *Appositio Cratium pro custodia sepulchri B. Joannis.*

Ad 34.

Respondit: Ego sempèr vidi totâ vitâ meâ duplices Crates minores & altiores.

Ad 35.

Respondit: Hoc millies audivi, quòd Crates illæ positæ fuerint, ut hoc Sepulchrum non conculcetur, & non dehonòretur ab aliquo.

Ad 36.

Respondit: Dixi jam superiùs, ab Infantia mea.

Ad 37.

Respondit: Contra Crates positas à Prædecessoribus meis nihil unquàm audivi totâ vitâ, nec quòd aliquis in vita mea impetiisset; hoc bene audivi, & legi, quòd tempore Friderici Regis Comitis Palatini Hæretici inceperint illas Crates disturbare, sed (ut Historia dicit) errore perplexi, maximè unus ex illis, ad terram prostratus fuit, & perterriti omnes ab hoc opere cessarunt.

Nil unquam auditum fuit in contrarium, prater insultum admissum ab Hæreticis cum eorum animadversione.

III. *Testis ad* 33. *Process. fol.* 681.

Respondit: Meâ Vitâ.

§. 2. Appositio supradictarum Cratium ex pranotata causa de auditu à Maioribus etiam secundo.

Ad 34.

Respondit: Omninò.

Ad 35.

Respondit: Hanc causam audivi à meis Majoribus, qui pariter hanc à suis Majoribus habuerunt, ut temerè Sepulchrum hujus Sancti non calcaretur.

Ad 36.

Respondit: Quantùm memini vitâ meâ.

Nunquam contradictum fuit retentioni earum Cratium.

Ad 37.

Respondit: Nunquàm audivi quid in contrarium, sed semper has Crates imperturbatè steterunt.

XV. *Testis ad* 33. *Process. fol.* 829.

§. 3. Retentio Cratium de visu.

Respondit: Recordor has Crates ab annis septuaginta, quandò primâ vice Pragam veni.

Ad 34.

Respondit: Est verum.

Ad 35.

De auditu à Maioribus & de causa detentionis. Nil auditum in contrarium.

Respondit: Alitèr non est, seniores narrabant, has Crates positas esse, nè Sepulchrum inhoneretur.

Ad 36.

Respondit: Jàm suprà dixi.

Ad 37.

Respondit: Hoc non audivi.

XVII. *Testis ad* 33. *Process. fol.* 839. *tergo, & fol.* 840.

§. 4. Retentio dictarum Cratium de visu & auditu.

Respondit: Recordòr ab annis quadraginta, quandò primâ vice Pragam veni.

Ad 34.

Respondit: Verum est, ità audivi.

Ad 35.

Re-

Respondit. Utràque Avia mea narrabat, quòd à suis Majoribus audiverint, quòd quidam pedem impôsuerit super sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, & à DEO punitus fuit; & ideò, ut hoc Sepulchrum in veneratione maneret, & calcari pedibus non posset, isti Clathri positi fuerunt. *De auditu à Majoribus etiam secundo.*

Ad 36.

Respondit. Jam dixi à quadraginta annis.

Ad 37.

Respondit: Non audivi, imò sciô, & sempèr audivi, quòd Clathri isti semper quietè steterint. *Nunquam impugnata fuit detentio Cratium.*

XXI. *Testis ad* 43. *fol.* 888. *tergo.*

Respondit. Hoc à juventute mea recordor. *§. 5. Retentio Cratium de visu à Juventute Testis.*

Ad 34.

Respondit. Verum est.

Ad 35.

Respondit. Majores narrabant, quòd hæc cinctura fuerit ideò facta, nè ullus inconsideratè calcare posset supra Sepulchrum S. Joannis Nepomuceni, ut Sepulchrum hac ratione in veneratione maneret. *§. 6. Causa appositionis Cratium, ne Sepulchrum inhonoretur.*

Ad 36.

Respondit. A quo vivo recordor, quòd semper ambo Clathri steterint.

Ad 37.

Respondit: Hoc nunquàm audivi. *Nil contradictum.*

Concordant cum supradictis Testibus II. *Process. Fol.* 668. IV. *Fol.* 693. *terg.* V. *Fol.* 705. *terg.* VI. *Fol.* 719. VII. *Fol.* 732. VIII. *Folio* 745. *terg.* IX. *Fol.* 755. X. *Folio* 766. *terg.* XI. *Fol.* 778. XII. *Fol.* 789. *tergo* XIII. *Fol.* 803. *terg.* XIV. *Fol.* 815. *terg.* XVII. *Fol.* 852. *terg.* XIX. *Fol.* 865. XX. *Fol.* 877. XXIII. *Fol.* 899.

Ex Processu Pragensi.

I. *Testis ad* 39. *fol.* 656. *& terg.* Num. 21.

Respondit. Audivi à pluribus provectæ ætatis hominibus, secundas altiores Craces fuisse appositas, nè tam facile quis posset temerè pede dehonorare hunc locum, seu Sepulchrum. *Dicta Testium de retentione secundarum Cratium & aliarum subindè positarum.*

Ad 40.

Respondit. Jam superiùs dixi, quantæ ætatis fuerint mei Pa- *Ætas longæva*

Parentes, de reliquis, quantæ ætatis positivè fuerint, nisi quòd fuerint, provectæ valdè ætatis, dicere non possum.

Maiorum exprimitur in Processſ. fol. 651. tergo.

Ad 41.

Respondit. Nunquam audivi, quòd unquam in minimo huic contradictum fuerit.

Ad 42.

Respondit. Nunquam contradixit Ordinarius, imò promovit Joannes Fridericus Archiepiscopus Comes de Waldstein tunc Ordinarius, & multum ad hoc opus contribuit, & hoc scio, quia intimus ipsi Ordinario fui.

III. *Testis ad 39. Processſ. Fol. 681. & tergo, & 682.*

Respondit. Audivi à meis Majoribus, Crates utràsque ideò fuisse positas, ne quis pedem temerè in Tumulum inferat &c.

Ætas longæva Maiorum exprimitur in Processſ. fol. 675. & terg.

Ad 40.

Respondit. Jam ante dixi, illos fuisse magnæ ætatis, & etiam ultra centum annorum; quantæ ætatis autem fuerint Majorum meorum Majores, mihi non constat, sed audivi, & illos magnæ, & provectæ ætatis fuisse.

Ad 41.

Respondit. Nunquam audivi quid in contrarium, nisi quòd tentatum fuit tempore invasionis Palatini per Hæreticos.

Ad 42.

Respondit. Non audivi, ut contradixisset.

VI. *Testis ad 39. Processſ. fol. 719 terg. 720.*

Respondit. Ego semper vidi à Juventute mea duplices Crates. Quando autem majores, aut altiores illæ Crates appositæ fuerint, hoc non scio.

Ad 40.

Ætas longæva Maiorum exprimitur in Processſ. fol. 724. terg. 725.

Respondit. Jam antecedenter dixi ætatem Majorum meorum.

Ad 41.

Respondit. Nihil audivi à Majoribus meis contradictum fuisse appositioni secundarum, vel altiorum Cratium.

Ad

Ad. 42.

Respondit. Ego nihil audivi de contradictione Ordinarii.

XV. *Testis ad* 39. *Process. fol.* 829. *& terg.*

Respondit. Parens mihi in Pueritia, antequam Pragam venissem, narrabat, quòd Sepulchrum S. Joannes Nepomuceni Clathris duplicibus sit munitum.

Ad 40.

Respondit. Ad hoc jam respondi superiùs, quòd fuerint ætatis valdè provectæ, & de immemorabili tempore narrabunt.

Ad 41.

Respondit. Nihil horum audivi,

Ad 42.

Respondit. Ah! Hoc non audivi.

XVI. *Testis ad* 39. *Process. fol.* 840. *& terg.*

Ad 40.

Respondit. Ætatim meorum Majorum aliquoties jam notificavi, & dixi quòd Majores mei à suis Majôribus hoc audiverint, quomodo enim potuissent hæc narrare, nisi ea à suis Majoribus audivissent?

Ætas longæva Majorum exprimitur in Process. fol. 836. tergo 837.

Ad 41.

Respondit : Nihil simile audivi.

Ad 42.

Respondit : Etiam nihil audivi simile.

XXI. *Testis ad* 39. *Process. fol.* 888. *tergo* 889.

Respondit : Semper vidi stare utrósque Clathros minores, & majores densiores, qui ab antiquo debuerunt esse posit, cùm Antecessores narraverint, eos fuisse positos pro custodia S. Joannes Nepomuceni.

Ætas longæva Majorum exprimitur in Process. fol. 885. *terg.* 886.

Ad 40.

Respondit : Hoc jam supra dixi.

Ad 41.

Respondit : Nihil fuit auditum, nec aliquid simile Majores narrabant.

Ad 42.

Respondit : De hoc nihil scio nec audi-

Ad 43

Respondit : Totum hoc audivi à meis Majoribus, & existimo, quòd hanc famam à suis Majoribus acceperint. Con-

Concordant cum supradictis Testibus II. *folio* 669. IV. *folio* 694. V. *fol.* 706. *tergo* VII. *fol.* 732. *tergo* VIII. *fol.* 746. *& tergo* IX. *fol* 755. *tergo* X. *fol* 767, XI. *fol.* 778. XII. *fol.* 790. XIII. *fol.* 804. XIV. *fol.* 840. XVII. *fol.* 853. XIX. *fol.* 865. *terg.* XX. *fol.* 877. *terg.* XXIII. *fol.* 900.

Ex Processu Pragensi.

Num. 22.

Dicta Testium quoad Prodigia facta Domi nativitatis Servi Dei, donec illa in Ecclesiam conversa est, videlicet, quòd nemo quiete inibi habitaverit, & quòd Picturæ, manu Servi DEI expressæ, de albari nunquam potuerint.

Ad Articulum secundum Interrogatorium quintum Processſ. fol. 354. & terg.

UNdè Testis novit publicam vocem, & famam communem, & inconcussam traditionem esse, in Domo Cunarum ejusdem fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni neminem quietè habitare potuisse, donec successu temporis in Ecclesiam verteretur. An Testis id ex propria habeat scientia, an verò pariter à Majoribus suis, qui similiter à Majoribus iterùm suis audiverint?

Interrogatorium sextum.

Viditne Testis hanc effigiem Christi, Sancti Jonnis Evangelistæ, & Sancti Longini, qui in dextero Pariete intrinsecè ad ingressum Domûs reperiebatur, quæ secundùm veterum traditionem manu fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni picta esse dicebatur, an non pariter à Majoribus suis id ipsum habeat?

Interrogatorium Septimum.

Det Testis rationem scientiæ, unde verum esse sciat, hanc Picturam à Possessoribus Domûs in dealbando pariete nunquam ablui potuisse?

Interrogatorium Octavum.

A quo tempore de his omnibus vox publica, & fama communis, & in concussa traditio habetur?

Interrogatorium Nonum.

Nunquam Testis audivit, his omnibus in contrarium dictum, scriptum, vel aliò modò objectum fuisse? Reflectas se Testis benè.

§. 1.

Affirmat omnia supra dicta contenta in quinto interrogatorio.

I. *Testis ad quintum Processſ. fol.* 652.

Respondit: Ex lectione Librorum, & relationibus, qui de hoc scribunt.

Ad nonum.

Respondit: In contrarium nihil audivi.

III. *Testis ad quintum. Processſ. fol.* [illegible]8. *tergo.*

§. 2.

Respondit: Hoc scio, & audivi ex Domo, ubi natus est

ctam fuisse Ecclesiam,quam vidi,& in illa sœpiùs devotioneam peregi in honorem hujus Sancti, ubi semper maxi- Populi concursus fuit, ità, utEcclesia Populum nunquam potuerit, an verò in illa Domo, ubi nunc Ecclesia stat, quietè habitare potuerit, de hoc me non informavi.

Domus supradicta conversa fuit in Ecclesiam, ubi magnus Populi concursus.

Ad Octavum.

Respondit : Audivi hoc à juventute mea, Domum illam rsam esse in Ecclesiam; de reliquis autem me non infor-

Ad Nonum.

Respondit : Et huic, quod dixi, nunquam aliquid audivi rarium.

Testis ad Quintum fol.702.terg.703.

Respondit : Hoc audivi positivè, quòd ista fuerit Domus tatis ipsius, ubi nunc stat Ecclesia, & cùm essem Vice-Caius Regni multis annis visitando Civitates Regias, me inndo, de memorandis in quolibet loco, semper, & passim venerationem, & locum nativitatis ejus versum esse in iam; An verò in eadem domo, nemo quietè habitare po-, super hoc specificè me non reflecto.

§.3. Conversio Domûs, ut supra in Ecclesiam.

Ad Nonum.

Respondit : Nihil unquam in contrarium, sed sèmpèr venem, & Cultum hujus Sancti.

Nil fuit auditum in contrarium.

Testis ad quintum Process. Fol.729.

Respondit : Hæc audivi ab Incolis Nepomucensibus, dum fuissem antè complures annos, qui mihi locum mont, & hæc ipsa narrârunt.

§. 4. Deponit de Prodigiis in Interrogatorio ut suprà expressit, de auditu à civibus Nepomuci.

Ad sextum.

Respondit : Dum transirem Nepomucum, mihi Incolæ rabant in pariete Domûs, quæ nunc in Ecclesiam versa ctum Crucifixum, quem referebant, pictum esse manu S. is Nepomuceni, & ab illo tempore adhuc extare; De re- Picturis, aut Imaginibus non recordor, ut aliquid dixis-

§. 5. Existẽtia Crucifixi à Servo DEI picti in muro supradicta Domûs.

Ad septimum.

Respondit. Ex fama, in Loco Nepomuci perseverante.

Ad Octavum.

Respondit : Referebant Incolæ Viri grâves, & annosi, semturâsse hanc traditionem, & famam, de ætate in ætatem.

§.6. De fama communi, & traditione in loco, & quòd ni fuerit auditum in contrarium.

Ad

Ad Nonum.

Respondit : Nihil unquàm in contrarium.

§. 7. Conversio Domus, ut supra, in Ecclesiam, ex fama publica, & quod nil fuerit auditum in contrarium.

XII. *Testis ad quintum Fol. 787. & terge.*

Respondit. Audivi à meis Majoribus, & est constans ibi traditio, & inconcussa, Domum Cunarum, & Nativitatis hujus Sancti, in Ecclesiam esse versam, & ego in vicina nunc Ecclesiæ Domo, ab infantia educatus fui : an verò nemo quietè in ea Domo, antequàm in Ecclesiam versa fuisset, habitare potuerit, hujus non recordor.

Ad Octavum.

Respondit : De versa Domó Nativitatis, in Ecclesiam, est publica, & constans traditio; de Picturis autem jam dixi, mihi non constare.

Ad Nonum.

§. 8. Affirmat neminem in domo supradicta habitare potuisse donec in Ecclesiam conversa fuit, idque percepisse ex fama publica, & lectione librorum signanter B. Bohuslai Balbini cujus verba præcisa refert, & sunt compulsata in Process. fol. 588. Nihil auditum est in contrarium.

Respondit. In contrarium autem nihil unquam quidquam audivi.

XIII. Testis. *Ad quintum Fol. 800. & tergo 801.*

Respondit: Hæc partim ex fama publica, partim autem ex lectione Librorum habeo, & in specie ex Bohuslao Balbino Societatis JEsu Historico, qui citat Patrem Georgium Ferus pariter Societatis JEsu Religiosum, & in his formalibus scribit. *Pridem narraveram, Beatum Joannem Nepomuceni in Bohemia natum esse, ex ea Domo, in qua Joannes natus est, Oppidanorum pietas, Sacellum Beati Joannis honori, statim ab ejus morte excitavit, &c.*

Ad Octavum.

Respondit. Ab eo tempore notitiam habeo eorum, quæ dixi (exceptis Picturis) ex quo Balbinum legi, & ex fama publica.

Ad Nonum.

Respondit. His omnibus autem etiam nihil in contrarium audivi.

§. 9. Omnia contenta in interrogatorio dicit audivisse à Majoribus

XV. Testis. *Ad quintum fol. 826. & 827.*

Respondit. Hæc omnia audivi à meis Antecessoribus, & aliis supra relatis.

Ad Sextum.

§. 10. Existentia Imaginum pictarum in Muro, quas vidit Testis.

Respondit. Meis oculis vidi has Imagines antè annos circitèr septuaginta pictas in Murio illius Domûs in ingressu ad partem dextram, priusquàm converteretur in Ecclesiam; & recordor quando ista Domus diruta fuit, quod illi Muri, in quibus

bus erant pictæ Imagines illæ, aliquot annis steterint exposita pluviis, & injuriis Aëris, sine omni corruptione picturæ, etiam benè recordor, quòd aliæ duæ Domus adjacentes Erasmi Schlesta, & Joannis Nykodem pariter dirutæ, & partim in Ecclesiam, partim in Cæmiterium fuerint conversæ præter Domum Nativitatis Sancti Joannis Nepomuceni, in qua postremò Inquilini habitabant, nempè Joannes Gelinek figulus, &c. & vocabatur Domus ad Joannem Nepomucenum. Et audivi etiam ut supra innui, quòd in hac Domo non fuerit quies, usque dum converteretur in Ecclesiam; quam ædificare cepit bo. mem. D. Comes de Sternberg ante annos septuaginta; posteà verò tempore Irruptionis Suecicæ in parvam partem Pragæ, in manu læsus obiit ex vulnere. Ejus autem Domina Conjux Ludmilla nata Kaurkiana Ecclesiam hanc cœptam absolvit. Benè etiam recordôr, quòd Homines ad Imagines illas in Muro pictas conveniebant, & genuflexi orabant, quia fama erat publica, quòd Imagines illæ fuerint pictæ manu S. Joannis Nepomuceni.

§. 11. Domus, conversa fuit in Ecclesiam.

§. 12. Nemo in d. Domo quietè habitare potuit donec in Ecclesiam conversa est.

§. 13. Fama erat publica, quòd prædictæ Imagines à Servo Dei fuerant pictæ.

Ad Septimum.

Respondit: Hoc semper audivi, & meis oculis vidi particulas Calcis remanentes, & decidentes post præcedentem inalbationem, & Imago Christi Crucifixi semper integra, & apparens permansit, quantumvis circà hanc Imaginem ab inalbatione calx firmiter adhæserit. Murus autem iste ultimatim pro commoditate Cæmiterii dirutus est.

§. 14. Cum aliquis tentâsset dictas imagines dealbare, Testis audivit, id fieri non potuisse quoad Crucifixum, ac subinde vidit calcem decidisse.

Ad Octavum.

Respondit: A pueritia mea, nempè ab annis septuaginta.

Ad Nonum.

Respondit: Nihil de hoc audivi.

XVI. Testis. *Ad quintum fol. 837. & tergo.*

Respondit: A meis Majoribus hoc audivi, & ipse scio, quòd nemo in Domo illa quietè habitare potuerit, nominatim figulus Joannes Gelinck, & Pistor, ambo Cives Nepomuceni, qui ambo Domum illam incoluerunt, verùm sine quiete, & benedictione DEI.

§. 15. Nemo in prædicta Domo habitare quietè potuit, de auditu à Majoribus.

Ad Sextum.

Respondit: Vidi oculis meis omnes illas Picturas in dex-

§. 16. Picturas in Muri

ro vidit Testis, easque audivit à Majoribus confectas fuisse per Servum DEI.

tera parte in ingressu Domûs in Muro factas ab ætate, quando scholam frequentabam, & benè recordor, quòd Sanctus Longinus longam lanceam ad latus Christi Domini direxerit, & de his Imaginibus non solùm defuncta mea Avia Rebecca, tunc octuagenariâ major, verùm etiam alij Cives senes nobis Juvenculis narrabant, quòd pictæ fuerint à S. Joanne Nepomuceno.

Ad Septimum.

§. 17. *Imago Crucifixi dealbari non potuit.*

Respondit: In veritate dicere possum, & ipse oculis vidi, quòd, dum Uxor illius figuli Joannis Gelinek Ludmilla Crucifixum istum calce inalbâsset, ut calx siccata fuit, iterùm dedicit è solo Crucifixo, licèt in alijs partibus ubique, etiam in reliquis picturis calx inhæserit, quod omnes mirabantur.

Ad octavum.

Respondit: Mox à juventute mea, & ante me.

Ad Nonum.

Respondit: Nunquam audivi aliquid in contrarium.

Cum his Testibus concordant III. *Process. Fol.* 678. VIII. *Fol.* 743. IX. *Fol.* 752. *terg.* XII. *Fol.* 787.

Ex Historicis & Processu Pragensi

Num. 23. *Catalogus plurium Prodigiorum, & Miraculorum, quæ ad Sepulchrum B. Joannis, vel ex ejus intercessione patrata fuerunt.*

I. CHristophorus Sluska Palatinus Vendensis in Polonia, cùm pede Sepulchrum Servi DEI per contemptum pressisset, mente turbatus, ignominiam passus fuit. *Scriptor Historicus apud Continuatores Bollandi compulsat. Process. fol.* 592.

II. Wenceslaus Wilhelmus de Raupowa Barò Sectæ Calvinianæ Anno 1619. deridens Cultum Sanctorum vigentem apud Catholicos cum calcâsset prædictum Sepulchrum, exindè egrediens à Templo ipso in limine certior factus est, filium unicum repentè obiisse. *Scriptor Historicus apud Continuatores Bollandi Compulsat. Process. fol.* 695. *Joannes Thomas Pessina in Phosphoro Septicorni compulsat. Process. fol.* 534. *terga.*

III. Angelus quidam Hæreticus Præfectus Epheborum Frideric

rici Palatini olim nuncupati Regis Bohemiæ Anno 1619. dùm præsidet intentatæ demolitioni Cratium ferrearum, quibus circumdatur prænotatum Sepulchrum, in terram prostratus, atroci dolore pedum, aliorúmque membrorum correptus, paulò post ejulans, & blasphemans occubuit; duo verò Artifices in terram paritèr projecti opere se se abstinuerunt. *Scriptor Historicus compulsat. Proc. fol. 595. & seq. Continuatores Bollandi in notis ad eundem Scriptorem litt. E. compulsat. Process. fol. 604. Carolus Caraffa olim Nuncius Apostòlicus in Commentarijs de Germania Sacra restaurata compulsat. Process. fol. 516. & sequent, Joannes Thomas Pessina in Marte Moravico compulsat. Process fol. 613. & in Phosphoro Septicorni ibidem fol. 524. & seq. Georgius Bartholdus Pontanus in Bohehemia Pia compulsat. Process. fol. 578. tergo, Joannes Adlsreiter part. 3. Annalium Bogiæ Gentis lib. 5. pag. 80. Extractus quarundam litterarum impressus Anno 1620. compulsat. Process. Fol. 620. compulsat Process. Fol. 538. I. Testis Proc. Fol. 656.* III. *Fol. 681. tergo* IV. *Fol. 693. terg.* VI. *Fol. 719. tergo* VIII. *Fol. 746.* IX. *Fol. 755. terg.* X. *Fol. 767.* XIV. *Fol. 816.* XVI. *Fol. 840.* XX. *Fol. 887. tergo* XXI. *Fol. 888. terg.*

V. Nocte, quæ præcessit celebrem victoriam armis Catholicorum partam adversùs Hæreticos ad Pragæ Mænia Anno 1620. Beatus Joannes visus est convenire in Ecclesia Metropolitana cum alijs Sànctis Patronis Regni Bohemiæ, ac si de republica omnes agitarent Consilium. *Scriptor Historicus apud Continuatores Bollandi compulsat. Process. Fol. 597. Continuatores in notis ad eundem litt. F. compulsat. Process. fol. 608. tergo, Joannes Thomas Pessina in Phosphoro Septicorni compulsat. Process. Fol. 535.*

Magistra Aulæ Uxoris Friderici Palatini ausa contemnere Sepulchrum Servi DEI, improvisò turbine in ipsa Ecclesia vexa-

[illegible], magnâque cum dedecôre Domum reverti cogi-
tur. Scriptor *Historicus, ubi suprà compulsat. Process.*
[illegible] *& tergo. continuatores Bollandi in notis ad eun-*
dem diem. L compulsat. proc. fol. 607. Joannes Thomas Pes-
sina in Phosphoro Septicorni compulsat. proc. fol. 533. tergo.
II. Testis process. fol. 667. V. *fol. 705.* VI. *fol. 717. ter-*
go VIII. *folio 744. tergo*, IX. *fol. 754.* X. *fol. 765. tergo*
XIV. *fol. 815.*

VI. Illustris Matrona indicans se dubitare, an legitimè præsta-
retur Cultus Beato Joanni, invenit de repente in libercula
piarum precum, & Scriniolo illius Imaginem, quàm nun-
quàm viderat, undè ad ejus Altare accedens petiit veniam;
Scriptor Historicus, ubi suprà compulsat. Process. fol. 599. *&*
tergo.

VII. Religiosus Vir imprudentèr Cultum Beati reprobans im-
provisâ ægritudine, artuùmque tremore captus liber non
evasit, nisi priùs votô emissô pœnitentiam egisset. *Scriptor*
ubi suprà compulsat. Process. fol. 600.

VIII. Post acceptam Imaginem Beati Joannis Saxo quidam Se-
ctæ Calvinianæ Martinus nomine fidem Catholicam am-
plectitur, ritèque mox sumptis Sacramentis ex hac vita
decedit. XVIII. *Testis Proc. fol.* 908. *& seq.*

IX. Mulier quædam infirma desperans de sua æterna salute;
Missâ celebratâ ad Sepulchrum Beati Joannis, ad melio-
rem frugem revocatur, & paulò post in Domino requie-
scit. XXI. *Testis Process. Fol.* 913. & *seq.*

X. Anna filia Magdalenæ Zahorzanskianæ Puella annorum
trium cùm ex magnis tumoribus oculorum usum amisis-
set, & adhibitis spatiô sex mensium pluribus medicamen-
tis illum recuperare non potuisset, tandèm appositô illius
oculis pulvere Sepulchri Servi DEI cum aqua mixtô,
elapsis quinque, vel sex horis sana remansit. XXII. *Testis*
Process. Fol. 916. *& seq.*

XI. Faber Murarius, Natione Moravus, captus à Satelliti-
bus ob lethale vulnus propriæ Uxori inflictum, cùm
duceretur ad Carceres, opem Servi DEI implorans,
facilè è manibus illorum dilabitur. XXIV. *Testis Process.*
Fol. 920. *& seq.*

XII.

XII. Therefia Veronica Krebfin laborans in Brachio finiftro ferè incurabili Gangrenâ, nuncupatô Votô in honorem Servi DEI incolumitati reftituitur. XXV. *Teftis Proceff. fol.* 923. *& feq.* XXVI. *fol.* 932. *& tergo, & feq.* XXVII. *fol.* 935. *& feq.* XXVIII. *folio* 938. *& feq.* XXIX. *fol.* 941. *& feq.* XXX. *fol.* 946. *& feq.*

XIII. Joannes Michaël Ulbrecht capitali pænâ damnatus ob cædem Confanguinei, factô Votô in honorem Servi DEI, gratiam liberationis falvô honore, & famâ obtinet à Cæfarea Majeftate. *XXXI. Teftis Proceff. fol.* 950. *& feq.*

XIV. Wenceslaus Butchek noctu delapfus in profundum Puteum, per invocationem Beati Joannis ad partem fuperiorem evadit. *XXXII. Teftis Proc. fol.* 953. *& feq.*

XV. Barbara Roagnerin Virgo nocturnô tempore pertranfiens Vallum Civitatis impetita ab Homine eam volente opprimere, Servi DEI ope imploratâ, mirificè, à periculo præfervatur. *XXXIII. Teftis Proceff. fol.* 955. *& feq.*

XVI. Barbara Uxor Joannis Cafpari Marle gravi oppreffa morbô per triennium, & ultrà, factô Votô unà cum Viro in honorem Servi DEI incolumitatem recuperat, ac prætereà idem Joannes implorans illius patrocinium, liberatur à quibusdam Perfecutionibus. *XXXIV. Teftis Proc fol.* 959. *& seq.*

XVII. Joannes Chriftophorus Basler morbô Epilepticô immunis redditur, poftquàm Votum in honorem Servi DEI emififfet. *XXXV. Teftis Proceff.* 962. *& feq.*

XVIII. Vir quidam morti proximus ex interceffione Servi DEI refumptis viribus accerfiri fibi curat Confeffarium, cui lethalem noxam in pluribus Confeffionibus deliberatè omiffam pandit, paucifque horis decurfis, moritur. *XXXVI. Teftis Proceff. fol.* 665. *& feq.*

XIX. Catharina Bradawiezna nuncupatô Votô impetrat liberationem Filiæ Puellæ, quæ capite inversô fortuitò ceciderat in vas profundum aquæ plenum *XXXVII. Teftis fol.* 968. *seq.*

XX. Vir quidam in ftatu valdè periculofo ob affiduam incontinentiam habens recurfum ad interceffionem Servi DEI obtinet gratiam liberationis ab hujufmodi labe. *XXXVIII. Teftis Proc. folio* 972. *& seq.*

XXI. Catharina Fialowa noctu decidens in Puteum, invocatô

Patrocinio Beati Joannis, libera evadit. *XXXIX. Testis Process. fol. 976. tergo, & seq. XL. folio & 980. & seq.*

XXII. Archidiaconus Joannes Ludovicus Steyer desperatâ salute ob infirmitatem atræ bilis, edito Voto erigendi Statuam in honorem Servi DEI, convalescit. *XLI. Testis Process. fol. 997. & seq XLII. fol. 1003 & seq. XLIII. fol. 1007. & seq.*

XXIII. Rosalia Hodankiana puella sexennis cadens sub Rotam Molendini, ope Servi DEI illæsa præservatur. *XLIV. Process. fol. 1019. tergo. & seq. XLV. fol. 1024. terg. & seq. XLVI. fol. 1030. tergo, & seq. XLVII. fol. 1036. terg. & seq. XLVIII. fol. 1042. terg. & seq. XLIX. fol. 1049. tergo, & seq.*

XXIV. Sæviente Peste anno 1680. in lôcis proximis, Incolæ Oppidi Nepomuci electo Servo DEI in Patronum, omnimodam præservationem consequuntur. *III. Testis Process. fol. 685. VIII. Fol. 748. tergo. XI. fol. 782. XII. fol. 794. XIII. fol. 807. XV. fol. 831. tergo, & 832. XVI. fol. 844. XVII. fol. 856. tergo, & 857. XIX. fol. 868. XXIII Fol. 903.*

Ex Processu Olumucensi.

XXV. Jacobus Felix Pacher laborans sacro Igne in pede, cùm jàm facienda esset ampuratio, emissô Voto in honorem Beati Joannis erigendi Altare, illicò sanatur. *I. Testis Process. fol. 1012. & seq.*

XXVI. Mulier quædam Bukiana intra quinque dies capite plectenda ex intercessione Servi DEI liberationem adipiscitur. *Idem Testis Process. fol. 1014.*

XXVII. Bohemus quidam Hæreticus jaciens Blasphemias adversùs Imaginem Servi DEI, caligine oculorum mulctatur; sed Facti pœnitens, Catholicæ Religionis veritatem agnoscit, ac Hæresim ejurat. *Idem Testis Process. fol 1016.*

XXVIII. Matthias Przibil gravitèr cruciatus oculorum dolore, ita ùt visu arbatus fuerit, invocans Servi Dei auxilium convalescit. *II. Testis Process. fol. 984 & seq.*

XXIX. Vir quidam triennio renitens in Sacra Exomologesi flagitiosam vivendi rationem, quam ducebat Sacerdoti patefacere, implorato Servi Dei adjutorio, tandem confitetur cum animi sui tranquilitate. *III. Testis Process. fol. 986. & seq.*

Ex

Ex Processu Viennensi.

XXX. Josephus Joannes Sattler post emissum Votum ab ejus Matre in honorem Beati Joannis, sanatur à morbo gravi ferè apoplectico. I. Testis Process. *991.* & seq. II. Testis fol. *994.* & seq.

XXXI. Catharina Schonrwisin verbis contumeliosis impetens effigiem Servi Dei, è vestigio balbutiens redditur; posteà verò animadversionem in se factam recogitans, Votum ei nuncupat, pristinâ receptâ loquendi facultate. III. Testis Process. fol. *989.* & seq.

Ex actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi compulsat. Process. fol. 585.

Num. 24. *Scriptores Historici agentes de cultu præstito B. Joanni à tempore antiquissimo, illiusque variis speciebus.*

SCiendum in primis est!; etsi Beati Joannis memoria nullo, neque Sacrificio, neque divino Officio honor, & mos in Templis, (quod sine S. Sedis auctoritate fieri non solet) relinqua tamen omnia, quibus Divorum nomina consecretur, ad Sacrum ejus Tumulum adhiberi; itáque, quoties ad salutandos Bohemiæ Patronos, Vitum, Wenceslaum, Sigismundum, Adalbertum, eorúmque Tumulos in Metropolitana Ecclesia honorandi Proceres, Nobiles, Sacerdotes, Prælati, Canonici, Religiosi, Matronæ, verbo-minimi, maximíque conveniunt, *Beati Joannis* Tumulum nunquam omitti videas. Hìc provoluti in genua supplicant, preces ad DEUM fundunt, ejus opem implorant. Suspensa est ad Tumulum Tabella, Latino, Bòhemico, & Germanico Idiomate, in qua Oratio majusculis litteris ad *Beatum Joannem Nepomucenum* descripta est; eam recitare Populus consuevit. Pendent hinc inde cerea lumina, & varia anathemata, tum *Beati Joannis* Imago radiata. Tumulus Cratibus ferreis duplici ordine præmunitur, laminis depictis, in quibus *Beati Joannis* nomen legitur, additur vox Martyris, & Beati, Lampas ab omni memoria tumulo imminet, ardétque, alias faces cereas ferè quotidiana piorum hominum devotio accendit; earum quædam humani Corporis magnitudinem æquant, his facibus consumptis, novæ aliæ liberalitèr apponuntur

§. 1. *Concursus Personarum cujuscunque conditionis ad Tumulum Beati Joannis*

§. 2. *Oratio affixa eidem Sepulchro.*

§. 3. *Lumina, Anathemata ibidem appensa, & Imago radiata.*

§. 4. *Titulus Beati, & Martyris, & accensio Lampadis, & Cereorum.*

tur ab iis præsertim, qui se ad Beati Joannis Tumulum cæleste aliquod beneficium accepisse lætantur.

§. 5. *Effigies B. Joannis tanquam Patroni in Candelabro ex munificentia Serenissimi Archiducis Leopoldi elaborato.*

Serenissimus Leopoldus Austriæ Archidux Candelabrum perelegans (de quo postea sermo recurret) huic Divo statuit, & in eo Beati Joannis effigiem ceream cum cæteris Bohemiæ Patronis affabrè fieri fecit. Reges, ac Principes nostri Beatum Joannem coluêre semper. Ferdinandus Primus Imperator, quoties Pragensem adiret Ecclesiam, ante hunc Tumulum genua ponebat: idem actitâsse pium Principem Ferdinandum Secundum, atque etiam Tertium multi meminerunt.

§. 6. *Veneratio exhibita Sepulchro Beati ab Augustissimis Imperatoribus.*

Hic Postremus Cardinali Archiepiscopo Pragensi Ernesto Secundo in Consilium vocato, sæpiùs de publico Beati Joannis cultu, déque ejus ab Apostolica Sede petendo Canónismo (ut vocant) egisse narratur, sed piam optimi Cæsaris mentem primum Bella, deindè mors obrupit.

§. 7. *Ferdinandus Tertius statuit promovere Canonizationem B. Joannis.*

Decimo octavò. Jam verò imagines Beati Joannis ære incisæ habentur in manibus, in his, & *Beati titulus Joanni* apponitur, & capiti apex ardens cælesti lumine, ac circumfusis radiis spectatur. Neque honores isti nuper inventi, novíque dici possunt, sed jam ab ipsa statim morte, & ab omni memoria hodiè viventium Hominum, & ab omnibus impensi.

§. 8. *Imagines Joannis cum titulo Beati, aliisque signis Cultûs, qua vigent ab illius obitu.*

In Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Ara quædam est, super eam (ut fieri solet) depictæ in pariete antiquâ manu SS. Bohemiæ Patronorum visuntur Imagines Viti, Wenceslai, Adalberti, ac cæterum, Pictura (quod appositi indicant numeri annorum, & pingendi ipsa ratio Sæculis nostris ignota) centum, & octuaginta annos superat antiquitate.

§. 9. *Imago ab antiquissimo tempore depicta cum signis cultûs, & titulo Sancti inter Bohemiæ Patronos in Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ*

Has ergò inter Imagines Divorum Joannes Nepomucenus palmum sustinet manibus, radiatò capite undíque illustris. Neve dubitare possis, quem cogitavit artifex[, & quem Canonici depingi jusserint, trabalibus litteris titulus legitur *Sanctus Joannes Nepomucenus.* Paucis passibus à Beati Joannis Tumulo in Ecclesia Metropolitana Pragensi Cappella, seù Sacrarium est pretiosis Imaginibus ab arte, & mausolæo Berkarum Baronum Bohemiæ antiquorum spectabile, in eo Sacrario sub marmore prophyretico altè educto conditus jacet Joannes Walscimius secundus ab Ernesto Primo Archiepiscopus Pragensis. In Capellæ Altari venustissimo certis diebus Sacra faciunt Sacerdotes. Altaris titulus ma-

n. propria Caspari, Arsenij Sac. Theologiæ Doctoris, & Ecclesiæ MetropolitanæDecani scriptus hæc habet - *Anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo* 16. *Julij per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Joannem ejus nominis tertium Archiepiscopum Pragensem consecratum est Altare in Capella è regione Sepulchri Beati Joannis de Nepomuk Confessarij in honorem Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Sanctarum Virginum, & Martyrum Luciæ, & Ottiliæ, nec non Sancti Clementis Papæ, & Martyris, & Beati Joannis Nepomuceni, in quo inclusæ sunt istæ Reliquiæ, &c.* - hanc Tabellam Arsenij à se descriptam nuper mihi dedit in manum Reverendissimus D. Thomas Joannes de Czechorod Metropolitanæ ejusdem Ecclesiæ Decanus, Archidiæceseos Pragensis Officialis, &c. Vir Officiô, libris editis, alijsque meritis clarus; eùm que titulum in hanc historiam jussit imponi.

§. 10. Consecratio Altaris in honorem B. Joannis.

Decimo nonò. Jam, & Scriptorum nostrorum omnium in asserendo Beati Joannis Martyriô, & Sanctimonia consensit auctoritas. Videatur Dubravius Olomucensis Episcopus, Hagecius Ecclesiæ Collegiatæ Boleslaviensis Præpositus, pluresque alij. Simon Fagellus Ecclesiæ Collegiatæ Omnium Sanctorum in Castro Pragensi Decanus, qui antè centum, & quod excurrit, annos, de Sanctis Bohemiæ Patronis Hymnos scripsit, typisque vulgavit, Hymnum unum cum titulo *ad Beatum Joannem Nepomucenum* concinnavit, versu pro ætate illa non planè invenustô. Georgius Bartholdus Pontanus Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Præpositus Joannem Nepomucenum *Beatum Martyrem* appellat. Eandem appellationem tribuunt cæteri superiorum ætatum atque etiam hujus nostræ Scriptores, ut Venerabilis Pater Albertus Chanowsky Vir Apostolicus, qualem vita ejus nuper ab amicissimo Viro Rev. P. Joanne Tanner edita satis ostendit, tùm Georgius Ferus ejusdem Societatis, pluresque alij.

§. 11. Consensus omnium Scriptorum, qui de rebus Bohemicis agunt, in asserendo Martyrio & Sanctitate B. Joannis.

§. 12. Hymnus compositus ab antiquo Authore cum titulo Beati.

§. 13. Appellatio Beati communiter à Scriptoribus tributa.

Vigesimò. Pridem narraveram, Beatum Joannem Nepomuci in Bohemia ortum esse. Ex ea igitur Domo, in qua Joannes primam vitæ lucem aspexit, Oppidanorum pietas Sacellum Beati Joannis honori statim ab ejus morte extruxit; traduntque veteres memoriæ, neminem in ea Domo nocturnam quietem capere potuisse, omnesque insomnijs fatigatos semper coactos abscedere, donec ea in Sacrarium versa fuisset. Nostrâ ætate Illustrissimus Baro Franciscus de Sternberg Nepomu-

§. 14. Constructio Sacelli facta in Domo, ubi ortus est B. Joannes à tempore illius obitus.

Concordant cum supradictis Testibus II. *folio* 669. IV. *folio* 694. V. *fol.* 706. *tergo* VII. *fol.* 732. *tergo* VIII. *fol.* 746. *& tergo* IX. *fol* 755. *tergo* X. *fol.* 767. XI. *fol.* 778. XII. *fol.* 790. XIII. *fol.* 804. XIV. *fol.* 840. XVII. *fol.* 853. XIX. *fol.* 865. *terg.* XX. *fol.* 877. *terg.* XXIII. *fol.* 900.

Ex Processu Pragensi.

Num. 22.

Dicta Testium quoad Prodigia facta Domi nativitatis Servi Dei, donec illa in Ecclesiam conversa est, videlicet, quòd nemo quiete inibi habitaverit, & quòd Pictura, manu Servi DEI expressa, de albari nunquam potuerint.

Ad Articulum secundum Interrogatorium qu[illegible] num Process. fol. 354. *& terg.*

UNdè Testis novit publicam vocem, & famam communem, & inconcussam traditionem esse, in Domo Cunarum ejusdem fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni neminem quietè habitare potuisse, donec successu temporis in Ecclesiam verteretur. An Testis id ex propria habeat scientia, an verò pariter à Majoribus suis, qui similiter à Majoribus iterùm suis audiverint?

Interrogatorium sextum.

Viditne Testis hanc effigiem Christi, Sancti Jonnis Evangelistæ, & Sancti Longini, qui in dextero Pariete intrinsecè ad ingressum Domûs reperiebatur, quæ secundùm veterum traditionem manu fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni picta esse dicebatur, an non pariter à Majoribus suis id ipsum habeat?

Interrogatorium Septimum.

Det Testis rationem scientiæ, unde verum esse sciat, hanc Picturam à Possessoribus Domûs in dealbando pariete nunquam ablui potuisse?

Interrogatorium Octavum.

A quo tempore de his omnibus vox publica, & fama communis, & inconcussa traditio habetur?

Interrogatorium Nonum.

Nunquam Testis audivit, his omnibus in contrarium dictum, scriptum, vel aliò modò objectum fuisse? Reflectat se Testis benè.

§. 1.

Affirmat omnia supra dicta contenta in quinto interrogatorio.

I. *Testis ad quintum Process. fol.* 652.

Respondit: Ex lectione Librorum, & relationibus, qui de hoc scribunt.

Ad nonum.

Respondit: In contrarium nihil audivi.

III. *Testis ad quintum. Process. fol.* [illegible]8. *tergo.*

§. 2.

Respondit: Hoc scio, & audivi ex Domo, ubi natus est; ex-

ctam fuisse Ecclesiam, quam vidi, & in illa sœpiùs devotio-
neam peregi in honorem hujus Sancti, ubi semper maxi-
Populi concursus fuit, ità, ut Ecclesia Populum nunquam
e potuerit, an verò in illa Domo, ubi nunc Ecclesia stat,
quietè habitare potuerit, de hoc me non informavi.

Domus supradicta conversa fuit in Ecclesiam, ubi magnus Populi concursus.

Ad Octavum.

Respondit : Audivi hoc à juventute mea, Domum illam
rsam esse in Ecclesiam; de reliquis autem me non infor-

Ad Nonum.

Respondit : Et huic, quod dixi, nunquam aliquid audivi
rarium.

Testis ad Quintum fol. 702, terg. 703.

§. 3. *Conversio Domûs, ut supra in Ecclesiam.*

Respondit : Hoc audivi positivè, quòd ista fuerit Domus
tatis ipsius, ubi nunc stat Ecclesia, & cùm essem Vice-Ca-
ius Regni multis annis visitando Civitates Regias, me in-
ndo, de memorandis in quolibet loco, sempèr, & passim
veneratìonem, & locum nativitatis ejus versum esse in
iam; An verò in eadem domo, nemo quietè habitare po-
, supèr hoc specificè me non reflecto.

Ad Nonum.

Nil fuit auditum in contrarium.

Respondit : Nihil unquam in contrarium, sed sempèr ve-
onem, & Cultum hujus Sancti.

. *Testis ad quintum Process. Fol. 729.*

§. 4. *Deponit de Prodigiis in Interrogatorio ut suprà expressit, de auditu à civibus Nepomuci.*

Respondit : Hæc audivi ab Incolis Nepomucensibus, dum
fuissem antè complures annos, qui mihi locum mon-
t, & hæc ipsa narrârunt.

Ad sextum.

§. 5. *Existētia Crucifixi à Servo DEI picti in muro supradictæ Domûs.*

Respondit : Dum transirem Nepomucum, mihi Incolæ
rabant in pariete Domûs, quæ nunc in Ecclesiam versa
ctum Crucifixum, quem referebant, pictum esse manu S.
is Nepomuceni, & ab illo tempore adhuc extare; De re-
Picturis, aut Imaginibus non recordor, ut aliquid dixis-

Ad septimum.

§. 6. *De fama communi, & traditione in loco, & quòd ni fuerit auditum in contrarium.*

Respondit. Ex fama, in Loco Nepomuci perseverante.

Ad Octavum.

Respondit : Referebant Incolæ Viri grâves, & annosi, sem-
duràsse hanc traditionem, & famam, de ætate in ætatem.

Ad

dinariorum) contradictione Sanctum, Beatum, & Martyrem nominatum fuisse?

Interrogatorium quadragesimum quartum.

An Testis id ipsum, non tantùm à Majoribus suis, sed etiam ab alijs grandævæ ætatis Viris audiverit?

Interrogatorium quadragesimum quintum.

An etiam ipse Testis eundem fidelem DEI Servum, semper, & constantèr pro Sancto, Beato, & Martyre habuerit; eundèmque non aliter, quàm Sanctum, Beatum, & Martyrem nominaverit?

I. Testis. *Ad* 23. *fol.* 656. *tergo* 657.

Respondit. Semper sic fuit Fama inconcussa, nèc ullus Ordinariorum, quorum tamen à Cardinali Ernesto ab Harrach incipiendo usque ad modernum Ordinarium sex fuisse recordor, scilicet d. Cardinalem ab Harrach, (qui tamen circitèr Annum 1622. jam Archiepiscopus fuit) Comitem Kolowrath, Matthæum Ferdinandum à Bilenberg, Joannem Fridericum Comitem à Waldstein, Joannem Josephum Comitem Breüner, & modernum Ferdinandum Comitem Kienburg) appellationi Sancti, Beati, & Martyris contradixit.

§. 1. Ex fama publica, ut in Interrogatorio, recensetur, supradicta appellatio absque ulla contradictione Ordinariorum.

Ad 44.

Respondit: Jam dixi superiùs, & adhuc confirmo semper fuisse talem famam, & nunquam eidem fuisse contradictum.

Ad 45.

§. 2. De facto proprio ipsius Testis.

Respondit. Habui semper pro Sancto, Beato, Martyre, & magno Viro DEI, & illum veneratus sum, & veneror pro singulari meo Patrono, eundèmque non aliter, quam Sanctum, Beatum, ac Martyrem nominavi, & nomino.

II. Testis. *Ad* 23. *fol.* 669. *tergo*.

§. 3. Appellatio prædicta ex fama.

Respondit. Sic semper fuit appellatus, & nominatus.

Ad 44.

Respondit. Ab omnibus in toto Regno.

De facto proprio ipsius Testis, ut supra.

Ad 45.

Respondit. Semper habui pro Beato, & Martyre, & omni die invoco ejus Intercessionem, & assistentiam, & habeo ubique ipsius Statuas in meis Dominiis publicis erectas, ad quas luminaria accenduntur, & à meis Subditis ibidem Cultus exhibetur.

§. 4. Appellatio prædicta etiam præcisè à secundo auditu Majorum.

III. Testis. *Ad* 23. *fol* 682. *& tergo*.

Respondit: Ita semper à meis Majoribus audivi, & etiam illi asserebant, se à suis Majoribus id audivisse.

ir eruditissimus, & in Gestis Divorum describendis, & ndis diligentissimus, rerum istarum peritissimus Gode- Henschenius: veneratione Divorum, inquit, à tempore iam unius Sæculi excedente Urbanus Octavus Pontifex ius nihil voluit derogatum, quò minùs perpetua deinceps &c.

e Tannero in Vita Patris Alberti Kanovosky compulsat. in Process. fol. 548.

rratum Martyrium Beati Joannis refert hic Auctor inventionem illius sacri cadaveris, ità inquiens. . §. 22. *Veneratio à tempore Martyri præstitæ, & nunquam interrupta, quamvis in Bohemiæ Regnum Hæresis pervaserit.*

esitum proindè mandato ejus est, quod illic sub aquis la- et, repertùmque venerabile illud Corpus, & in Templo Viti sepultum miraculis etiam quibusdam ad Monumen- is consecutis; quare populi in eum veneratio ità crevit, etsi à Sancta Sede Apostolica (cujus solius est de vera jus Sanctitate sine periculo erroris decernere) nulla ac- authoritas, tantàque ab hæresi per duo Sæcula inter- nt in Bohemia tenebræ, pro Sancto tamen, & vero Mar- semper habitus cultu publico, & appensis ad ejus Sepul- anathematis; adeò ùt ad illud etiam, non secùs, quàm quorum in ea Ecclesia sepultorum Sanctorum monumen- mpas ignem ex pia Serenissimi Leopoldi Guilielmi Aust- chiducis munificentia foveat perpetuum, cujus pientissimi ois etiam mandato Candelabrum æneum opere per quàm tèr elaboratum ibidem super vetustissimi Artificis, & ex cratissimo illo Salomonis Templo Hierosolymæ adhuc item, hodiè a Mediolanensibus spoliis hùc allatam, at- Regum Bohemiæ Gazophylacio hactenùs conservatam itidem æneam erectum, inter reliquorum Sanctorum Sta- iam Beatum Ioannem Nepomucenum supernè ostentat.

§. 23. *Anathemata appensa ad Tumulum.*

§. 24. *Lampa accensa ibidem ex munificentia Serenissimi Leopoldi Archiducis Austriæ.*

§. 25. *Collocatio Imaginis inter Patronos Regni in Candelabro, de quo supra.*

repetit Joannes Thomas Pessina in Phosphoro Septicorni compulsat. Process. fol. 531. tergo.

Ex Processu Pragensi.

iculum decimum tertium Interrogatorium quadragesimum tertium Process. Fol. 359. tergo 360.

Num. 25. *Dicta Testium deponentium, quòd Joannes à tempore immemorabili appellatione Sancti, Beati, & Martyris, exornatus fuerit.*

lectat se benè Testis, an non tantùm à Majoribus suis, ve- m etiam hi Majores iterùm à suis Maioribus audiverint, si- Servum DEI Ioannem Nepomucenum continuè, & sine nque interruptione, vel cujuscunque (præcipuè verò Or-

§. 12. *Denominatio prædicta ut supra, & ex auditu à Viris eximiæ Dignitatis.*

X. Testis. *Ad 43. fol. 767. tergo.*

Respondit: Hoc credo, & sic semper audivi.

Ad. 44.

Respondit: Non tantùm à Majoribus sed etiam à Viris grandævæ ætatis, & indignitate constitutis audivi, proùt erant Bernardus Comes à Martinitz Supremus Burggravius, Comes Wilhelmus à Kolowrat supremus Regni Præfectus, & ab aliis Proceribus Regni, & aliis side dignis Viris.

Ad 44.

§. 13. *De facto proprio.*

Respondit: Semper habui, & colui, & colò pro tali, & dum circumeo in Metropolitana Ecclesia, & alios Sanctos Patronos veneror, & genuflecto, parem devotionem, & cultum adhibeo, & genuflecto ad Sepulchrum Divi Joannis Nepomuceni, & illum prò Patrono colo.

XV. Testis. *Ad 43. fol. 829. tergo.*

Respondit: semper hoc audivi.

Ad 44.

§. 14. *Denominatio prædicta ex auditu etiam secundo, & de facto proprio.*

Respondit: Senes antecessores hoc narrabant meis Majoribus, & isti mihi.

Ad 45.

Respondit: Ah Tenui semper, & tenebò usque ad mortem.

Concordant cum supradictis Testibus, VI. *Process. Fol. 720.* VII. *Fol. 733.* VIII. *Folio 746. terg.* XI. *Fol 778. terg.* XII. *Fol. 791.* XIII. *Fol. 804. terg.* XIV. *Fol. 817.* XVI. *Fol. 840. terg.* XVII. *fol. 853. terg.* XIX. *fol. 860.* XX. *Fol. 878.* XXI. *Fol. 889.* XXIII. *fol. 900.*

Ex Processu Pragensi.

Num. 26. *Dicta Testium enarrantium, quòd Beatus Joannes adscriptus sit ad Patronos Regni Bohemiæ, ad eius concursus Populi die Martyrii anniversaria, & appendantur ana-*

Ad Articulum decimum quintum Interrogatorium quinquagesimum tertium, Process. fol. 360. & 361. tergo.

FTiamne Testis à Majoribus suis audivit, quòd fidelis Servus DEI Joannes Nepomucenus, non minùs, àc alii Sancti Patroni Bohemiæ ab Hominibus cultus fuerit?

Interrogatorium quinquagesimum quartum.

An etiam hi Majores eundem pro Patrono Bohemiæ coluerint?

Interrogatorium quinquagesimum quintum.

An Testis concursum Populi in anniversaria die Martyrii

Ad 45.

Respondit : Omninò, & ipsius auxilium sæpiùs expertus sum; quinimò filium meum juniorem, etiam in hujus Sancti nomine, ordine tertio baptizari curavi.

§. 5. *Defacto proprio ipsius Testis, ut supra.*

IV. Testis. *Ad* 43. *fol.* 694. *& terg.*

Respondit : Audivi hoc à Majoribus, quòd omnibus retrò temporibus in Bohemia nostra Sanctus, Beatus, & Martyr appellatus fuerit, nullô Archiepiscoporum huic contradicente.

§. 6. *Appellatio prædicta ab omni antiacto tempore sine ulla Ordinariorum contradictione.*

Ad 44.

Respondit : Audivi hoc à diversis Senibus, & gravibus Viris.

Ad 45.

Respondit : Semper illum pro tali habui, & habeo, eúmque tanquam Sanctum, Beatum, & Martyrem semper habui, & appellavi.

§. 7. *Appellatio prædicta defacto proprio.*

V. Testis *Ad* 43. *fol.* 706. *tergo.*

Respondit : Hoc semper audivi, sic illum nominari Sanctum, Beatum, & Martyrem, & nunquam ab Ordinariis contradictum.

§. 8. *Denominatus ut supra, nemine ex Ordinariis contradicente.*

Ad 45.

Respondit : Semper ipsum habui pro Viro DEI, & Martyre, & ipsum colo.

§. 9. *Defacto proprio ipsius Testis.*

IX. Testis. *Ad* 43. *fol.* 756.

Respondit : Semper habebatur pro Sancto, Beato, & Martyre, nam proùt supra dixi, Parens meus illum jam Sanctum Beatum, & Martyrem nominavit, & hæc fama Sanctitatis fuit semper constans absque ullius, & etiam Ordinariorum contradictione.

§. 10. *Denominatio prædicta nullo ex Ordinariis opponente.*

Ad 44.

Respondit : Nominavi superiùs jam præter meum Parentem, meos Professores, & in specie Patrem Christophorum Todtfeller Societatis JEsu, qui id haud dubiè à suis Majoribus acceperunt.

Ad 45.

Respondit : Hoc est verissimum, & etiam in ejusdem honorem in Patria mea Altare meis notabilibus expensis erigi curavi,

§. 11. *Defacto proprio Testis, qui ait, se erexisse in Patria Altare.*

X. Te-

§.6. *Cultus B. Joa. tanquam Patroni etiam de auditu à Majoribus.*

Respondit : Audivi, quòd semper in cultu fuerit sicut alii Patroni Bohemiæ.

Ad 45.

Respondit : A quo ergo recordor, semper eum coluerunt, & de hoc etiam narrabatur, quòd Majores nostri eum ùt Patronum Bohemiæ venerati fuerint.

§.6. *Appensio anathematum & signanter oblatio magni Cerei, quotannis fieri solita à viro in magna dignitate constituto.*

Ad 55.

Respondit : Hæc omnia posita vidi oculis meis, id autèm præcipuè recordor, quod bon. mem. Dominus Comes Bernardus de Martinitz, supremus in Regno Burggravius, & primariusLocumtenensRegius multis,& singulis annis magnumCereum, pondus ejus singulis annis unâ librâ augendo, secundùm annos ætatis suæ solitus fuerit ponere intrà Crates super Sepulchrum S. Joannis Nepomuceni.

Nullus unquam contradixit.

Ad 56.

Respondit : Nemo unquam his, quæ in hoc Interrogatorio ponuntur, contradixit, nec à Majoribus, sivè Senioribus quidquam de hoc audivi.

§.8. *Patronus Regni de auditu à Majoribus etiam eximia vota viris.*

V. Testis ad 53. fol. 707. tergo 708.

Respondit : Audivi omninò à Majoribus.

Ad 54.

§.9. *Antequàm Magnates pergant ad Tribunalia, Beatum venerantur.*

Respondit : Omninò jàm dixi, omnes illos MagnatesMartinitzianos, Kolovratianos, Sclavatianos, Wrbnianos, Sternbergianos, semper Sanctum hunc coluisse, & de facto antequàm moderni Magnates ad sua Tribunalia vadunt, Sepulchrum ejus genuflexi venerantur, immo, & ipsi Augustissimi Imperatores, Leopoldus, Josephus, & Carolus, dum Pragæ essent, & sepulchra Sanctorum Patronorum visitarent, etiam sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni adgeniculati, & venerati sunt.

§.10. *Veneratio præstita ab Augustissimis Imperatoribus Leopoldo, Josepho, & Carolo.*

Ad 55.

§.11. *Publica veneratio, adeò ut locus sit angustus, & appensio anathematum.*

Respondit : Vidi venerationem publicam, & solemnem; ità ut locus etiam angustus sit, & populum capere non possit. Anathematha autèm Lampades, & Cerei ab omnibus conspiciuntur, & conspici possunt.

Ad

d ipsum Tumulum viderit, non minùs Anathemata, Lampa-
es argenteas, Cereos maximos appensa, & affixa viderit?

Interrogatorium quinquagesimum sextum.

Undè Testis scit, quòd contra hunc confluxum Populi in
ie anniversaria Martyrii, sicut, & contrà appensiones Anathe-
atum, àc Lampadum, nullus Ordinariorum quidquam dixe-
t, & ut contrà hunc Cultum aliquid oppsitum fuisset, quòd
estis nèc à Majoribus suis quidquam audiverit sed sæpedictum
ultum ab immemorabili tempore quietè toleratum fuisse?

I. Testis. *Ad 53. fol. 657. tergo 658. & tergo.*

Respondit: Jàm sæpiùs dixi, me de hoc audivisse, & fa-
am talem fuisse.

Ad 54.

Respondit. Etiam.

Ad 55.

Respondit: Non tantùm vidi meis oculis die ipsâ concur-
m Populi ad Tumulum ejus, immò de die in diem Lampa-
m, Anathematum, Cereorum, & summum augmentum
ltûs.

Ad 56.

Respondit: Nihil unquam, vel minimum de contradi-
one audivi, imò ut antè dixi, per ipsos Ordinarios semper
ultum fuisse magìs promotum

II. *Testis ad 53. Processf. fol. 670. & à tergò.*

Respondit: Audivi, & est notorium in toto Regno.

Ad 54.

Respondit: Non tantùm Majores mei, sed totum Regnum,
Ego ipse.

Ad 55.

Respondit: omnia vidi, & ipse interfui.

Ad 56.

Respondit: Nèc ab Ordinario, nèc ab ullo alio, nèc à Ma-
ibus quidquam contrarium audivi, & sæpè dictus cultus ab
memorabili tempore semper quietè toleratus fuit, & à toto
gno auctus.

IV. Testis. *Ad 53. fol. 695.*

Re-

themata, & Lampades, Ordinariò non contradicente

§. 1. Beatus Joanes habitus est pro uno ex Patronis Regni etiã à Majoribus.

§. 2. De visu testatur, de concursu, appensione Lampadum, & anathematum, & augmento Cultûs.

De consensu Ordinarii.

§. 3. Patronus Regni de publico auditu etiam à Majoribus, & toto Regno.

§. 4. Concursus ut suprà, etiam de facto proprio.

§. 5. Nemo contradixit venerationi ab immemorabili introducta, & aucta.

§.6. *Cultus B. Joa. tanquam Patroni etiam de auditu à Majoribus.*

Respondit : Audivi, quòd semper in cultu fuerit sicut alii Patroni Bohemiæ.

Ad 45.

Respondit : A quo ergo recordor, semper eum coluerunt, & de hoc etiam narrabatur, quòd Majores nostri eum ùt Patronum Bohemiæ venerati fuerint.

§.6. *Appensio anathematum & signanter oblatio magni Cerei, quotannis fieri solita à viro in magna dignitate constituto.*

Ad 55.

Respondit : Hæc omnia posita vidi oculis meis, id autèm præcipuè recordor, quod bon. mem. Dominus Comes Bernardus de Martinitz, supremus in Regno Burggravius, & primariusLocumtenensRegius multis,& singulis annis magnumCereum, pondus ejus singulis annis unâ librâ augendo, secundùm annos ætatis suæ solitus fuerit ponere intrà Crates super Sepulchrum S. Joannis Nepomuceni.

Ad 56.

Nullus unquam contradixit.

Respondit : Nemo unquam his, quæ in hoc Interrogatorio ponuntur, contradixit, nec à Majoribus, sivè Senioribus quidquam de hoc audivi.

§.8. *Patronus Regni de auditu à Majoribus etiam eximia vota viris.*

V. *Testis ad* 53. *fol.* 707. *tergo* 708.

Respondit : Audivi omninò à Majoribus.

Ad 54.

§.9. *Antequàm Magnates pergant ad Tribunalia Beatum venerantur.*

Respondit : Omninò jàm dixi, omnes illos MagnatesMartinitzianos, Kolovatianos, Sclavatianos, Wrbnianos, Sternbergianos, semper Sanctum hunc coluisse, & de facto antequàm moderni Magnates ad sua Tribunalia vadunt, Sepulchrum ejus genuflexi venerantur, immo, & ipsi Augustissimi Imperatores, Leopoldus, Josephus, & Carolus, dum Pragæ essent, & sepulchra Sanctorum Patronorum visitarent, etiam sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni adgeniculati, & venerati sunt.

§.10. *Veneratio præstita ab Augustissimis Imperatoribus Leopoldo, Josepho, & Carolo.*

Ad 55.

§.11. *Publica veneratio, adeò ut locus sit angustus, & appensio anathematum.*

Respondit : Vidi venerationem publicam, & solemnem; ità ut locus etiam angustus sit, & populum capere non possit. Anathematha autèm Lampades, & Cerei ab omnibus conspiciuntur, & conspici possunt.

Ad

A 65

Respondit : Omnia hæc audivi , & vidi , & nihil in con- §. 12.
rium unquàm , sed semper hic Cultus ab immemorabili tem-
re quietè toleratus fuit , & perseverat,

Nunquam contradictum fuit venerationi, quæ assiduè perseverat.

XIV. *Testis ad* 53. *fol.* 818. *& tergo.*

Respondit : Audivi cultum fuisse , & de facto collitur.

Ad 54.

Respondit : Etiam.

§. 13.
Cultus B. Joannis uti Patroni Regni.

Ad 55.

Respondit : Vidi copiosissimè , & ferè majorem Cultum , §. 14.
que affluxum populi , quàm in festo aliorum Sanctorum Bo-
miæ Patronorum ; siquidem ad summa aurora hujus diei us-
e ad profundum meridiem, nec non per totam octavam Mis-
sacrificia celebrantur , & frequentissimus Pœnitentium , &
charistiam sumentium numerus cernitur. Et hinc credo ,
òd illa fama Sanctitatis satis sit fundata , cùm tot homines §. 15.
nis generis, status , sicut , & ætatis eò confluant , & absque
ni dubio notitiam hujus Sanctitatis à suis Antecessoribus , &
ajoribus habeant.

Populi concursus Major die anniversaria B. Joannis , quàm aliorum Patronorum Regni.

Ratio famæ Sanctitatis benè fundata.

Ad 56.

Respondit : Si quid contradictum fuisset concursui , aùt ap-
nsioni Anathematum ab Ordinarijs , fuisset factus immediatè
mor in populo , & sic non solùm Ego , qua primas Senatûs
bici , sed etiam Populus de tali oppositione , vel contradictio-
Ordinariorum notitiam habuisset , quod autem nunquam
ctum esse scio.

Nunquam Ordinarii contradixerunt.

XV. *Testis ad* 55. *fol.* 830. *& tergo.*

Respondit : Hôc die quidem Pragæ nunquàm fui , audivi §. 16.
tèm , quòd Pragæ illo die magna soleat esse solemnitas. Apud
os etiam Nepomuci à tempore Ecclesiæ ædificatæ devotio de
no in annum crevit , & etiamnùm crescit , ità ut illo die non
ùm domestici , sed etiàm ex alijs vicinis , & remotis Locis
tus populus processionalitèr concurrat , ut neque in Ecclesia,
que in Cæmeterijs satis ei locus sufficiat, ibique Confessionem
Sacram Communionem peragunt. Et nunquam quis per
pomucum transit , quin Sanctum in Ecclesia veneretur.

Magnus Populi concursus ad Ecclesiam Nepomuci constrmatum continuo Cultûs augmento.

Nunquam fuit contradictum ab Ordinario.

Ad 56.

Respondit : Hoc non audivi , nàm hæc fama , & Cultus ab
memorabili tempore duravit , & semper augetur,

Concordant cum supradictis Testibus I. Process. fol. 668. terg. VI. fol. 721. terg. VII. fol. 735. IX. fol. 757. terg. XI. fol. 780. XII. fol. 792. terg. XIII fol. 806. XIV. fol. 819. XV. fol. 830. tergo XVI. fol. 842. terg. XIX. fol 867. XXI. fol. 890. XXIII. fol. 901. tergo.

Ex Processu Pragensi.

Num. 28. *Concursus tàm Cleri sæcularis quàm regularis ad Sepulchrum Servi DEI, etiam ex auditu à Majoribus, cum approbatione Ordinariorum.*

Ad Articulum decimum septimum Interrogatorium quinquagesimum nonum Process. fol. 361. tergo 364.

A Quo tempore Testis recordatur, Clerum tàm Sæcularem quam Regularem ad Tumulum ejusdem fidelis Servi DEI in genua procidere, & ejus opem, ac Patrocinium invocare?

Interrogatorium sexagesimum.

Audivitnè Testis à Majoribus suis, quòd jàm etiam tempore illorum, Clerus tám Sæcularis, quàm Regularis ad hunc fidelem Servum DEI patrocinium rogaturus confluxerit. Et verum nè est, quòd omnes Ordinarii illud scientes toleraverint.

Ad Articulum decimum octavum Interrogatorium sexagesimum secundum. Process. fol. 362.

Etiamne hi Majores Testi narraverunt, quòd jam tempore illorum tàm Sæcularis, quàm Regularis clerus ad Tumulum fidelis Servi DEI Nepomuceni beneficia petiturus recurrerit?

§. I. *Concursus prædictus à pueritia Testis, & quoad tempus antecedens ab auditu à Majoribus, cum approbatione Ordinariorum.*

Ad 59. fol. 658. & 659.

I. *Testis Respondit*: Sicut dixi, jàm antè à pueritia mea.

Ad 60. *Respondit*: Sic semper, & non alitèr audivi, & non tantùm audivi hunc cultum ab Ordinariis tolerari, sed approbari, & promoveri.

Ad 62. *Respondit*: Omninò hæc narrari audivi.

IV. *Testis ad 59. Fol. 696.*

§. 2. *Concursus prædictus. De auditu à Majoribus Archiepiscopi semper tollerarunt.*

Respondit: A tempore, quo Pragæ dego, id recordor.

Ad 60.

Respondit: Audivi hoc à Majoribus, quòd jam temporibus ipsorum tàm Ecclesiastici, quàm Regulares ad Sepulchrum ipsius eum coluerint, tolerantibus id semper Archiepiscopis.

Ad 62.

Respondit: Hoc verum est.

§. 3. *Concursus prædictus de auditu à Majoribus & aliis grandævis.*

XVI. Testis ad 59. fol. 842. tergo 843.

Respondit: Quòd Clerus ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni concurrat, ejusque patrocinium imploret, ab infantia mea audivi à meis Majoribus, & alijs grandævis, & benemeritis Civibus. Ad 60. Re-

Respondit : Candelabrum illud jam antè meam memoriam §. 4.
tit supra sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, & hodiè- *Existentia d.*
n stat cum figuris Sanctorum Patronorum Bohemiæ, inter *Candelabri ab*
os est etiam Sanctus Joannes Nepomucenus cum Libro, & *antiquo tempore*
lma. *cum signis Patronorum Bohemiæ.*

Ad 58.

Respondit : Hoc audivi, quòd pars inferior, nimirùm pes §. 5.
jus Candelabri, allata fuerit Mediolanô, proveniens ex tem- *Basis dicti Can*
Salomonis Hierosolymis, & contra appositionem hujus *delabri allata*
ndelabri nullus Dominorum Archiepiscoporum quidquam *dicitur ex Tem-*
ponebat. *plo Hierosolymitano*
V. Testis. *Ad* 57. *fol.* 708. *& tergo.* *Nemo contradi*
Respondit : Candelabrum audivi appositum esse, & etiam *xit illius reten*
li cum alijs signis. *tioni.*

§. 6.

Ad 58.

Respondit : Quis apposuerit illud Candellabrum, non re- *Retentio Canda*
rdor, nullus autem in contrarium quidquam opposuit. *labri cum signis*
VIII. Testis *ad* 57. *fol.* 747. *tergo* 748. *de visu & audi*
Respondit : Quando fit appositum hoc candelabrum, non *tu.*
cordor, sed à mea memoria semper stabat, proùt in Interroga- *Nemo unquam*
rio habetur. Super quod candelabrum piè defunctus Domi- *contradixit.*
s meus Excellentissimus D. Comes de Martinitz supremus §. 7.
urggravius Bragensis per omnes annos, quibus ei servivi, sep- *Appositio Cande*
m Cereos, singulos dimidiæ libræ apponi curavit, & his con- *larum per spati*
mptis, alios surrogavit, quod mihi per integros annos viginti *um plurium an*
tum est. *norum facto in dicto Candelabro ita jubente Viro primariæ Dignitatis.*

Ad 58.

Respondit. Audivi, quòd pes, seù pars inferior hujus cande- §. 8.
bri ex Templo Hierosolymitano allata sit Mediolanum, indè *Basis dicti Can*
ragam, & supra sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni posi- *delabri allata*
, & nemo, ne quidem è Dominis Archiepiscopis in hoc fuit *ex Templo Hiero*
ntrarius. X. Testis *Ad* 57. *fol.* 769. *solymitano ut supra §. 4. De visu.*
Respondit. Vidi, & video hoc candelabrum appositum esse, §. 9.
recordor, me legisse, quòd dicatur pes illius candelabri esse *Existentia d.*
latus ex Templo Hierosolomitano, seù Salomonis. Reliquum *Candelabri, ut*
erò candelabrum cum Statuis Sanctorum Patronorum apposi- *supra §. 4. & 6.*
s (inter quas etiam reperitur Statua Sancti Joannis Nepomuce- §. 10.
i cum palma & libro) curatum fuisse ab Archiduce Leopoldo. *Effig. B. Joannis in eo apposita.*
Ad 58. *Respondit* : Nihil audivi, & nihil mihi de hoc est no-
um.

Concordant cum supradictis Testibus I. Process. fol. 668. terg. VI. fol. 721. terg. VII. fol. 735. IX. fol. 757. terg. XI. fol. 780. XII. fol. 792. terg. XIII fol. 806. XIV. fol. 819. XV. fol. 830. tergo XVI. fol. 842. terg. XIX. fol 867. XXI. fol. 890. XXIII. fol. 901. tergo.

Ex Processu Pragensi.

Num. 28. Concursus tàm Cleri Saecularis quàm regularis ad Sepulchrum Servi DEI, etiam ex auditu à Majoribus, cum approbatione Ordinariorum.

Ad Articulum decimum septimum Interrogatorium quinquagesimum unum Process. fol. 361. tergo 364.

A Quo tempore Testis recordatur, Clerum tàm Saecularem, quàm Regularem ad Tumulum ejusdem fidelis Servi DEI in genua procidere, & ejus opem, ac Patrocinium invocare?

Interrogatorium sexagesimum.

Audivitnè Testis à Majoribus suis, quòd jàm etiam tempore illorum, Clerus tám Saecularis, quàm Regularis ad hunc fidelem Servum DEI patrocinium rogaturus confluxerit. Et verum nè est, quòd omnes Ordinarii illud scientes toleraverint.

Ad Articulum decimum octavum Interrogatorium sexagesimum secundum, Process. fol. 362.

Etiamne hi Majores Testi narraverunt, quòd jam tempore illorum tàm Saecularis, quàm Regularis clerus ad Tumulum fidelis Servi DEI Nepomuceni beneficia petiturus recurrerit?

§. 1. Concursus praedictus à pueritia Testis, & quoad tempus antecedens ab auditu à Majoribus, cum approbatione ordinariorum.

Ad 59. fol. 658. & 659.

I. *Testis Respondit*: Sicut dixi, jàm antè à pueritia mea.

Ad 60. *Respòndit*: Sic semper, & non alitèr audivi, & non tantùm audivi hunc cultum ab Ordinariis tolerari, sed approbari, & promoveri.

Ad 62. *Respondit*: Omninò haec narrari audivi.

IV. *Testis ad 59. Fol. 696.*

§. 2. Concursus praedictus. De auditu à Majoribus Archiepiscopi semper tollerarunt.

Respòndit: A tempore, quo Pragae dego, id recordor.

Ad 60.

Respondit: Audivi hoc à Majoribus, quòd jam temporibus ipsorum tàm Ecclesiastici, quàm Regulares ad Sepulchrum ipsius eum coluerint, tolerantibus id semper Archiepiscopis.

Ad 62.

Respondit: Hoc verum est.

§. 3. Concursus praedictus de auditu à Majoribus & aliis grandaevis.

XVI. Testis ad 59. fol. 842. tergo 843.

Respondit: Quòd Clerus ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni concurrat, ejusque patrocinium imploret, ab infantia mea audivi à meis Majoribus, & alijs grandaevis, & benemeritis Civibus. Ad 60.

Re-

Respondit : Narrabant, quòd jàm ipsorum ætate hìc Pragæ agni Cleri, & Populi frequentia fuerit, nàm Avus meus Erasusschlechta decrepitus Senex, dùm me Puerò Pragæ Domum vertebatur, referebat, quòd ad Sepulchrum Sancti Joannis epomuceni magna fuerit celebrata solemnitas, & devotio; & ca Sepulchrum ejus magnos, & multos Cereos positos, & dentes reperiri. §. 4. *Idem cõcursus & accensio Cereorum.*

XXI. *Testis ad* 59. *fol.* 890. §. 5.

Respondit : Hoc à juventute mea semper, & constanter cordor. *Concursus prædictus.*

Ad 60. §. 6.

Respondit : Non dubito, quin tempore Majorum meorum ncursus Cleri fuerit ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuni, nùm hæc devotio tempore juventutis meæ non incœpit, l proùt palàm referebatur, fuit antiqua devotio, cui nullus ominorum Archiepiscoporum contrarius fuit. *Initium d. concursus ab antiquo tempore, qui nemo Archiepiscoporũ contradixit.*

Ad 62.

Respondit : Publicè hoc narrabatur quòd ab antiquo Sepulchrum Servi DEI tam à Clerò, quàm à Sæcularibus devotè visatur, & honoretur. *De voce publica.*

Concordant cum supradictis Testibus II. *Process. Fol.* 761. *I. Fol.* 684. *V. Fol.* 708. *tergo, VI. Fol.* 721. *tergo* 722. *VII. Fol. 5. terg VIII. Fol.* 748. *IX. Fol.* 757. *à terg. X. Fol.* 769. *terg. I. Fol.* 780. *terg. XII. Fol.* 793. *XIII. Fol.* 806. *XV. Fol.* 719. *V. Fol.* 831. *XVII. Fol.* 855. *tergo XX. Fol.* 880. *XXIII. Fol.*

Ex Processu Pragensi.

Num. 29. *Dicta Testium de appensione Anathematum ad Sepulchrum B. Joannis ab antiquissimo tempore, non contradicente Ordinariò.*

d Articulum vigesimum secundum Interrogatorium septuagesimum sextum. Process. fol. 364.

Quo tempore Testis recordatur, ad Sepulchrum sæpius dicti servi DEI Joannis Nepomuceni pro contestatione, & tiarum actione obtentorum beneficiorum plurima pendere athemata?

Interrogatorium septuagesimum septimum.

An Testis à suis Majoribus audiverit, quòd etiam ab anti- ad sæpedictum Tumulum anathemata appensa fuerint?

Interrogatorium septuagesimum octavum.

An non aliquando Ordinarii Loci his appensionibus Anathematum contradixerint, eáque removeri jusserint?

§ 1. *Recordatur appensionis Anathematum & de auditu à Majoribus.*

I. *Testis ad 76. fol. 660. tergo.*

Respondit: A pueritia mea.

Ad 77.

Respondit: Audivi, ut superius dixi.

Ad 78.

Respondit: Me sciente nunquam.

§. 2. *Appensio prædicta d. visu ab usu rationis & de auditu à tempore immemorabili.*

II. *Testis ad 76. fol. 672. tergo 673.*

Respondit: Vidi, à quo usum rationis habeo.

Ad 77.

Respondit: Audivi, ab immemorabili tempore jam fi appensas Lampades, & Anathemata.

Ad 78.

Respondit: Nunquam.

§. 3. *Appensio prædicta de visu, & auditu à Majoribus.*

V. *Testis ad 76. fol. 710. & tergo.*

Respondit: Semper à quo veni Pragam ad studia, vid nerationem, Cultum, & appensionem Anathematum.

Ad 77.

§. 4. *Principium ejusdem appensionis ab obitu B. Joannis. Nemo contradixit.*

Respondit: Audivi hoc à Majoribus jam antè recensi & est probabile, quòd Cultus ipsius, & veneratio, initium fu serit immediatè post ipsius demersionem; ratio enim id dic eò quòd Cælum tùnc per apparentiam Luminum hujus Sanctitatem approbaverit.

Ad 78.

Respondit: Nihil audivi in contrarium, sed semper des, honorem, & venerationem hujus Sancti.

§. 5. *Appensio prædicta de visu, & de auditu à Majoribus, nemine contradicente.*

VI. *Testis ad 76. fol. 724.*

Respondit: A quo judicium habeo, & à pueritia me cordor, ibidem ad Sepulchrum pendere Anathemata, & obtentorum beneficiorum.

Ad 77.

Respondit: Audivi etiam hoc à Majoribus meis.

Ad 78.

Respondit: Nihil audivi hac de re.

IX. Testis *ad 76. fol. 759. tergo.*

Respondit: Recordor à Pueritia mea fuisse ibidem appensa jàm Anathemata, & signa obtentorum, quæ successu temporis in ingentem numerum excreverunt. §.6. *Apensio prædicta Anathematum, illorumque ingens augmentum*

Ad 78.

Respondit: Nihil horum unquàm contigit. *Nemo contradixit.*

XV. *Testis ad 76. Processf fol. 832. tergo.*

Respondit: Hoc recordor à septuaginta annis, dum prima vice fuissem Pragæ, quòd talia Anathemata fuerint appensa. §. 7. *Appensio prædicta de visu per septuaginta annos, & de auditu à Majoribus, nec in contrarium aliquid auditum*

Ad 77.

Respondit. Hoc audivi.

Ad 78.

Respondit: Ah! hoc non audivi.

XVI. *Testis ad 76. Processf. 845. & tergo.* §. 8.

Respondit. Prout antecedentèr dixi, recordor ab annis plusquam quadraginta à primo meo Pragam adventu. *Appensio prædicta de visu, & auditu ab ejus Patre.*

Ad 77.

Respondit. Audivi hoc à defuncto meo Avo Erasmo Schlechta, dum Pragæ fuissem sæpius, & narrabat, quòd à memoria sua, tam Cerei Magni, quàm etiam Anathemata, & Lampades ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni pependerint. Ad 78.

Respondit. De hoc nihil penitùs audivi. *Nil auditum in contrarium*

XIX. *Testis ad 76. Processf. fol. 869. tergo.* §. 9.

Respondit. Ab ipsa juventute mea. *Prædicta appensio Anathematum de visu, & auditu diuturno tempore*

Ad 27.

Respondit. Hoc audivi, quòd jam longò tempore ante ætatem nostram similia signa, & anathemata fuissent appensa.

Ad 78.

Respondit. Hoc nunquam audivi, nec vidi aliquid remotum fuisse. *Nil fuit auditum in contrarium.*

Concordant cum supradictis Testibus III. *Processf. fol. 686. IV. fol. 697. terg. fol. 738. VIII fol. 749. X fol. 771. terg. XI fol. 783. XII. fol. 793. tergo XIII. fol. 808. tergo XV. fol. 821. XVII. fol. 857. terg. XX. fol. 882. XXI. fol. 891. XXIII. fol. 904.*

Ex

Nil auditum in contrarium.

Ad 49.

Respondit, Nihil in dubium, aut in contrarium únquàm audivi.

Ad 50.

Respondit. Nihil planè scio.

§. 9. Statua Servi Dei olim collocata in Medio Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, & successu temporis renovata.

X. Testis ad 46. fol. 768. & tergo.

Respondit: Hoc verum est, & vidi, & inveni in Medio Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ apud Altare Sanctæ Barbaræ è regione Cathedræ circa annum 1624. erectum cum alijs Patronis Regni stantem Statuam hujus Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, & dum annò 1617. hoc Altare Sanctæ Barbaræ, cum scitu Ordinarij Loci, & Metropolitani Capituli novum fieri curavi, quatuor deindè Missæ sacrificijs fundatum, hic idem Sanctus Joannes Nepomucenus, locò prioris Statuæ pictus permanet, & honoratur.

§. 10. Imagines, & Statua B. Joannis in multis locis sacris existentes, & signanter una depicta in Ecclesia Metropolitana. Nulla adfuit contradictio.

Ad 47.

Respondit. Non possum me reflectere. Ego autem vidi multas Ecclesias, Capellas, Altaria, Imagines pictas, & sculptas venerationi hujus Sancti extructas; & etiam picta Imago extat hujus Sancti inter reliquos Patronos Regni Bohemiæ in Metropolitana Ecclesia super Portam Occidentalem, quæ picta fuit à tempore Ferdinandi I.

§. 11. Imagines prædictæ.

Ad 49.

Respondit: Ah! Nullus.

Ad 50.

Respondit. Non memini.

§. 12. In Ecclesia Metropolitana.

XIII. Testis ad 46. fol. 804. tergó 805.

Respondit: Et audivi, & vidi.

§. 13. Alia Imago in Sacello Novitiatûs Patrum Jesuit. Nulla adfuit contradictio vel impugnatio in scriptis.

Ad 47.

Respondit. Omninò loca locorum mihi exhibuerunt, & vidi, nempè in Ecclesia Metropolitana suprà Portam Occidentalem pictus est Sanctus Joannes Nepomucenus inter cæteros Sanctos Bohemiæ Patronos cum talibus signis Sanctitatis Picturâ veteri. Item alia vetusta Imago hujus Sancti ostensa est mihi, dum ad Novitiatum venissem in nostro Sacello domestico, quæ hodièdum extat.

Ad 49. *Respondit*. Nunquàm audivi.

Ad 50.

Re-

Respondit. Nunquam absolutè audivi. §. 3. *Imagines ut supra d. visu & audit.*
. Testis ad 46. fol. 669. tergo 670.
Respondit. Sic est, sic audivi, & vidi.
Ad 74.
Respondit. In Ecclesia Metropolitana hic Pragæ, & in plu- §. 4. *Reperiuntur d. Imagines in Ecclesiis & in locis profanis. Nemo contradixit.*
us alijs locis Sanctis, & profanis Ædibus.
Ad 49.
Respondit. Nemo, sed benè veneratus.
Ad 50.
Respondit: Non audivi, nèc legi. §. 5. *Prædictæ Imagines ut supra de visu, & auditu.*
I. Testis ad 46. fol. 682. tergo 683.
Respondit. Omninò sic vidi, & sic audivi pictas, & sculptas
agines fuisse cum Radiis, Palmis, & Crucifixô in manibus
ncti.
Ad 47. §. 6. *De fama Picturæ dd. Imaginum, tam in Ecclesiis, quàm in profanis ædibus. Nunquam contradictum fuit, vel scriptum in contrarium.*
Respondit: Sic semper fuit communis fama de tali Pictu-
, habitas fuisse sic pictas, aut sculptas, tàm in diversis Eccle-
, quàm etiam in Domibus privatis.
Ad 48.
Respondit. Jam dixi, tàm in Ecclesijs, quàm in Ædibus
ivatis.
Ad 49.
Respondit. Nunquàm quidquam in contrarium meâ vitâ.
Ad 50.
Respondit. Nihil de contradictione aliqua positivè scio. §. 6. *Imagines, & Statuæ ut supra de visu & auditu à Majoribus.*
V. Testis ad 46. fol. 720. tergo 721.
Respondit. Sic audivi à Majoribus meis, & sic semper vidi
ngi Imagines, & Statuas erigi cum similibus signis Sanctitatis.
Ad 47.
Respondit. Tales Imagines Majores mei mihi domi Puero §. 7. *In præmium data Pueris à scolarum Magistris.*
xhibuerant, & paritèr in scolis inferioribus mihi sæpiùs tales
nagines monstratæ, & mihi in præmium à Professoribus datæ
ierunt.
Ad 48.
Respondit. Non tantùm in Ædibus profanis, sed etiam in §. 8. *Posita reperiebantur tempore antiquo in Ecclesiis Ædibus profanis.*
psis Ecclesiis similes Imagines Sancti hujus mihi Præceptores
nei indigitabant, & monstrabant, & etiam jam tempore Majo-
um meorum tales Imagines publicè positæ extiterunt.

terg. V. fol 737. VII fol. 733. terg. 734. VIII. fol. 747. IX. fol. 756. terg XI. fol. 779. XII. fol. 798. tergo XV. fol. 829. tergo XVI. folio 840. tergo XIX. folio 886. XX. fol. 879. XXI. fol. 889. XXIII. folio 900. tergo.

Num. 31. *Hymnus, & Oratio, quæ recitatur in honorem B. Joannis.*

Ex Libro Hymnorum Sacrorum de Beata Virgine, & Sanctis Patronis Regni Bohemiæ apud Georgium Bartholdum Pontanum edito anno 1602. compulsat. Proc. fol. 144. à ter. & seq.

De S. Joanne Nepomuceno Canonico Pragensi Martyre.

HYMNUS.

Hymnus.

INter tot celebres, Zechia quos colit,
Patronos, minimus non celebraberis
Votis Jan: Sacer, Presbyter optimè,
Prognate è Nepomutio.
Non vitam, studium, non cano cætera
In te magnifica, & quòd fueris Pius
Prælatus penès hanc Metropolim Sacram
Ædem, & tam Venerabilis.
Majus, quod memeror, quòdque Bohemia
Mirè nostra colit, vix Regio extera
Huic novit simile: huic novimus, ecquis
Est Confessarius optimus.
Wenceslaus iners luxurians nimis
Indulgens varijs tantus ineptijs
Rex à multibona conjuge carpitur.
Secretò tamen, & piè.
Hostis consilij judicijque inops
Execratur opus tam meritorium;
Uxoremque suam, Presbyterum dein
Te, Sanctissimum in omnibus;
Vult dici sibimet crimina Conjugis,
Quæ majora suæ, sic caperet necis
Causam multiplicem, tolleret impiè
Uxorem indè pijssimam.
Respondes misero, Presbyter optime,
Non sunt nota mihi crimina Conjugis:
Quòd, si nota quidem, non licitum mihi
Hæc concredita prodere.
Rex actus furiis, Carcere condier
Torquerique jubet Presbyterum bonum;
Verùm corde premit summa silentia.
Confessarius optimus.
Cùm nil proficeret, flumine mergier

Cæca nocte jubet, plurima protinùs
Lux undis rutilat nuncia Corporis
Servati, & fidei suæ.
Agnoscit scelus hoc Rex reus omnium,
Discedítque aliò crimine turbidus;
Accurrit Populus, tollit in æthera
Hæc Miracula maxima.
Prælati roseum Corpus, ut auferunt,
Antè Aras Mariæ in Metropolim suam
Condunt, & Tumulum marmore muniunt
Cum magna reverentia.
Discas Presbytero crimina credere,
Non ulli ista homini pandere, Presbyter,
Et tu disce, DEI, qui geris hìc vices;
Hæc Ecclesia præcipit.
Signis mirificis hæc DEUS approbat,
Qui lædit leviter marmoreum locum,
Ridet Reliquas, sustinet hac die
Certum opprobrium ut impius.
O! fulgens superis Martyr honoribus
Hoc per Martyrium, per meritum tuum
Nos audi, petimus, respice Sydere
Da patrocinium tuum.
Ut, qui te colimus, simus ab omnibus
Securi opprobriis, nec nisi crimina
Confessi, has animas, fata ubi postulant,
Emittamus in æthera.
Sit laus summa Patri, gloria Filio,
Sancto Spiritui, gloria Numini
Trino, unique decus, gratiæ & actio
Sit Sæcula in omnia.

In Actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi extat sequens Oratio, quam tribus Linguis, Bohemicâ, Germanicâ, & Latinâ, Sepulchro Beati Joannis affixam Populus piè recitare consuevit; compulsat. Proc. fol. 601. terg.

Beate Joannes Martyr, ac Patrone, Nepomuci in Regno Bohemiæ oriunde, Templi Sancti Viti in Arce Pragensi Canonice, eò quòd ad instantiam Wenceslai Quarti Regis, ulcisci se de Conjuge, sæpè illum de vita corrigenda monente, volentis, quæ *Oratio.*

terg. V. fol 727. VII fol. 733. terg. 734. VIII. fol. 747. IX. fol terg XI. fol. 779. XII. fol. 798. tergo XV. fol. 829. terga XVI 840. tergo XIX. folio 886. XX. fol. 879. XXI. fol. 889. XXIII 900. tergo.

Num. 31. Hymnus, & Oratio, quæ recitatur in honorem B. Joannis.

Ex Libro Hymnorum Sacrorum de Beata Virgine, & S. Patronis Regni Bohemiæ apud Georgium Bartholdum tanum edito annô 1602. compulsat. Proc. fol. 544. à te. &

De S. Joanne Nepomuceno Canonico Pragensi Martyre.

HYMNUS.

Hymnus.

INter tot celebres, Zechia quos colit,
Patronos, minimus non celebraberis
Votis Jan: Sacer, Presbyter optimè,
Prognate è Nepomutio.
Non vitam, studium, non cano cætera
In te magnifica, & quòd fueris Pius
Prælatus penès hanc Metropolim Sacram
Ædem, & tam Venerabilis.
Majus, quod memeror, quòdque Bohemia
Mirè nostra colit, vix Regio extera
Huic novit simile: huic novimus, ecquis
Est Confessarius optimus.
Wenceslaus iners luxurians nimis
Indulgens varijs tantus ineptijs
Rex à multibona conjuge carpitur.
Secretò tamen, & piè.
Hostis consilij judicijque inops
Execratur opus tam meritorium;
Uxoremque suam, Presbyterum dein
Te, Sanctissimum in omnibus;
Vult dici sibimet crimina Conjugis,
Quæ majora suæ, sic caperet necis
Caussam multiplicem, tolleret impiè
Uxorem indè pijssimam.
Respondes misero, Presbyter optime,
Non sunt nota mihi crimina Conjugis:
Quòd, si nota quidem, non licitum mihi
Hæc concredita prodere.
Rex actus furiis, Carcere condier
Torquerique jubet Presbyterum bonum;
Verùm corde premit summa silentia,
Confessarius optimus.
Cùm nil proficeret, flumine mergier

Cæca nocte jubet, plurima protinùs
Lux undis rutilat nuncia Corporis
Servati, & fidei suæ.
Agnoscit scelus hoc Rex reus omnium;
Discedítque aliò crimine turbidus;
Accurrit Populus, tollit in æthera
Hæc Miracula maxima.
Prælati roseum Corpus, ut auferunt,
Antè Aras Mariæ in Metropolim suam
Condunt, & Tumulum marmore muniunt
Cum magna reverentia.
Discas Presbytero crimina credere,
Non ulli ista homini pandere, Presbyter,
Et tu disce, DEI, qui geris hìc vices;
Hæc Ecclesia præcipit.
Signis mirificis hæc DEUS approbat,
Qui lædit levitèr marmoreum locum,
Ridet Reliquas, sustinet hac die
Certum opprobrium ut impius.
O! fulgens superis Martyr honoribus
Hoc per Martyrium, per meritum tuum
Nos audi, petimus, respice Sydere
Da patrocinium tuum.
Ut, qui te colimus, simus ab omnibus
Securi opprobriis, nec nisi crimina
Confessi, has animas, fata ubi postulant,
Emittamus in æthera.
Sit laus summa Patri, gloria Filiò,
Sancto Spiritui, gloria Numini
Trino, unique decus, gratiæ & actio
Sit Sæcula in omnia.

In Actis Sanctorum apud Continuatores Bollandi extat sequens Oratio, quam tribus Linguis, Bohemicâ, Germanicâ, & Latinâ, Sepulchro Beati Joannis affixam Populus piè recitare consuevit; compulsat. Proc. fol. 601. terg.

Beate Joannes Martyr, ac Patrone, Nepomuci in Regno Bohemiæ oriunde, Templi Sancti Viti in Arce Pragensi Canonice, eò quòd ad instantiam Wenceslai Quarti Regis, ulcisci se de Conjuge, sæpè illum de vita corrigenda monente, volentis, *Oratio.*

antè, & post torturam, Confessionem Augustæ propalare recusâsti, in flumen Moldavam ex Ponte præcipitatus, à luminibus noctu supra Flumen, ubi Corpus tuum jacuit, apparentibus certissimis tuæ Innocentiæ, & Sanctitatis Testibus ostensus, solemnitèr ab Universo Clero, ac Populo ad Cathedrale Templum deportatus fuisti, usque hodie, qui tuum sepulchrum exhonorant, infamiam effugere non solent: Tù enim admirandam, inauditam, ac sempiternam memoriam Secreti Exomologeseos tuendi post Te reliquisti; per hæc tua merita, & dona divinitùs Tibi concessa precamur supplicitèr, ac fiducialitèr, apud Omnipotentem DEUM eam impetra Nobis gratiam, ut ira ejus conquiescat; peccatorum pœnas, ut pestem, Bellum, famem, aliásque tam Corporis, quàm Animæ plagas clementèr avertat, & ut Nos antè obitum confiteri, pro peccatis satisfacere, omne periculum, & Sæculi dedecus, hominúmque scandalum effugere, DEO placere, & adhærere, vitam laudabilitèr concludere, & ad vitam æternam pervenire possimus: per JESUM Christum Dominum, ac Salvatorem nostrum. Amen.

Beatissime in Christo Pater Domine Domine Reverendissime.

Num. 32. *Instantiæ pro Canonizatione Beati Joannis, quæ originaliter servantur penes Eminentiss. Ponentem. Epistola Augustissimi Imperatoris Caroli VI.*

SUperfluum foret Sanctitati Vestræ fusiùs exponere, quandoquidem id sibi porrò ab annis notum testatúmque haberet, quantopere Regiones Orbis Christiani plurimæ, præsertim verò eæ, quas Divina Providentia Nostræ Gubernationi concredidit, in glorioso Christi Servo Joanne Nepomuceno magnalia DEI jam à Sæculis venerentur, atque omnium animi hodiedùm in id defigantur, ut cultus Eidem publicus à Sacro Apostolicæ Sedis Oraculo quantociùs decerneretur. Quibus fidelium votis sicuti & Nos, insignem Viri pietatem, & merita suspicientes, jàm dudùm accessimus, ità, & Sanctitatem Vestram hisce nostris precibus obnixè interpellamus quatenùs terminatis etiàmnum perquisitionum solemnitatibus præfati Joannis Nepomuceni relationem in numerum Divorum prò gloriæ divinæ incremento, ac Nostrô, Regnorúmque Nostrorum solatiô statui, & propalari facere velit, & admaturet; factura in hoc Sanctitas Vestra

opus

opus celebri suo pontificatu dignissimum ; cui de reliquo auspicatissimam in seros annos incolumitatem ex animo vovemus, & apprecamur, Nosmet paterno ejusdem affectui commendantes. Dabantur in Civitate Nostra Viennæ die decimanona mensis Julii Anno Domini millesimò Septingentesimo vigesimò, Regnorum Nostrorum, Romani Nonò, Hispanicorum decimoseptimò, Hungarici verò, & Bohemici decimò.

Ejusdem Sanctitatis Vestræ,

Obsequens Filius.
Carolus.

Epistola Sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Elisabethæ Imperatricis sub datum Viennæ die 6. Martij 1720.

Alia Sacræ Majestatis Augusti Regis Poloniæ sub datum Varsaviæ die 10. Aprilis 1720.

Alia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Schrattenbach sub datum Neapolis 10. Maji 1720.

Alia ejusdem sub datum Neapolis 15. Octob. 1720.

Alia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis de Schönborn sub datum Spiræ die 16. Martij 1720.

Alia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Zsachy sub datum Colocsæ 17. Aprilis 1720.

Alia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis de Alsatia sub datum Mechliniæ 7. Maji 1720.

Alia Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis ab Althann sub datum Viennæ die 8. Maij 1720.

Alia Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ sub datum Florentiæ die 27. Junii 1719.

Alia Serenissimi Principis Lotharii Francisci Archi-Episcopi, & Electoris Moguntiæ sub datum Moguntiæ 27. Aprilis 1720.

Alia Serenissimi Principis Josephi Clementis, Archi-Episcopi, & Electoris Coloniæ sub datum Bonnæ 3. Martii 1720.

Alia Serenissimi Principis Caroli Electoris Palatini sub datum Heidelbergæ 8. aprilis 1720.

Alia Serenissimi Principis Friderici Augusti Principis Electoralis Saxoniæ sub datum Dreidæ die 17 Maii 1720.

Alia Serenissimæ Mariæ Josephæ [illegible] Electoralis Saxo-

niæ

niæ Archiduciſſæ Auſtriæ ſub datum Dreſdæ die 17. Maji 1720.

Alia Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi Pragenſis ſub datum Pragæ 26. Februarii 1719.

Alia ejuſdem ſub datum Pragæ 26. Auguſti 1719.

Alia Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi Vratislavienſis ſub datum Vratislaviæ 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Viennenſis ſub datum Viennæ 17. Martii 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Monaſterienſis, & Paderbornenſis ſub datum Monaſterii 5. aprilis 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Baſileenſis ſub datum Bruntruti 27. Martii 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Friſingenſis ſub datum Friſingæ 3. Maji 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Eicſtatti ſub datum Eicſtattii 13. Martii 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Reginæ Hradecii ſub datum Reginæ Hradecii 15. Septembris 1720.

Alia Reverendiſſimi Epiſcopi Litomericenſis ſub datum Bonnæ 17. aprilis 1720.

Alia ejusdem ſub datum Bonnæ 22. Junii 1720.

Alia ejusdem ſub datum Bonnæ 30. auguſti 1720.

Alia Reverendiſſimi Capituli Eccleſiæ Litomericenſis ſub datum Litomeritii 14. Martii 1720.

Alia Reverendiſſimi Capituli, & Canonicorum Reginæ Hradecii ſub datum Reginæ Hradecii 15. Septembris 1720.

Alia Rmi Abbatis Canonicorum Regularium Lateranenſium in Carlshoff.

Alia Rmi Generalis Magiſtri, & aliorum Religioſorum Ordinis Crucig. roum cum rubra Stella.

Alia ejuſdem.

Alia Rmi Patris Abbatis Langhe in Franconia Superioris Germaniæ ſub datum Langhemii 12. Julii 1720.

Alia Congregationis Benedictinæ Regni Bohemiæ.

Alia Congregationis Ciſtercienſis in Germania.

Alia nomine totius Provinciæ Bohemiæ Ordinis Prædicatorum.

Alia Provincialis Bohemiæ, & aliorum Religioſorum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci.

Alia

Alia Prioris Provincialis per Germaniam Superiorem, Ungariam, & Bohemiam Ordinis Carmelitarum.
Alia Præpositi, & Clericorum Regularium Theatinorum Pragæ.
Alia Provincialis Societatis JESU, & aliorum sub datum Pragæ 24. Maij 1720.
Alia Ministri Provincialis Bohemiæ Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci.
Alia Prioris Ordinis Fratrum Heremitarum Discalceatorum S. Augustini Conventûs S. Wenceslai Neo-Pragæ.
Alia Senatûs Vetero-Pragensis, Neo-Pragensis, & Micro-Pragensis sub datum Pragæ 21. Martij 1720.
Alia Magni Collegij Carolini Pragæ sub datum 3. Aprilis 1720.
Alia Universitatis Vratislaviæ sub datum Vratislaviæ 28. Martij 1720.
Alia ejusdem sub datum 15. Octobris 1720.
Alia Universitatis Viennensis sub datum Viennæ Austriæ 20. Martij 1720
Alia Rectoris, Cancellarij, & totius Magistratus Academici in Collegio Academico Societatis JESU Olomucij.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.



S ANI-

ANIMADVERSIONES
R. P. D. FIDEI PROMOTORIS
SUPER DUBIO:
An sit signanda Commissio Introductionis Causa in casu, &c.

Eme, & Rme Dne.

TRia sunt necessaria in hoc Judicio introductionis Causæ ; instanti scilicèt Regum , & Principum , quæ sint spontaneæ , & repetitæ , u legitur in Cæremonali Romano sub Leone Decimo *lib. 1. sect. 6. p.* 64. & Decretis Generalibus summi Pontificis UrbaniOctavi *pag. mihi* 28. quò adsit fama Martyrij ; agitur enim hic , & nunc de Servo DEI , seù Beato , q non in Confessorum , sed in Martyrum album dicitur adscribendus ; & quò nullum concurrat obstativum. In hoc quòque judicio introductionis Cau mos inolevit , ut aliquid dicatur circa validitatem Processûs ab Ordinario co fecti , in cujus sequelam petitur introductio Causæ , ne videlicèt causam intro duci , & commissionem signari contingat dependentèr à processu , qui nullit te evidenti laboret ; sed quoad validitatem processuum in hac causa confecto rum , & huic Sacræ Congregationi exhibitorum , occurrit tantùm aliquid a notare de processibus factis in Civitatibus Olomucensi , & Viennensi ; fueru etenim confecti à Judicibus Deputatis à Vicario Generali Pragensi , Judice D legato ab Archi-Episcopo ejusdem Civitatis , in quo rerum statu videtur quòd nulliter processerint , tùm quia Vicarius , utpotè ab Archi-Episcopo sul delegatus , non poterat alijs comittere constructionem processuum , Abbas i *Capit. Bertholdus num. 9. & seqq. de sent. & re judic. Shorz. de Officio Vicarij lib.* *quæst.* 189. *num.* 2. tùm quia quatenùs potuisset aliis committere constructio nem processuum , id saltem extrà Diœcesim Pragensem facere non potuiss Quoad reliqua deindè , sivè respicientia processum Pragensem , sivè hos processus Olomucensem , & Viennensem , nullus mihi scrupulus occurrit recognosco etenim eosdem fuisse confectos ad tramites Decretorum hujus Sacræ Congregationis , & ad normam instructionis à me de Ordine Sanctitati Suæ pluribus abhinc annis transmissæ pro conficiendis hujusce Causæ proces sibus ad Eminentissimum , & Reverendissimum D. Cardinalem Albanum , dum tùi Sedis Apostolicæ Minister in Aula Cæsaris morabatur.

Ad cætera ergò transeundo , nullòque factò verbò de Instantijs Regum

S

principum, cùm eædem mihi non fuerint exhibitæ, juxta etenim co..lue-
inem, & praxim exhibebuntur in manibus Eminentissimi Domini Cardi-
is Ponentis, & fortè indicabuntur in Summario causæ, tota vis mihi con-
uenda videtur in examine, an reverà, & sicut oportet, adsit fama Marty-

Porrò adversùs hanc Martyrij famam opponitur primò, quòd non ad-
it acta Martyrij, nec adsunt Scriptores contemporanei hoc Martyrium cum
s qualitatibus referentes; contigit siquidem Martyrium anno 1383. & vi-
n, & mortem hujus Servi DEI, seù Beati Joannis Nepomuceni descripsit,
Typis edidit anno 1670. quidam Pater Bohuslaus Balbinus Bresbyter So-
tatis JESU, uti bene adnotârunt Continuatores Bollandiani in Actis San-
rum mensis Maij *Tom. 3. ad diem 16. Maij pag. mihi 667. num. 1. & 2.* & li-
memoratus Pater Balbinus in prologo vitæ hæc habeat, *Beati Joannis Nepo-
cenfis, vel Nepomuceni vitam, & mortem felicissimam brevi compendio
nplectar, idque in Arcani Confessionis Sacramenti (cui ille vitam suam in-
ndit) honorem & gloriam. Ac nihil ego quidem dubitem, tanti Martyris
tam pridem conscriptam in antiquitate fuisse, at hæresis, quæ Beati Joan-
mortem paulò post excepit, ijsdem flammis, quibus Templa, & Cænobia
nia apud nos conciderunt, corrupisse videtur; quæ igitur de Beato Mar-
re adferemus, in manuscriptis plurimis eâ ætate viventium hominum
uorum mihi suppetit copia) tùm in Typo expressis Codicibus reperta, & in
ium summa fide & religione collecta, non tam diligentiæ, cui meæ, quâm
licitati, quòd inventa sint, adscribantur.*, cùm tamen manuscripta viven-
im hominum tempore mortis hujus Servi DEI non exhibeantur, & sic con-
quenter ignoretur, cujus probitatis, & fidei, cujùsque existimationis fue-
nt homines illi, qui ea manuscripta exarârunt, ex quibus Pater Balbinus su-
n vitam collegit, quæque impressa est inter citata acta Sanctorum mensis
laij *Tom. 3. pag. mihi 668. & seqq.* hinc est, famam Martyrij non posse dici le-
timo modo, & sicut oportet, probatam; inter requisita quippè famæ illud
ræcipuum est, ut videâtur, an personæ, à quibus ea est exorta, essent per-
onæ graves, & fide dignæ, vel potiùs leves, & ordinariæ, uti legitur in De-
etis Generalibus Urbani VIII. *pag. mihi* 49.

Pugnat secundò contra famam factum sequens: Carolus Quartus Roma-
orum Imperator Summo Pontifici Gregorio XI. supplicavit, ut in forma
onsueta approbaret, ût confirmaret electionem, quam Imperii Electores in
Regem Romanorum fecerant de Persona Wenceslai Regis Bohemiæ Filij sui,
ti legitur in prima Vita Gregorij XI. edita à Boschero, quæque est inter Vi-
as Paparum Avenionensium collectas à Stephano Baluzio *Tom. 1. pag. mihi*

 239.

239. Wenceslaus tunc erat in juniori ætate constitutus; cùmque idcircò Gregorius tunc tantùm concessisset, ut ab Archi-Episcopo Coloniensi, Regis Diademate Aquisgrani coronaretur, & ut reliqua deindè Romæ præstarentur, supervento pontificis obitu, res infecta permansit, & Clemens electus in Schismate adversùs Urbanum Sextum, electionem deindè confirmavit, eùmque declaravit Regem Romanorum, & habilem ad suscipiendam opportunè loco, & tempore Imperialis Dignitatis consecrationem, & coronationem, uti pleuè refertur apud Spontanum in Continuat. *Annal. Cardinalis Baronij ad Annum Christi 1376. num 5.*

Distulit Wenceslaus suum ad Italiam accessum, ut Imperiale Diadema de more reciperet; cùmque ab Urbano Papa sexto Nuntijs specialibus invitatus fuisset, ut juxta majorum morem, Italiam peteret, nec ille unquàm petere voluerit, & sceleribus, & vitijs Princeps hic esset inquinatus, Imperij Electores, memores, quòd Apostolica Sedes Romanum Imperium à Græcis transtulit in Germanos, & quod jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad Summum Pontificem pertinet, uti habetur *in Cap. Venerabilem de electione, & in Clement. Unic. de jure jurando*, suffulti auctoritate Bonifacij Papæ Noni, Wenceslaum deposuerunt, & in ejus locum subrogârunt Robertum Comitem Palatinum Rheni Bavariæ Ducem, uti plenè legitur in Bulla Bonifacii Noni impressa apud Rainaldum in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum Christi 1405. *num. 2. & seqq.* ibi- *Et demum cùm ejus depositio ad nos dumtaxat spectaret, ad ipsius VVenceslai depositionem, seù amotionem à præfato Regno Romanorum auctoritate nostra suffulti concorditer processerunt, & deindè te charissimum filium Nostrum, tunc Comitem Palatinum Rheni Bavariæ Ducem, eorùmque Co-Electorem in Regem Romanorum in futurum Imperatorem postmodùm promovendum concorditer elegerunt, &c.*

Wenceslaus hic fuit ille, qui mortem intulit Servo DEI, seù Beato Joanni, ex quo noluit DEI Servus ipsi aperire Sacramentalem Confessionem, quam Regina Wenceslai Uxor ipsi fecerat, Teste Dubravio, in Historia Bohemica *lib. 2.* Cúmque sententia depositionis à Regno Romanorum lata in Wenceslaum ab Archi-Episcopo Moguntinensi Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellario adhùc extet, & sit impressa apud Raynaldum in Annalibus ad Annum Christi 1400. *num. 13.* nec in ea ullum fiat verbū de morte Servo DEI illatâ, ex quo secretum Sacramentale noluit revelare; hinc est, quod fama Martyrii non videtur, quòd sit, sicuti oportet, probata, inter cætera enim famæ requisita est, ut nihil contrà eam fuerit dictum, factum, vel auditum, uti habetur in allegatis Decretis Generalibus *pag. 49.*

Cre-

Crescitque discursus, quià inter cætera delicta, quæ in dicta sententia leguntur, hæc quóque enumerantur, *denique, quòd horrendum, & immane dictu, cùm propriâ tùm aliorum facinorosorum, quos secum habet, manu, reverendos sacrorum Antistites, Sacerdotes, & spirituales personas, alios interim plures honestæ notæ homines contra juris normam, secùs quàm Romanorum Regem decebat, neci dedit, aquis submersit, cremavit miserabilitèr, atque truculentèr peremit.* In hoc autem rerum statu, difficile admodùm videtur quòd Wenceslaus nostrum DEI Servum præcipitare fecisset in Flumen, ex quo noluit ei revelare Sigillum Sacramentale, & quòd delictum hoc non fuisset in Sententia narratum.

Pugnat tertiò contrà famam, quòd si, Rex Wenceslaus jussit DEI Servum in flumen præcipitari, non potuit id jubere, nisi quando ebrius erat, quando enim non erat ebrius, erat Princeps prudens, & discretus, Teste Emundo ejus Aulico in Chronica belgica ibi - *Quando ad lætitiam, & sobriè bibit, tùm fuit optimæ conversationis, prudens, & discretus, &c. quando verò Rex Wenceslaus bibit excessivè, & ad ebrietatem, incurrebat in furiam, & fuit tùnc multùm perversus, & periculosus.* Suppositâ autèm ebrietate, sicuti impossibile est, quòd mors DEI Servi eum Martyrem effecerit, sic impossibile est, ut vera, & legitima vigeat fama Martyrii nullâ cadente dubitatione, quòd, suppositâ Wenceslai ebrietate, mors DEI Servi eum Martyrem efficere non potuerit. Cùm ad rationem Martyrij, & ad ejus essentiam pertineat, quòd mors à Tyranno inferatur in odium Fidei, seù in insectationem alicujus ob opus ex Christi doctrinâ necessarium, ut talè ostendit Theophilus Raynandus *Oper. tom.* 18. *in tractatu de Martyrio per pestem part. 2. cap. 1. num. 11. pag. mihi* 413. *ubi num. 12.* hæc habet - *nisi igitur persecutor aliquo ex positis Christi, aut Fidei odiis ad inferendam Martyri mortem agatur, poterit quidem mors illata ad meriti, & virtutis segetem pertinere, non tamèn sufficiet ad Martyrium.* Consensit Hurtadus *resolut.* 39. *per totam* de vero Martyrio; cúmque homo in ebrietate positus, & vino immersus, nesciat, quid agat, semper subsistit assumptum, quòd suppositâ Wenceslai ebrietate mors illata nostro DEI Servo eum Martyrem efficere non potuit, licèt ipse mortem, ne Secretum Sacramentale revelaret receperit, & sic proptèr Fidei protestationem in opere consistentem, quæ est ex parte Martyris causa sufficiens Martyrij, juxta doctrinam Divi Thomæ *secunda secundæ q.* 124. *art.* 5. *per totam.* Is enìm, qui occiditur ab Ebrio, similis est illi, qui occiditur à Bellua; undè sicut ille, qui occiditur à Bellua, licèt haberet intentionem moriendi prò Christo, non esset Martyr, sic Martyr esse non potest ille, qui occiditur ab Ebrio, licèt habeat intentionem moriendi prò Christo; non attentâ replicatione, quòd, si Wenceslaus ebrius erat, ebrii fortè non erant Executores. Ad effectum siquidem, de quo nùnc agitur - attenditur causa principalis, & non causa instru-

 men-

mentalis obitûs, uti benè ponderat *Cardinalis de Lauræa in tom. 3. sentent. part. 2. disputat 20. artic. 8. num. 123.*

Pugnat quartò contrà famam, quòd refertur Fluvium Moldavam, in quem DEI Servus præcipitatus est, statim exsiccatum fuisse, & sic ejus Corpus mirabilitèr fuisse repertum, utì habetur *in Summario num.* 11. fluminis autèm arefactio non contigit in obitu Servi Dei Joannis Nepomuceni, sed post decem annos ab ejus obitu, quandò scilicèt imperiò ejusdem Wenceslai in eodem flumine fuit submersus Joannes suffraganeus Archi-Episcopi Pragensis, utì benè ostendunt continuatores Bollandiani *tom. 3. mensis Maii pag mihi 673. litt.* I. quo circa, si fama fuit mendax in hac circumstantia, potuit esse & in aliis ad Martyrium pertinentibus; ita ùt à primo ad ultimum, si non constat de fama, locus esse non possit introductioni, Causæ, seù Signaturæ commissionis.

Hæc autèm dicta sint, ut muneri meo satisfaciam, & ut veritas eò magis elucescat, quam protestationem tacitè in omnibus causis hujus generis, in quibus scribo tanquàm Fidei Promotor, facio, & in causa præsenti expressè emitto, ex quo in *Summ. hujusce Causæ num.* 19. Testes, & Scriptores video memoratos, qui dicunt infortunium aliquod sivè in corpore, sivè in fama non evitari ab eo, qui Sanctitatem Servi DEI Joannis impugnat, aut de illa dubitat.

Quarè, &c.

Prosper de Lambertinis S. Consistorii Advocatus, & Fidei Promotor.

Respon.

Responsio ad Animadversiones R.P.D. FIDEI PROMOTORIS, SVPER DVBIO:

An sit signanda Commissio introductionis Causæ in casu, &c.

Eme, & Rme Dne.

Singula Requisita, quæ necessaria sunt prò introductione causæ Canonizationis, interveniunt in casu præsenti, ùt patet ex deductis in Informatione; proptereáque non obstantibus iis, quæ doctè, & elaboratè de morè pponit Reverendissimus Promotor in ejus Animadversionibus, videtur præserto Dubio super Signatura Commissionis respondendum-*affirmativè*-proùt pplicatur.

Et sanè, quod attinet ad validitatem Processuum in causa hujusmodi onfectorum, præmittere opus est, quòd, cùm Processus, qui Authoritate)rdinariâ super fama Sanctitatis, & miraculorum alicujus Servi DEI fieri coneverunt, se habeant tanquàm præparatoria ad totam causam, gerántque viem Evangelicæ Denunciationis, quæ Summo Pontifici proponitur, undè egocii cognitionem demandet juxtà præscriptum *Cæremonialis Romani sa. mem. eonis X. penès Mattam de Canonizat. Sanct. part. 5. cap. 1. ac. Decretorum sa. mem. Urani VIII. in Libell. pag.* 28. nullius momenti videtur oppositio, quæ respicere ossit validitatem Processûs, dum ad effectum introductionis causæ exuberat, uòd ex contentis in Processu resultet fama prædicta, absque ulteriori inquitione validitates ad tramites notoriæ praxis Sacri hujus Confessûs pluries dmissæ à Reverendissimo Promotore, & signantèr occasione introductionis ausæ *V. Servi DEI Antonii de Grassis*, in cujus Animadversionibus ille sic ingeuè se explicuit, ibi - *Licèt Processus Authoritate Ordinariâ in ordine ad Signaturam Commissionis pro introductione Causæ non soleat rigorosè discuti quoad validitaem.*

Sed ulteriùs agendo magis strictè de validitate eorundem Processuum, edum videtur dubitari de illa non posse verum potiùs creditur commendan-

da

da sedulitas, & diligentia in illorum confectione adhibita, cum ex ore ipsius Reverendissimi Promotoris judicium prodierit approbatorium ejusmodi validitatis, eo ipsò, quòd in Animadversionibus palàm professus est, eam ritè, rectéque se habere, nullúmque ejus menti scrupulum quoad hoc inhærere, utpotè quià in serie actorum observaverit accuratè omnia fuisse impleta, quæ olim in Instructione ad Partes transmissa fuerant insinuata, ut evincitur ex dictis Animadversionibus §. 1.

Quatenùs verò ipse Reverendissimus promotor dubitationem peculiarem movet circà Processus compilatos Olomucii, & Viennæ Austriæ sub eo colore, quòd in iisdem Civitatibus Judices processerint in vim Subdelegationis factæ à Vicario, aliisque Delegatis Curiæ Archi-Episcopalis Pragæ, quod citrà nullitatis labem peragere non potuerint, ex quo Delegato subdelegare non permittitur, levi quidem brachio diluitur difficultas advertendo, quòd, cùm è Diœcesi Pragensi abessent aliqui Testes moram trahentes Olomucij, & Viennæ, optimè instructi de miraculis quibusdam Servi Dei præsidiò patratis, dicti Judices rogàrunt Vicarium Generalem cujuslibet Civitatis, ut manum adjutricem sibi præstare dignarentur in examine eorundem Testium per medium litterarum, quæ fuerant ità conceptæ, ut videre est ex ijs directis Vicario Generali Olomucii, ibi-*Quandoquidem nos, &c. Judex Delegatus cum adjunctis Conjudicibus, &c. Processum super fama Sanctitatis, Virtutum Martyrii, & Miraculorum V. Servi DEI Joannis Nepomuceni actu construimus, & constitutus ad Causam Procurator, &c. articulos Probatoriales, & inter hos aliquos porrexerit, super quibus, & interrogatoriis à constitutio Promotore Fidei, &c. aliqui Testis in Diœcesi Olomucensi subsistentes audiendi sunt, &c. idcircò, &c. hiscè officiosè requirimus, quatenus ipsa prò suo ergà V. Servum DEI affectu, &c. nominatos Testes, &c. primò super Interrogatoriis tàm generalibus, quàm specialibus, & posteà super articulis audire, & ipsorum attestationes, & depositiones, &c. transmitti curare non gravetur, &c. Process. fol. 256. à tergo, & sequen.* cum quibus se conformant litteræ transmissæ ad Vicarium Generalem Viennæ *Process. fol.* 310.

Hinc autem sequitur, quòd, cùm Judices Delegati usi fuerint formulâ substantialitèr importante requisitionem, ut apparet ex supra relatis verbis *officiosè requirimus, &c.* omissâ illâ, quæ commissionem, vel communicationem facultatis procedendi poterat præseferre, quamve in delegatione apponi consuetum est, ut observare quis valet penès *Pellegrin in Praxi Vicar. part. 2. Sect. 2. subsect. 3. num. 27. & part. 4. Sect. 1. num. 55. vers. Abbas*, inapplicabilis remaneat contraria exceptio carentiæ potestatis subdelegandi, cùm processum

cessum non fuerit per modum subdelegationis, sed per viam requisitionis, quam Judici delegato facere non interdicitur ad *Text. in cap. Ut Officium §. compescendi de Haeret. in 6. benè Cancer. var. resol. part. 2. cap. 15. n. 3.*

Eâdémque fermé ratione tollitur alia oppositio, quòd videlicèt nullitate laborent prædicti duo processus, eò quòd Vicarij Generales acta compilaverint vigore subdelegationis factæ ab ipsis Delegatis Curiæ Pragensis, quibus Jurisdictionem extrà proprium Territorium exercere non licebat; plana enim est responsio, quòd hìc non agitur de subdelegatione, per quam Delegati Jurisdictionem Vicarijs dictarum Civitatum elargiti fuerint, ut procederent ad examen Testium, quò in casu consurgere posset quæstio circa validitatem; sed versamur in hypothesi, in qua (ut mox dictum est) Delegati rem egerunt per litteras requisitorias, quod de Jure peragi posse nullatenùs controvertitur; Judex quippe necesse habens aliquid agere, vel devenire ad executionem in alieno Territorio, Officium alterius implorat, ut auxilium sibi præstet *cap. Romana 1. § Contrahentes de for. compet. in 6. ibique Passerin. n. 69. Rebuff. in Comment. Reg. Constit. tom. 2. tit. de liter. Requis. seù Rogat. in Præf. n. 1. Cancer. var. resol. d. cap. 15. n. 1. & seq.*

Sublatâ ex his levissimâ dubitatione, quæ incidit circa validitatem processûs Olomucensis, ac Viennensis, nullius ponderis dignoscitur oppositio promota adversùs famam Martyrij B. Joannis in eo residens, quòd dici non possit, constare de supradicta fama, eò quòd non exhibeantur Acta Martyrij, nec afferantur scripta Authorum, qui fuerint contemporanei, de Martyrio distinctè agentes; Respondetur enim, ad probationem famæ de re antiquissima necessariam non esse exhibitionem Actorum, quæ rei gestæ seriem referant, multòque minùs præcisè requiri expositionem, quæ promanet ab Authoribus contemporaneis, sed satis esse, Historicos fide dignos, & Testes, qui materiam tractent cum suis requisitis; in ijs enim, quæ memoriam hominum excedunt, & respectu quorum impossibilis habetur probatio directa resultans ex Actis & Scriptoribus contemporaneis, sufficiens reputatur probatio præsumptiva in Historicis posterioribus, & Testibus de fama deponentibus fundata, ut latè probat *Pignatell consult. 42. num 38. tom. 4.*

Nihilominùs in casu dubitari non potest de probatione, quæ actis ipsis æquipolleat. Primò enim adest Liber antiquissimus manuscriptus in Archivio Ecclesiæ Metropolitanæ Pragæ asservatus, & cujus tenor datus est in *Summ. num. 8. lit.* A. ubi per epitomen refertur Martyrium Servi DEI. Secundò hoc idem confirmatur ex relatione Pauli Zidek, qui Chronicon manuscriptum edidit Anno 1471. *dicto num. 8. litt.* B. Tertiò consonat Historia Bohemiæ Wenceslai Hagecij publici juris facta Anno 1541. *dicto n. 8. litt.* C.

ad G. quod opus, ut cônstat ex Privilegio glor. mem. Ferdinandi Primi Imperatoris inibi præfixo, & relato in Informatione sub *Tit. de Relevantia Art.* 1. §. *Sed sequuntur*, accuratè, antequam in publicum prodiret, de mandato ejusdem Supremi Principis fuit recognitum, & approbatum à tribus viris primarijs in Regno Bohemiæ. Quartò subsequitur opus ejusdem argumenti referens dictum Martyrium à Joanne Dubravio Episcopo Olomucensi anno 1552. typis traditum, *dicto n.* 8. *litter.* H. Quintò se offert Historica expositio gestorum Servi DEI, ejusque Martyrij per Bohuslaum Balbinum eruta è manuscriptis Authorum, qui tempore Beati Joannis vixerunt, ac è Libris auditis, & publicè emissis anno 1670. de cujus fide, & authoritate actum est in supradicta Informatione allegato *§. Agmen*.

Nec turbat replicatio, quòd, cùm non exhibeantur documenta expressa in genere per dictum P. Balbinum, inquiri non possit, quænam fides ijs habenda sit, ac propterea nullatenùs probetur fama ob Incertitudinem personarum, à quibus ea derivavit; nam præter quod ex præmissis in superiori *§. Nihilominus.* patet; ad famæ comprobationem plures proferri Authores, quorum opera, vel scriptis tantùm consignata fuerunt, vel typis posteà edita, ex quibus dictus P. Bohuslaus Historiam collegisse verisimile est; ea quidem solida occurrit responsio, quòd veritas Martyrij Servi DEI unicè non desumitur ex relatione ejusdem Scriptoris, sed ex pluribus alijs monumentis Historicis, ac depositionibus Testium, & consequenter cùm aliundè veritas narrationis Balbini remaneat corroborata, revocari nequit in dubium fides Authorum, à quibus ille dictam narrationem excerpsit.

Quinimò reverà dignoscitur insubsistens prænotata replicatio; de jure siquidem absolutè non requiritur, quòd pro conciliandà fide Historiæ specifica fiat nominatio Scriptorum, à quibus illa hauritur; id enim probat *Text. in leg.* 1. *ff. de Offic. Præfect. Præt.* ubi cùm Juris-Consultus enarret originem ejusmodi prænobilis Magistratus, illam è promptuario aliorum Scriptorum profert, omissâ eorundem specificatione, ibi - *à quibusdam Scriptoribus traditum est* - Idque confirmatur etiam ex ijs, quæ doctissimus *Melchior Can. in Tract. de Loc. Theol. lib.* 11. *cap.* 6. edisserit circà leges veracis Historiæ, primam ex eis reponens in probitate, & integritate Scriptoris; subindè verò explicans, qua in re virtus ejusmodi consistat, clarè subdit - *Quæ omninò res locum habet, cùm, quæ narrant Historici, ea vel ipsi se vidisse testantur, vel ab his, qui viderunt, accepisse* - observando, quòd in casu relationis ex alieno visu prætermittitur specifica nominatio referentium personarum.

Nilque officiunt Decreta Sanct. mem. Urbani VIII. in *Libell. pag.* 49. per

Re-

Reverendissimum Promotorem allegata, undè elici prætenditur necessitas exprimendi personas, à quibus orta sit fama Sanctitatis; tùm quia in casu præsenti ex suprà deductis constat, ejusmodi legem optimè fuisse impletam, quotiès adsunt Authores tàm manuscripti, quàm typis editi, è quibus Historiam concinnavit P. Balbinus; tùm etiam quia prædicta Decreta loquuntur de Testibus examini subjectis, cum quibus magìs rigorosè proceditur, utpotè fallacibus opinionibus magìs obnoxijs, non autem de Historicis, in quibus militat præsumptio severitatis in veritate secernenda; tùm demùm, ex quo in ijsdem Decretis agitur de Testium examine faciendo in vim Remissoriæ Authoritate Apostolicâ; unde non adaptatur illorum dispositio huic hypotheli respicienti processum confectum Authoritate Ordinariâ.

Verùm quia in præsens tota inspectio versatur circà probationem famæ, certum est, quòd, sive res sit de asserto defectu Actorum Martyrij, sive alicujus Authoris contemporanei, sive mentionis Authorum, pro completa responsione id animadvertendum occurrit, quòd ultra Historicos loquentes de Martyrio B. Joannis distinctèque suprà recensitos *in §. Et nihilominus* alij vigintiquatuor classici, omnique fide digni in ejusdem Martyrij expositione concordant, ut constat *ex Summ. n. 8. per tot;* quarè sicut si communis Scriptorum consensus, dùm rem quamlibet pertractant, plenam constituunt de illius veritate probationem, ut docet *Melchior can. in Opere supracit. lib. 11. cap. 4. vers. Tertia conclusio;* eo certiùs illorum dicta fidem sibi omnimodam vindicare poterunt in materia probationis solius famæ; præsertim in casu, in quo, proùt hic quamplurimi adducuntur Testes plenè conformes.

Descendendo hinc ad alteram oppositionem, quòd nempè in Sententia exauctorationis à Dignitate Imperiali lata in Wenceslaum ab Archi-Episcopo Moguntino verbum quidem nullum adsit de B. Joannis demersione, sicque improbabilis videatur fama circà Martyrium, quando hæc requirit, quòd nil è contra fuerit dictum, factum, vel auditum; Id planè obstare non videtur; cùm enim ejusmodi Sententia non allegetur ad probationem totalem Martyrij, sed tantùm pro illius adminiculo, utpotè quia inibi enunciatur enormitas morum Wenceslai fundata in Virorum Ecclesiasticorum interemptione, nulla inde consurgit dubitatio, quòd omissa expressio Martyrij contrarietatem non importet, cujus ratione oriatur aliquid famæ repugnans in dicta Sententia; omittere quippe aliquid, non est contrarium facere, vel dicere; cùm simplex sit negatio actûs, quæ tamen oppositi rationem non in-

cludit; contraria verò supponant extrema invicem sese excludentia *cap. Majores 3. §. Sed adhùc quæritur de Baptismo l. Si inter 15. ff. de except. Rei judic.*

Non subsistente, quòd, si deficiat specificatio demersionis B. Joannis in d. Sententia, hoc ipsum reddat inverisimile Factum ejusmodi, quando, si verum extitisset, illud fuisset in Sententia expressum; quoties enim hæc peculiariter emanavit pro privatione Wenceslai tanquam inhabilis ad sustinendam Excelsam Dignitatem, & hæc inhabilitas provenit ex pluribus causis, ac signanter ex crudelitate in Sacros Altaris Ministros exercita per facti notorietatem undique probata, *Summ. n.* 14. *litt.* A. sicut ad ejusmodi effectum satis erat allegatio prædictarum causarum absque ulteriori specificatione personarum, quæ interemptæ fuerant, ità deficientia expressionis Martyrij Beati Joannis in Sententia non operatur, quominùs illud pro vero habendum sit, quandò cæteròquin ex alijs documentis id summa perspicuitate probatur, & tenor prædictæ Sententiæ adducitur tantùm pro adminiculo.

Omnimodè quòque laborat insubsistentiâ tertia oppositio Reverendissimi Promotoris ex eo desumpta, quòd in Wenceslao, cum necem Beati Joannis demandavit, supponenda sit ebrietas, ex quo, ut memoriæ tradidit Edmundus ejus Aulicus in Chronico Belgico, quoúsque mero non indulgeret, comiter, & benignè cum alijs versaretur; è converso autem truculenter ageret, quandò erat vinò madidus; proindèque sicut supposita ebrietate in Principe cædem imperante, pro vero Martyrio illa habenda non sit ex defectu voluntatis in Persecutore, ita constare non possit de Martyrij fama.

Prior namq; responsio ea suppetit, quòd, licèt dictus Author asserat, Wenceslaum aliquando se poculis immergere consuevisse, adhuc tamen id non probat tempore demandatæ necis tali ebrietate fuisse oppressum, cùm ex consuetudine aliquoties se inebriandi argumentum sit invalidum pro continuatione ebrietatis omni tempore; agere enim hominis non est continuum *l. servitutes 3. in princip. ff. de Servitut. leg. foramen ff. de Serv. Urb. Præd.* & tamen pro verificatione cædis imperatæ in ebrietate probanda esset in Wenceslao ejusmodi qualitas; incumbit enim onus probandi qualitatem, qui hanc allegat *cap. 1. de homicid. in 6.* ibique Jo. Andr. verb. *Christianorum.*

Altera est responsio, quòd nedùm non probatur circumstantia ebrietatis in Wenceslao tempore Martyrij, sed potiùs illa omnimodè excluditur inspectâ serie totius rei gestæ. Ex fideli enim illius expositione factâ per P. Balbinum constat, quòd sacrilegus Rex volens peccata Uxoris à Joanne rescire, primò eum placidè tentavit, ut genio annueret *Summ. num.* 7. §. 4. mox Sacerdote ad Carceres ductô occasione correctionis factæ ob mandatam adustionem Coci, ibique per plures dies manente, pro-

posita

Selin. in cap. cum tu , n. 6. verſ. quarta concluſio de Teſtibus , ibique Conzal. n. 3. & ſeq.

Cùm igitur ex his omnibus conſtet , probatam eſſe famam Sanctitatis Martyrij , & Miraculorum Servi DEI , & doceatur de Inſtantijs etiam reiteratis Magnorum Principum pro illius ſacra Apotheoſi , ut videre eſt in *Summ. num.* 32. reſcribendum ſperatur pro Signatura Commiſſionis , ut denuò humilitèr ſupplicatur.

Quarè , &c.

Joannes Franchelluccius è Patronis Cauſarum Sac. Pal. Apoſt.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

loqui , non meminisse , non stare , & mortem quandam naturæ incolumi imperare.

Proindè, si vel ebrietas in Wenceslao tempore Martyrij non probatur, vel penitùs excluditur, quævis exulat dubitatio circà illius veritatem, ac per consequens undequáque subsistit probatio Famæ jam deductæ, sicque nullô pactô adaptatur discursus Reverendissimi Promotoris opponentis, defecisse causam veri Martyrij, cùm plenissimè constet, civitatum Catastæ, ac mortem Beati Joanni fuisse illatam in odium servati sacri arcani Confessionis.

Minùs deníque urget Animadversio illa, quòd Testium Dicta circà Martyrij famam non mereantur fidem, ex quò, cùm deponant de prodigio arefactionis fluminis Moldavæ post demersionem Joannis; adhuc tamen Continuatores Operis Bollandi illud autument evenisse post lapsum decem annorum occasione, vidélicèt, alterius demersionis demandatæ à sæpedicto Wenceslao in Personam Joannis Suffraganei Archi-Episcopi Pragæ.

Quamvis enim eruditissimi Scriptores hôc pactô rem se habere asserant, nihilominus indè nulla oriri potest contradictio quoad Testes, cùm ijdem Scriptores directè non impugnent prodigium admissum fuisse in Martyrio Nepomuceni, qua de causa, cùm perspicuè pateat bis illud evenire potuisse, possibilitas hæc multiplicationis actuum Testes ipsos præservat à contradictione cum assertione prædictorum Scriptorum, eorúmque fides immota in omnibus remanet; dum explorati Juris est, quòd Testium Dicta sub actuum multiplicitate concilientur ad *Text. in cap. Cum de Testibus - Qu.à utrumqne esse potuit* - ibidémque *Gonzal. num. 6.*

Quod eò vel maximè locum habet eo ipso, quòd prodigij arefactionis meminit Paulus Zidek, Author ferè, contemporaneus in Chronico annó 1471. conscripto *Summ. n.* 8. *litt.* B. cum quo concordat Joannes Dubravius Episcopus Olomucensis, qui Regni Bohemiæ Historiam publici Juris fecit anno 1552. *eodem. n.* 8. *litt.* K. nec non Martinus Borek vir Heterodoxus in Opere ejusdem argumenti, relatus in *Summ. eodem n. litt.* L. quapropter optimè confirmatur aliundè Testium depositio quoad enarrationem ejusmodi prodigij. De cætero autem exceptio ejusmodi levissimi videtur ponderis, cùm apparens contradictio Testium in aliqua circumstantia fidem ipsius non abroget quoad rei substantiam, omnisque benigna sumatur interpetatio, ut reducantur ad concordiam. *Gloss. in cap. Dudum, verbô substantia de Convers. Coniug. Felin.*

n. in cap. cum tu , n. 6. vers. quarta conclusio de Testibus , ibique Conzal. n 3. seq.

Cùm igitur ex his omnibus constet , probatam esse famam Sanctitatis artyrij , & Miraculorum Servi DEI , & doceatur de Instantijs etiam reitera- Magnorum Principum pro illius sacra Apotheosi, ut videre est in *Summ.num.* rescribendum speratur pro Signatura Commissionis , ut denuò humiliter plicatur.

Quarè , &c.

Joannes Franchelluccius è Patronis Causarum Sac. Pal. Apost.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

perienda nisi juxta consuetum stylum, super quibus omnibus congruum prodijt decretum. *Process. fol.* 68. *&* 69.

5. His adimpletis deventum fuit ad examen Testium numerò sexdecim, ex quibus tres inducti fuerunt ex Officio per Promotorem Fiscalem, ut videre est ex illorum Tabella, *Summ. num.* 2. dictum verò examen ritè, rectèque habuit complementum, ut constat ex eadem Tabella, & ex præfata Epistola *Summ. n.* 4 §. 2. reiterato per unumquemque ex Testibus Juramento in illius actu, assistente semper Promotore Fiscali, eòque consentaneas edente protestationes, apposita in fine subscriptione Judicis, Testium, Promotoris, nec non Notarij, apertisque in principio, ac respectivè in fine cujuslibet sessionis sigillo obseratis dictis Interrogatorijs, *Process. fol.* 69. *à tergo ad* 126.

ARTICULUS II.

Exponitur legitima compulsatio, Jurium, series Actorum Visitationis Sepulchri, & Cadaveris B. Joannis, recognitionis Anathematum, Imaginum, aliorùmque signorum publici Cultûs.

6. POrrò, quòd spectat ad compulsationem Jurium, ea sic se habuit: Præsentata in Actis notula Jurium compulsandorum, *Process. fol.* 148. *&* 149. die 30 Martij commissæ fuerunt citationes contra Promotorem Fiscalem, nec non Præfectum Sacrarij Ecclesiæ Metropolitanæ, aliósque Custodes Archi-Episcopalis, Capituli Metropolitanæ, ac Bibliothecæ Monasterij in Monte Sion, ad exhibendos Codices manuscriptos, & libros impressos, in eisdem locis existentes, *process. fol.* 54. *tergo, & fol.* 155. dictæque citationes reproductæ, *Process fol.* 184. *ad* 185.

7. Præmissâ hinc Instantiâ Procuratoris Causæ quoad admissionem attestationum edendarum per supradictos Præfectum, & Custodes, jura compulsanda esse concredita eorum Fidei in Sacrario, Archivijs, & Bibliotheca respectivè, nec non super facultate extrahendi Partitas ad causam pertinentes, *Process folio* 155. *tergo, & fol.* 156. factàque protestatione per dictum Promotorem, *Process. fol.* 156. *tergo &* 157. exhibiti fuerunt coram Judice unà cum Tabella existente in dicto Sacrario nonnulli Codices manuscripti asservati in memoratis Archivijs, librìque editi spectantes ad dictam Bibliothecam, *Process. fol.* 157. *ad* 161.; subindè verò pro recognitione antiquitatis dictorum Manuscriptorum, & legalitate Archiviorum inducti, jurati, & examinati fuerunt Testes, quorum unus tanquam Societati JESU adscriptus licentiam exhibuit proprij Superioris, *Process. fol.* 162. *ad* 170. *terg.*

8. Factâ subindè recognitione formæ extrinsecæ eorundem Jurium tam per Reverendissimum Archi-Episcopum, quàm per Promotorem Fiscalem, qui

De Validitate.

ARTICULUS I.

Recensetur series Actorum, & rituale examen Testium.

ORdiendo ab inspectione Validitatis, quod attinet ad seriem Actorum, perspicuè patet ex Processu, quòd die 1. Februarij anno 1719. instante ocuratore deputato per Capitulum Metropolitanæ, Causæ Postulatore, in Rescripti editi à Reverendissimo Archi-Episcopo in calce libelli supplicis, reta fuit citatio contra Promotorem Fiscalem dictæ Curiæ ad dicendum conidem Rescriptum, præstandum Juramentum, aliàque gerendum, quæ nesaria essent in hujusmodi Causa, *Process. folio* 9. *ad* 11.; quæ citatio execuni demandata, in actis reproducta extitit, simùlque productum mandatum ocuræ, factâ per dictum Promotorem consuetâ generali oppositione, *Pro. fol.* 11. *ad* 24. & patet ex Epistola informativa dicti Reverendissimi Archiiscopi, *Summ. n.* 4. §. 1.

2. In executionem dictæ citationis admissa fuerunt jura, & Reverendisius Archi-Episcopus præstitit Juramentum de benè complendo ejus munerac servando secreto, *Process. fol.* 13. *& terg.*; idque similiter peregit Protor Fiscalis, *Process. fol.* 13. *à tergo, & fol.* 14.; deputatus quòque fuit Noius Actuarius, qui, ut moris est, juravit, *Process. fol.* 15. electi fuerunt duo rsores, qui debitum similiter jus-jurandum emiserunt, *Process. fol.* 15. *tergo*, *ol.* 16.; ac denique actum complevit destinatio locorum pro Audientia, amento, & Examine quorumcùnque Testium explendo, ac designatio temis, *Process. fol.* 16. *& tergo.*

3. Successivè commissâ citatione pro admissione articulorum, & inductio-Testium, *Process. fol.* 16. *terg. &* 17. illàque executioni demandata, & reducta, *Process. fol.* 35. *&* 36. die 7. Februarij producti fuerunt articuli, silque institum ex parte Procuratoris pro illorum admissione, & inductione stium, prout utrùmque impletum fuit, *Process. fol.* 36. *tergo, &* 37. & subuenter emanavit decretum pro citatione contra Testes ad videndum se ini, *Process. fol.* 38. nec non Procurator Causæ juramentum calumniæ præsti. *Process. fol.* 38. *&* 58. *tergo.*

4. Post executionem prædictæ citationis, die 10. dicti mensis Februarij fuit reproducta *Process. fol.* 58. *tergo, &* 59. subindèque peracta fuit inductio stium; quorum singuli Juramentum susceperunt in forma consueta, *Pro. fol.* 60. 67. *& tergo*; & Procurator Fiscalis produxit plicum continens Inrogatoria clausa, & sigillo munita, adhibitâ protestatione, illa non esse a-

V pe-

interveniente Promotore cum Peritis electis, ac Testibus, *process. fol. 227. tergo ad fol. 238.*; quæ visitatio, & recognitio die 26. Junij subsequentis continuata fuit quoad Sepulchrum Reliquiarum existens in Altare B. Virginis Visitantis positi è conspectu Sepulchri B. Joannis, eìque pariter dicati, aliàsque illius Imagines, & reliqua signa Cultûs cum prædicta assistentia *proc. fol. 238. ad 255.* & apparet ex supra relata Epistola *dicto §. 7.*

ARTICULUS III.

De valida pronunciatione Sententiæ, copiâ, clausurâ, & transmissione Processûs.

11. Hoc pacto adimpletis actis ordinarijs, & probatorijs, Judicij, facta fuit contrà Promotorem Fiscalem citatio ad terminos substantiales, subindèque die 28. Novembris intervenit alia citatio pro reiteratione eorundem terminorum conclusione in causa, & prolatione Sententiæ definitivæ super Cultu immemorabili præstito B. Joanni, & Casu excepto à Decretis san. mem. Urbani VIII. in cujus citationis termino Reverendissimus Archi-Episcopus Sententiam tulit, *process. fol. 255. tergo ad fol. 261.* & refertur in præ icta Epistola *Summario n. 4. à §. 8. ad 10.* quæ Sententia publicata extitit, *process. fol. 262.* & successivè Judex commisit citationem pro exemplatione totius Processûs, & collatione facienda per Actuarium insimul cum alio Notario, in quo actu citatus fuit Promotor Fiscalis, *process. fol. 262. 263. tergo, & 264.*

12. Reproductâ postmodùm citatione hujusmodi, editòque consentaneò Decretò, *process. fol. 264. & 265.* inchoata extitit collatio Transumpti cum Processu originali, eàque prosecutionem, & complementum accepit cum assistentia nunquam intermissa Promotoris Fiscalis, *process. fol. 265. & seq.* quorum actuum paucis meminit prælibata Epistola *Summario d. n. 4. §. 11.* factàque per utrùmque Notarium attestatione respectu concordantiæ prædictæ copiæ cum originali emanavit decretum circà legitimam confectionem, & collationem Processûs, citatò dicto Promotore, *process. fol. 269. tergo, & 270.*

13. Die tandem 9. Aprilis in termino citationis contrà dictum Promotorem electus fuit Portitor dicti Transumpti ab Urbe, qui Juramentum præstitit de fideliter exercendo munere sibi commisso, *process. fol. 272. ad fol. 274.* & successivè Judex mandavit subscribi idem Transumptum, illùdque claudi, & consignari Portitori, ac de omnibus confici publicum Instrumentum, proùt servatum fuit, *process. fol. 275. usque ad fol. 277.*; & colligitur etiam ex memorata Epistola *Summario n. 4. §. 11. & 12.*; dicto autem Transumpto addita extitit Epistola informativa omnium gestorum directa S. huic Congregationi, in qua Re-

qui expressè declaravit, omnem abesse materiam opponendi, *Process. fol.* 171. *& tergo*, idem Judex per decretum approbavit legalitatem dictorum manuscriptorum, mandans describi partitas necessarias, *process. fol.* 171. *tergo*, quæ omnia summatim referuntur in dicta Epistola, *Summario n.* 4. *§.* 3.; atque hinc peractâ extractione, facta fuit citatio cum decreto pro collatione exemplationis cum originalibus, deputatô alterô Notariô pro ejusmodi effectu præviâ citatione contra Promotorem Fiscalem, *process. fol.* 187. *ad* 189 quæ collatio in diversis sessionibus citato semper Promotore fuit expleta, *Process. fol.* 189. *ad* 197. *tergo*, eàmque approbârunt uterque Notarius per fidem exhibitam super legalitate ejusdem Transumpti, *process. fol.* 198. *tergo*, & resultat quoque ex dicta Epistola *Summario num.* 4. *§.* 4. & tandem manus suprema huic approbationi apposita fuit per Judicem, qui vigore decreti à se editi declaravit transumptum authenticè fuisse perfectum, *process. fol.* 198. *tergo*, & in Epistola ubi supra §. 5.

9. Absoluta Jurium compulsatione, die 14. Aprilis præhabitâ citatione Promotoris Fiscalis inducti fuerunt aliquot Opifices, & Fabri, nec non tres Medicinæ Professores, ac duo Chirurgi pro explenda visitatione Sepulchri B. Joannis, ac recognoscendo illius Cadavere, quorum primi, Opifices nimirum Juramentum de fideliter munere gerendo, ac servando secreto receperunt, & denique monitô eodem Promotore destinata fuit dies pro hisce omnibus explendis, *process. fol.* 203. *ad* 209.; sequenti autem die 15. Aprilis Reverendissimus Archi-Episcopus comitantibus omnibus Ministris accedens ad Ecclesiam Metropolitanam, stetit antè Sepulchrum, ubi examinatis duobus Testibus super illius identitate, receptòque Juramentô à Prælaudatis Medicis, & Chirurgis, nec non duobus Antiquarijs, ut supra dictum est de aliis intervenientibus, indictàque Excommunicationis pœnâ contra surripientes aliquid etiam minimum è Sepulchro, vel apponentes, sublatô lapide super impositô, illud fuit apertum *process. fol.* 209. *ad* 213. ejectàque Terrâ, quæ inibi manebat, recognitum fuit Cadaver, & unaquæque ejus pars, *process. fol.* 215. ac Professores prædicti Judicium tulerunt circà illius statum, & formam, insimùlque Artifices quoad antiquitatem Sepulchri, & annexorum, *process. fol.* 216. *ad fol.* 226. quibus expletis successit collocatio Cadaveris in urna stamnea inclusa in alia lignea, & ambæ repositæ fuerunt in pristino loco Sepulchri, *process. fol.* 227. & habetur ulteriùs ex recensita Epistola *Summario n.* 4. *§.* 6. *&* 7.

10. Exindè verò 20. Maij processit Judex ad visitationem, descriptionem, & recognitionem Anathematum, Imaginum, Lampadum, aliorùmque Signorum præseferentium Cultum immemorabilem B. Joanni præstitum, & de quibus infrà sermo habebitur, cùm de Justitia sententiæ res erit, assiduè

... in Cronic... Por... Per...
... Joannes
... B... Augu-
... Bartholomæus Paprocius in Heca-
... P. Georgius Barthoidus Pon-
... Politicæ Astrariarum Catholicarum.
... Historia Monasterii Sedlicensis. Sacri
... Joannes Tannerus in Vita B. Alberti
... A... ad... supra rela... Alsreitter in Annalibus Boicæ Gentis,
... Vita Beati Joannis, ibidem litt. NN.

A R...

De valida pronunciatione

11. Hoc pacto adimp... dati in *Summario num 6. à §. 1. ad 6.* ... Martyrij, eiúsque causæ ab eorum Majori-bus ... & diuturnæ ætatis etiam de secundo auditu, nec ... nisque contra audivisse; Itaque meliùs confir-mantur ... veritate, ac de heroico actu, quo B. Joannes necem ... Urbani ... ad 6.

... ga demersio perpetrata fuerat in noctis caligi-nem ... gloriam, super illius Cadaver cælestes flammæ ... prodiderunt aliqui ex supranotatis Scriptoribus, Ha-... D. Paproz... *ibidem litt.* Q. Pontanus, *ibid. litt.* ... Concionum, *ibid. litt.* Y. Kapihorskius, *ibid. litt.* Z. ... Balbinus *summ. n. 8 §. 1.* adeò ut Wenceslaus, qui facinus ... flammarum tertius in Oppidum Ziebrakam recesserit, ... & innuit Hagecius *summar. n. 5 litt.* D. cum quibus ... *summar. ... n. 8. à §. 1. ad 6.* Quinimò aliqui Scriptores fe-... prodigiosam fluminis arefactionem eo loci, ubi Martyris ... Paulus Zid... k *Summar. n. 5. litt.* A. Dubravius *ibi-dem* ... *ibidem litt.* N. Tanne... us, *ibidem litt.* DD. Adelsreitter *ibi-dem* ... Testes, in *summario n. 8. à §. 1. ad 6.*

... postmodum solemni Sacri Cadaveris delatione ad Eccle-siam ... de qua paulò infrà mentio fiet, ibique Sepulturæ da-... tumulum per spatium ferè trium sæculorum, & ultrà mira-... contigerunt, præsertim adversùs eos, qui B. Joannis Sancti-... vel Tumulum quoquo modo violare ausi fuere, vel denique be-... qui eius opem imploraverunt, ut aiunt Testes in *Summario n. 9.* ... VIII. præcipuè autumat, Reum quendam ob crimen præ-... intercessione B. Joannis evasisse, muneris exer-... & confirmat X. Testis *ibidem §. 10.* addens eius-... gemmarum *ibidem §. 11.* & præterea ... qui pedibus datâ operâ Sepul-turam

verendissimus Archi-Episcopus summatim referens Acta completa , expo-t signanter , Testes examinatos esse constitutos , vel in Dignitate Ecclesia-a , vel electos ex Ordine Equestri , & Civico , eáque propter omni haben-s exceptione majores , *Process. fol. 1. ad fol. 9.* & resultat ex *Summario n. 4. ubi 3. & 14.* fit mentio de egregia prædictorum Testium qualitatē, ac de pon-e documentorum , & Jurium compulsatorum , & probationum facta-n.

14. Hæc Actorum distincta enarratio clarissimè ostendit validitatem Sen-tiæ , de qua agitur. Nulla enim occurrit dubitatio quoad Judicis Jurisdi-nem , cùm cognitio Cultûs immemorabilis , illiúsque approbatio in prima tantia spectet ad Ordinarium , *Matta de Canoniz. Sanct. par. 5. cap. 5. sect. 2. num.* Constat ulteriùs de legitimitate Personarum , Actoris videlicèt , ac Regi ; curatoris nempè Capituli Metropolitani , qui comparuit cùm legitimo ndato Procuræ , Promotoris Fiscalis , qui vices gessit Fidei Subpromotoris; sque assiduâ citatione , & præsentiâ. Pat. denique acta omnia ordinatè cessisse , Instantiam videlicèt pro approbatione Cultûs à tempore immemorabili , probationes necessarias ad hunc effectum admissas , Testes ritè , reque receptos , prout signanter evincitur ex Tabella *Summ. n. 2* nec non ser-as fuisse citationes pro expeditione singulorum actuum , aliásque solemni-es requisitas ; ac proptereà cùm ad annussum interivenerint omnia substantia-Judicij , quæ in præ recensitis actibus consistunt *Cap. totus , ibique Gloss. in b. Judicium de verb. signif. Cap. Quoniam contra §. Statuimus de Probation.* ; & ad-rint singulæ solemnitates præscriptæ in Causis Canonizationum , tam vi-re Decretorum Generalium fel. rec. Urbani VIII. quàm novissimè edito-m à fa. me. Innocentio XI. revocari nequit in dubium validitas præfatæ tentiæ.

De Iustitia Sententiæ.

ARTICULUS I.

amissâ Brevi serie Martyrij B. Joannis , referuntur nonnulla miracula ab eo tempore patrata , nec non conservatio Linguæ novissimè recognitæ occasione visitationis Cadaveris.

INspectio Justitiæ prælibatæ Sententiæ , quatenùs tendit ad discussionem præsentis dubij , postulat , quòd paucis ad memoriam revocetur , B. Joem Nepomucenum anno 1383. ob servatum arcanum Sacræ Confessionis um fuisse tormenta , & mortem per demersionem in Flumen Moldavam u Wenceslai IV. Regis Bohemiæ , prout enarrant Scriptores Historici ad-

oleaginosô humore madidæ visæ sunt, ut referunt Medici, *ibidem* §. 13. 20. *&* 27. & concordant Chirurgi, *ibidem* §. 34. & 41.

7. At hìc prodigijs modum non statuit divinæ dispensationis dignatio. Totâ corporis mole, ùt mox dictum, exesâ, eáque ossibus duntaxat hærente, Lingua reperta est corruptionis expers, manénsque in substantia, figura, & colore, quibus pars hæc verè prædita est. Sic affirmant periti omnes, *Summario dicto num.* 14. §. 14. 21. 28. 35. *&* 42. unâ voce, & consensu ejusmodi conservationem naturæ vires excedere concludentes, ex quo Lingua inter cætera hominis membra celeriori obnoxia sit consumptioni, & citrà miraculum in decursu trium Sæculorum, & ultrà, illam dari non potuisse, *ibidem* §. 16. 23. 29. 37. *&* 44.

8. Incorruptioni Linguæ mirabile aliud in occipite accessit stigma. In parte siquidem illius sinistra observata est duplex macula rubro-fusci coloris, paruæ peripheriæ, quarum una aliquantum dura, altera verò mollis paulatim compressa in parvum desiit foramen, *Summario n.* 14. §. 15. 22. 29. 36. *&* 43. quas maculas productas ex allisione Corporis aliquam Petram, cùm B. Joannes in Moldavam Flumen dejectus fuit, vel ex in alia violenta percussione, cùm scilicet cruciaretur, sententia fuit unanimis Peritorum, *ut in* §§. *Proximè citatis.*

9. Quid autem protenderit DEUS hisce omnipotentiæ signis, humanæ imbecillitatis non est scrutari. Hoc unum tamen pro Sanctitatis Nepomuceni demonstratione reverenter edicere fas sit, quòd, cùm ille Divino obtemperans præcepto custodiam linguæ posuerit, ne arcanum Sacramentale vulgaret, ea propter hæc pars in heroicæ virtutis præmium supernè clarificata fuerit. Notum est, quod de lingua S. Antonij vulgò patavini contigit; sex lustra pauló-que plus ab ejus obitu effluxerant, quando in translatione corporis peracta annô 1263. lingua illius apparuit incorrupta; quô prodigiô percitus S. Bonaventura, tunc adstans in eas voces prorupit - - *O lingua benedicta, quæ semper Dominum benedixisti, & alios benedicere fecisti, nunc manifestè apparet, quanti existis meriti apud* DEUM - - sic habetur in libro vetusto miraculorum S. Antonij cap. 7. n. 69. *apud Continuatores Bollandi ad diem 23. Junij.*

10 Nec dissimile est, quod de eodem S. Bonaventura in Oratione habita pro ejus Canonizatione retulit Advocatus Consistorialis Octavianus de Martinis; pro compendio siquidem illius Sanctimoniæ palmam fecit, quòd in translatione Cadaveris centesimô & sexagesimô annô, postquam Sanctus vitâ decesserat, secuta, dum reliquum corporis erat consumptum, caput solidum in

in cunctis partibus repertum fuerit, ut evincitur ex actis Canonizationis post ejus *opuscula tom. 2.* Quare actum videtur, quòd, sicut Deus morem, ac Institutum piè sanctèque concionandi, ac loquendi, quô uterque Confessor illum glorificaverant, prodigiosâ linguæ, capitísque conservatione honoravit, ità pari pacto per linguæ incorruptionem Martyris fortitudinem, qui eum silentio confessus est, modò exaltare dignoscatur.

ARTICULUS II.

Solemnis translatio Cadaveris B. Joannis ad Ecclesiam Metropolitanam, ut Sepulturæ traderetur.

11. Miraculorum perpetratio causam præstare solet, quâ veneratio DEI Servis post eorum obitum exhibeatur. Compertum hinc est, non ex alia ratione cultum quorundam Sanctorum ab immemorabili tempore exordium sumpsisse, nisi quia illorum præsidiô prodigia evenerunt, ijs ad Sanctos collendos Divinâ benignitate homines suaviter trahente. Quarè probaturus Card. Bellarminus legitimitatem Cultûs, qui Sacris Reliquiis per Catholicos tribuitur, *de Reliq. Sanct. lib. 2. cap. 3.* hoc inter cætera profert argumentum, ibi -- *Quintò probatur ex miraculis, quæ sæpè in ipsis Sanctorum mortuis corporibus cernuntur, per quæ DEUS apertissimè nos ad eorum venerationem quasi invitare videtur.*

12. Hoc autem signantèr evenit in B. Joanne; ubi enim post flammarum aspectum tempore nocturno, Corpus ejus mane adveniente in arena obvium fuit, Populus rei successum cognovit, statìmque Canonici Metropolitanæ habitâ notitiâ venerandum Corpus honorificè ad proximam Ecclesiam S. Crucis, quæ dicebatur, Religiosorum de Pœnitentia, detulerunt. P. Balbinus in *Summ. n. 8. §. 3. & 4.* Subindè hinc adornato Sepulchro, triumphali pompâ Cadaver ad Ecclesiam prædictam à Canonicis, totòque Clero deductum est, plaudente Populo, qui comitem Religioni Canonicorum se præbuit, ut latiùs refert idem P. Balbinus, *Summ. num. 15. litt.* A. & consonat Joannes Thomas Pessina in Phosphoro Septicorni relatus, *ibidem litt.* B.

13. Eandem solemnitatem in transportatione Cadaveris adhibitam esse vetusti Scriptores autumant, Hagecius nimirùm in Historia Bohemiæ, edita Anno 1541. ibi -- *Prælati autem Pragensis Ecclesiæ accipientes Corpus illud ex aqua apud Monasterium Sanctæ Crucis ad Arcem Pragensem solemniter deportàrunt magnàque cum Religione in Ecclesia S. Viti è regione Altaris Virginis Mariæ in Cœlos assumptæ sepeliverunt. & lapide contegi jusserunt -- Summ. n. 5. litt.* E.; cujus Scriptoris Dictum indubiam fidem sibi vindicat, eo quòd supremâ glor. Imperatoris Ferdinandi I. authoritate fuit revisus, & correctus à

tribus

tribus Viris primarij Regni Bohemiæ, ut constat ex tenore privilegij operi præfixi, *Summ. d. n* 5. *litt.* H.

14. Oratio in honorem B. Joannis impressa per Georgium Bartholdum Pontanum Anno 1599. hæc habet -- *proptereà hoc* (scilicèt Corpus) *ex Moldava levatum per universum Clerum omnèmque populum, magna cum reverentia, ac veneratione huc sepultum*, - - *Summario n.* 31. *litt.* A. Præterea Hymnus concinnatus in illius pariter venerationem, ac relatus inter alios de Sanctis patronis Regni Bohemiæ promulgatos ab eodem pontano in peculiari libro Anni 1602. hæc continet, *ut in dicto n.* 31. *litt.* B. ibi --

Prælati roseum Corpus, ut auferunt,
Antè Aras Mariæ in Metropolim suam
Condunt, & Tumulum marmoreum muniunt
Cum magna reverentia.

15. Confirmat hæc omnia idem Pontanus in Opere inscripto *Bohemia pia* impresso anno 1608. ibi -- *Certissimis innocentiæ, Sanctitatisque suæ Testibus manifestatus, in Ecclesiam Sanctam Metropolitanam solemniter ab omni Clero, & populo translatus*, - - *Summario n.* 5. *litt.* V. & consentit Simeon Kapihorskius in Historia Monasterij Sedlicensis edita anno 1630 ibi -- *proptereà Prælati S. Viti Corpus hoc in fluvio apud Monasterium Sanctæ Crucis inventum cum debita reverentia ad Castrum Pragense deportari, & ad latus majoris Altaris tumulari fecerunt*, - *Summario dicto n.* 5. *litt.* Z.; Joannes Adelsreiter in Annalibus Bogicæ Gentis divulgatis anno 1662. paucis ait, ibi -- *donec honestâ elatum pompâ in Sancti Viti fuit æde tumulatum*, - - *Sum. n.* 5. *litt.* MM.; deniquè solemnem pompam transportationis completæ in Cadaveris tumulatione comprobant concordes Testes ex fama publica, & constanti, nec non ex auditu Majorum, qui ab alijs Majoribus retulerunt se id audivisse, solemnitatem tumulationis cum opinione Sanctitatis, & Martyrij, *Summario dicto num.* 15. *à §.* 1. *ad* 6.

16. Quanti verò ponderis sit ejusmodi translatio pro asserendo cultu publico Beati Joanni exhibito, nemo inficias ibit; cùm solemnitas hæc alio pacto fieri non potuerit, nisi eâ mente, ut cultus tanquam triumphanti in Cœlis exhiberetur; præcipuus enim fuit in Ecclesia ritus, quòd translationes ejusmodi peragerentur solùm de reliquijs illorum, qui Martyrij palmam adepti fuère, vel cum opinione Sanctitatis obierunt. Argumentum hoc pluribus allatis exemplis illustrat *Card. Bellarminus de Reliq. Sanctor. lib.* 2. *cap.* 3. *versic. septimo probatur*, & firmat *Zypæus consult. Canon.* 2. *num.* 18. *lib.* 3.

AR.

ARTICULUS III.

Recensentur variæ species Cultûs præstiti Beato Joanni à tempore immemorabili.

17. SOlemnitas mox d. translationis concomitantiam exindè habuit Cultûs continuati, & summoperè aucti ad hæc usque tempora. Signa illa enumerans P. Balbinus ait -- *Neque honores isti nuper inventi, novìque dici possunt, sed jam ab ipsa morte, & ab omni memoria hodie viventium, & ab omnibus impensi* -. *Summario num.* 16. §. 8. & appositè fatentur Testes, post Cadaveris tumulationem, populum non curiositatis gratiâ, sed piæ devotionis studiô permotum Sepulchrum frequentare cæpisse, nec ullas pro Beato Joanne fuisse celebratas exequias *Summario n.* 17. præfati autem Cultûs plures hìc juvat species in medium proferre.

18. *PRIMA* earum deprehenditur, quòd Joannes ab ipso tempore demersionis exornatus fuerit titulo, ac denominatione *Beati, Sancti & Martyris*, juxta depositionem Testium affirmantium talem appellationem percepisse per annos quinquaginta de proprio auditu, ac de auditu à Majoribus etiam secundo, & ex lectione Historicorum quoad tempus præteritum, *Summario n.* 18. *à* §. 1. *ad* 13.

19. Quam vetustissimam appellationem ei adscribit etiam Hagecius authenticus Scriptor anni 1541. *Summario num.* 5. *litt.* F. statim ac enim recensuit Cadaveris tumulationem, subdit ibi -- *Post multa, & varia patrata sunt ibidem miracula, idcirco multi eum Martyrem DEI, & Sanctum esse dicebant* -- Joannes Dubravius in Historia Bohemiæ conscripta Anno 1552. qui Joannem denominat *Sanctum, & Innocentem Sacerdotem ibidem litt.* I. & K.

20. Ulteriùs Oratio impressa anno 1599. & Hymnus anno 1602. historicam narrationem gestorum B. Joannis complectens, appellat *Sanctum, Martyrem, Presbyterum Sanctissimum, Summar. n.* 31. *litt.* A. B. ; quibus consensit Oratio affixa Tumulo B. Joannis, ubi Titulus *Beati, & Martyris* exprimitur, *ibidem litt.* C. Bartholomæus Paprozkius in libro, cui titulus -- *Successio Ducum, & Regum Bohemiæ* -- publici Juris facto anno 1602. de consensu Archi-Episcopi Pragensis tanquam Supremi Correctoris, *Summario dicto n.* 5. *litt.* R. Georgius Bartholdus Pontanus in Opere inscripto -- *Bohemia Pia* -- anni 1608. Joannem honorat nuncupatione hac -- *Sanctus Joannes Elemosynarius* -- *dicto num.* 5. *litt.* T. *in principio.* Joannes Tannerus in vita P. Alberti Kanowsky an. 1660. nominat *Beatum* Joannem, ajens semper habitum pro *Sancto, & vero Martyre* -- *dicto num.* 5. *litt.* CC. *in principio, & litt.* GG. Balbinus sæpè citatus, & qui vitam conscripsit anno 1670. eum appellat *Beatum, ibidem num.* 5. *litt.* NN. *in principio*, & infra *num.* 16. §. 2. 3. & 4.

21. Idèmque Titulus *Beati, Sancti* colligitur ex vetustissima Imagine sita

in Ara Sacrarii Ecclesiæ Metropolitanæ, cujus meminit Balbin. *Sum. n.* Item ex alia Imagine depicta antè annum centesimum in antiquissima Curiæ Vetero-Pragensis *summ. n.* 40. *à §.* 11. *ad* 14. Prout ex altera sculpta in magna Porta supradictæ Ecclesiæ anno 1630. *ibidem §.* 4. *&* duplici Imagine magìs recenti in Altari Beatissimæ Mariæ Virginis Vi & S. Wenceslai Martyris *Summ. num.* 39. *§.* 13. *&* 14. & denique ex qua Inscriptione sub Tabula anaglyptica, de qua supra *§.* 5. ubi nomin *atus Sacerdos Summar. num.* 12. . 3. Hæc autem denominatio, & titul ximum est Cultûs argumentum, ut probat *Castellin. de certit. Glor. Sanc cunda consider. ad cap. primum Elucidarii num.* 18. *& seq Pignatell. consul.* 244. *num.* 11. *tom.* 1.

22. *SECUNDA* species Cultûs promanat ex concursu, tàm Cle laris & Regularis, quàm Populi cujuscunque Dignitatis, & condition rantis prædictum Sepulchrum, prout à tempore immemorabili, de Majoribus, & de visu proprio, nemine contradicente, affirmant Te *num.* 19. *§.* 1. 2. 8. 9. 11. 12. 18. 19. 21.; eundèmque Cultum ab imm bili exprimit Balbinus *summ. n.* 16. §. 1. & 8.

23. Præcipuè verò in hac specie Cultus eminet veneratio illa pr pientissimis Imperatoribus, qui genua flexerunt, ac flectunt ad Sepu B. Joannis. Hoc siquidem servavit glo. me. Ferdinandus I. qui obij 1564. quoties Pragam accederet; illùmque imitati sunt Ferdinandus I prout refert idem Balbinus *d. n.* 16. *§.* 6. & de accessu Regem, & ma Principum ad Tumulum tempore antiquo ex auditu deponunt Testes *s* 19. *§.* 7 15. 18. 21. Idipsum recentiores egerunt Cæsares, nempè: Le & Josephus, ac denique Augustissimus Carolus VI.; quod affirmant Te rè omnes de visu *d n.* 19. *§.* 6. 13. 17. 20.; quinimò pro eximio Religi lo, quô mox laudatus Carolus Imperator pollet ergà B. Joannis cult suum Confessarium curavit, Rosarium, Crucem, & Imaginem membra fectam supradicto Tumulo atteri, ut ait X. Testis *summ. dicto num.* 19. *§.*

24. Testimonium cultus in veneratione Sepulchri præbuêre pari ministri Sedis Apostolicæ; cùm inibi genua flexerint Eminentissimi, verendissimi Domini Cardin. Davia, & Albanus, dum uterque in Ger Regionibus versarentur. Testes id proferunt *in summ. n.* 20. concursum ejusmodi cultum indicare, non dubitatur; Sanctus enim Joannes Chrys in Oratione de SS. Juventio, & Maximo ad venerationem Martyrum tans inquit - *Idcircò sæpiùs eos invisamus, Tumulos adoremus, magnâque fide R eorum contingamus, ut indè benedictionem aliquam assequamur* — Idèmque ag *dentius in Hymno de S. Laurentio*, & generaliter ponderat *Pignatell. consult num.* 7. *tom.* I.

25. *TERTIA* species Cultûs versatur in magnificentia Sepulchri B. Joannis, quod longè diversimodè ornatum dignoscitur, ac Sepulchra aliorum Canonicorum, & Episcoporum, qui tumulati fuêre in Ecclesia Metropolitana; dum apposita illi fuit cinctura Cratium ferrearum, cum aliis ornamentis, quæ in his nullatenùs reperiuntur, Testes *in Summar. n.* 21.; & hæ Crates sub duplici ordine, majori videlicèt, ac minori à tempore immemorabili retinentur, ùt prosequuntur Testes *in Summario n.* 22. exprimentes, causâ venerationis fuisse appositas, idque scire ex auditu Majorum, & famâ publicâ *ibid. in à §.* 1. *ad* 15.; talemque Cratium appositionem refert etiam Hagecius Scriptor anni 1541 *Sum. n.* 5. *litt.* G Paprozkius Auctor anni 1602. *ibid. litt.* S. Kapihorskius *ibid. litt.* Y. Tannerus, *ibidem litt.* KK. easque esse admodùm antiquas, primas nempè minores confectas ab anno tercentesimo, Majores autem circà biscentum annos, pronunciârunt Periti in recognitione, *Summ. n.* 23. *§.* 4. *n.* 2. *& 4.*

26. Quæ Sepulchri magnificentia magis ponderanda est, cùm præter dictas duplices Crates aliæ ad instar Mausolei additæ fuerint anno 1692. eleganter ex ferro, & marmore elaboratæ, juxtà Testium depositionem *Summ. n.* 24. & recognitionem factam in actu visitationis earundem Cratium *Summ. dict. n.* 23. *§.* 1.; talis autem Cratium appositio, sivè sermo sit de vetustissimis, sivè de recentibus, in confesso est, quòd Cultum præseferat, *Castell. n. de Certit. Glor. Sanct. Consider.* 2. *ad c.* 1. *num.* 41. *pag* 459. *num.* 13.; idque etiam probatur ex iis, quæ de usu antiquo apponendi Cancellos ad Martyrum Sepulchra notat *Marc. Ant. Boldettus in suis eruditis Observationibus de Cæmeteriis SS. Martyrum lib.* 1. *cap.* 9. *§. Le angustie.*

Quinimò augetur ejusmodi ponderatio, cùm dictis Cratibus antiquis fuerit addita retentio Candelabri confecti ex Aurichalco, idque asserunt Testes *Summario n.* 25. *§.* 1. 4. *&* 8. cui Candelabro in parte superiori ex munificentia olim Serenissimi Archiducis Leopoldi affixa fuit Imago B. Joannis cum alijs Regni Patronis, ùt tradit Tannerus, *Summario n.* 5 *litt.* HH.; illúdque insigne esse fertur, utpotè olim spectans ad Templum Salomonis Hierosolymæ, ac sequioribus Sæculis Mediolanô advectum, ùt prosequitur dictus P. Tannerus, *locô mox allegatô*; & evincitur ex recognitione Epigraphes appositæ in ejus lapidea Basi, præseferentis qualitatem Candelabri, locum asportationis, & epocham collocationis penès Sepulchrum, assignatam nempè anno 1395. *Summar. num.* 26. *§.* 1. 2 4. quæ Epigraphe judicatur à peritis exarata charactere vetustissimo, *ibidem §.* 6 quandò autem Sepulchra Servorum DEI augustiori formâ exornantur, id habetur prò signo Cultûs *Pignatell. Consult. Canon.* 244. *num.* 3. *tom.* 1. *Zypæus in citata Consultat. Canon. lib.* 3 *de Reliq. & Vener. Sanct. Consult.* 2. *num.* 18.

X 3 28.

28. *QUARTA* species Cultûs B. Joanni exhibita in eo residet , communi opinione habetur ab immemorabili prò eorum Patrono, q tes in periculo famæ & boni nominis , illius opem implorant. T firmant in *Summario n.27. à. §.1. ad* 14. Ulteriùs ipse adnumeratus Patronis Regni Bohemiæ. Testes deponunt in *Summario n.*28. idqu à tempore immemorabili solâ impellente Religione , non autem stu ctatione ; proùt iidem Testes confirmant in *Summ.n.29*.

29. Prærogativa hæc Patroni Regni Bohemiæ ulteriùs comp tum ex oratione impressa anno 1599. quæ incipit-*SanctæMartyr patrone* 31.*litt.* A. tùm ex initio Hymni ed ti anno 1602. *ibidem lut.* B. tum e ratione Sepulchro affixa *ibidem litt.* C. tum ex opere Pontani , cui ti *bemia pia*-impresso anno 1608. ubi sub titulo patronorum Regni agit to Joanne *Summar.n.5.litt.* T. ; ac rursùs ex collocatione Statuæ , ac Beati Joannis factâ pluribus in ædibus Sacris inter Regni Patronos , tustissima Imagine testatur Balbinus *Summario n.*16.§.8. & de Statua exi Ecclesia Patrum Præmonstratensium , aliisque Imaginibus habetur in sione Signorum Cultûs expleta in Ecclesia Metropolitana , quæve Sta Imagines ab anno saltem 1620. originem sumunt , & successivè pe tem ætatem continuant juxtà Peritorum Judicium *Summario n.*39. §.1 16. *& Summario n.*40.§.1.2.*&* 10. ; qualitas autem Patroni Cultum n indicat , benè *Castellin. de Certit. Glor. Sanct. loco super à laudato* *num.* 3.

30. *QUINTA* species Cultûs depromitur ex solemnitate, quâ die commemorationis B. Joannis celebratur in Ecclesia Metropolitana , auditu ab eorum Majoribus , & ab immemorabili ; quodque fiat hoc e tis studio , & absque ulla contradictione autumant Testes *Summario n.* 1. *ad* 10. ; idque servari etiam in Ecclesia Nepomuci constructa , in qu annem olìm fertur habuisse ortû. Balbin. *in Summar. n.*16.§.14 & 15. u dies agitur cum magnâ populi frequentiâ, & cum oratione panegyrica dem illius , solemnitatem autem , quæ fiat quotannis die commem Servi DEI , in dubium est , Cultum præseferre. *Castellin. de certit. Glo c.2.punct.*55.*Schacch.de sig.Sanct.sect.*10.*cap.*2.*pag.*769.*pignatell.consult.*2 *tom.*1.

31. SEXTA species Cultûs subsequitur profluens ex duplici orati ta in honorem Beati Joannis , ubi de illius Sanctitate , Martyrio , & M honorifica est mentio , quarum prior impressa fuit per Georgium Bart Pontanum annô 1599. *summario n.*31.*litt.* A; alia verò consimilis affixa r Sepulchro B. Joannis triplici Idiomate , Bohemicô , nimirùm German

inô, quæve à confluentibus illùc piè recitari consuevit *summario dicto num.* 31. *lit.* C.; cum quibus orationibus plenè concinit elegans Hymnus alijs accensitus à supradicto Pontano in libro Hymnorum Sacrorum de Beata Virgine, & Sanctis Patronis Regni Bohemiæ in lucem emisso anno 1602. *summario dicto n.* 31. *lit.* B. quem sanè hymnum legisse ajunt Testes, librúmque supranotatum fuisse editum de licentia Ordinarij *summario n* 32.; preces autem, & hymnos in alicujus Servi DEI honorem Cultum comprobare explorati Juris est, *Bellarmin. de Sanct. Beatit. lib.* 1. *cap* 7.

32. SEPTIMA species Cultûs consistit in erectione Altaris facta in honorem B. Joannis, quod quidem collocatum extat in Metropolitana è regione illius Sepulchri. Testes edicunt *in summario n.* 33. *§.* 1. 2. 4. 10. 12. 14. 16. 18. *&* 20.; Signantèr autem VII. Testis *ibidem §.* 7. ait prædictum Altare constitutum fuisse à tempore, cujus initii memoria non extat; addúntque ijdem Testes occasione expulsionis Friderici Com. Palatini, reconciliata Ecclesia, quæ ab Hæreticis in usus profanos conversa fuerat, die 16. Julij anno 1620. rursùs in honorem B. Joannis Altare fuisse dicatum, & tabellam designativam Consecrationis vidisse *Summario dicto num.* 33. *§.* 1. 3. 5. 8. 9. 11. 13. 15. 17. 19. *&* 21. de qua tabella in præsenti docetur, cùm ex Sacrario Metropolitanæ fuerit extracta *Summario n.* 34. Deníque verò de consecratione dicti Altaris in honorem Beati Joannis constitit ex visitatione Sepulchri Reliquiarum inibi existentis, ubi inventa fuit duplex schedula, altera quidem dictæ consecrationis anni 1621. & altera posterioris consecrationis expletæ anno 1706. *Summ. n.* 35. *§.* 1. *&* 2. & habetur quoque ex Balbin. *Summ. n.* 16. *§.* 10.

33. Erectioni Altaris in Metropolitana accedit, quòd in ædibus Nativitatis B. Joannis ab ejus obitu constructum fuit in ejus honorem parvum Sacellum, proùt refert Balbin. *in Summ. n.* 16. *§.* 11. ac deindè antè annum 1641. totum Ædificium conversum est in Ecclesiam, cujus benedictio à tunc temporis Archi-Episcopo ob adversam valetudinem impedito alteri delegata extitit, *ibidem §.* 12.; & hinc à diuturno tempore aucto Cultu B. Joannis plures erectæ fuerunt Ecclesiæ, Capellæ, & Statuæ in illius honorem, quas innumeras extare, tolerantibus, & consentientibus Ordinarijs affirmant Testes *Summar. n.* 36. *§.* 1. 4. 7 9. 12. *&* 15.; erectiones autem Altarium, & Ecclesiarum plenissimè probant Cultum, cùm in primitiva Ecclesia in honorem Martyrum talis mos inoleverit *Baron. in Præfat. ad Martyr. cap.* 4. *post. med. Bellarmin de Sanct. Beatit. lib.* 1. *cap.* 7. *vers. Tertio. Altaserr. in Decretal. lib.* 3. *tit.* 45. *cap.* 2. *Zypaeus in sæpè allegata Consult. Canon.* 2. *de Reliq. & Vener. Sanct. n.* 18. *lib.* 3.

34.

34. *OCTAVA* species Cultûs consurgit ex retentione Imaginis B. Joannis radiô, & palmâ in Ecclesia Metropolitana, proùt affirmant Testes *Summar. n. 37. per totum*, ubì signantèr §. 1. 2. & 3. specificant Imagines antiquissimas, quas etiam alibi viderunt; addúntque existentiam talium Imaginum nedùm in ipsa Urbe Pragæ, sed passìm in toto Regnò etiam tempore Majorum, & Seniorum *Summ. num.* 38.; aliquæ autem Imagines recognitæ fuerunt, ut infrà.

Prior earum sita est super Altare Sacrarij Ecclesiæ Metropolitanæ, inter Patronos Regni Bohemiæ, depicta cum prædictis indicijs Martyrij, & Sanctitatis, cujus confectio affixa est anno centesimo octuagesimo, antequam anno 1670. opus vitæ B. Joannis elucubraret P. Bohuslaus Balbinus, & sic anno 1490. hoc enim pactô ipse ex epochaPicturæ inibi ad scripta colligi autumat *Summ.n.*16.*§.*9.

Altera consimilis Imago reperitur in Altari dicato S. Barbaræ in præfata Ecclesia, quæ judicatur à Peritis depicta annô 1621. juxta ad notationem inibi appositam, ut evincitur ex judiciali recognitione *Summario num.* 39. §. 15.

Tertia subsequiturImago consonans quoad tempus cum proximè recensita, quævè depicta est cum radiô, & titulô Sanctitatis à sinistra alterius Imaginis S. Joannis Baptistæin murô vetustissimæ Capellæ,in qua SenatoresUrbis Sacris interesse consueverunt, ac in visitatione recognita fuit à Peritis *Summario num.*40 §.11.*ad* 14.

Quarta se offert Imag B. Joannis exsculpta cum radio inter alios Regni Patronos in lignea Porta dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, habétque subtùs expressam dejectionem è Ponte in Moldavam, cujus Imaginis confectio à Peritis assignata fuitanno 1630. consonè ad æram inibi adnotatam *summ.n.* 40. *à* §. 4.*ad* 7.

Quinta succedit Imago palmâ ornata, parieti appicta suprà Portam Ecclesiæ supradictæ, quam de anno 1631. fuisse efformatam pronunciârunt Periti, *dicto n.*39.§.15.*&* 16.

Sexta occurrit Imago repræsentans B. Joannem dextrâ elemosynam Pauperibus porrigentem,& ex alia parte sacramReginæ Exhomologesim aure percipientem; quæ Imago publicæ venerationi prostat in Altari posito è conspectu SepulchriBeatiJoannis, eíque confectionis epocha à Peritis tributa fuit anno 1653. inibi inscripto *summ.n.*39.§. 13.

Denique adest alia Imago cum supradictis signis in Sacello, ubì reconditum jacet Corpus S. Wenceslai Martyris, quæ judicatur picta ab anno quinquagesimo, *summario num.* 39. §. 14; & huic additur altera similis effigies existens in fornice Cappellæ S. Adalberti Martyris *summario num.* 40. §. 10.

35. His verò positis Imaginibus cum signis Sanctitatis tùm longè antiqui, posterioris ævi, revocari non potest in dubium præstatio Cultûs expleta norem Beati Joannis; cùm usus Imaginum ex antiquissimo Ecclesiæ uto signum venerationis ergà DEI amicos denotare habeat, ùt pluribus t *Joann. Molan. de Histor. SS. Imagin. lib. 2. cap. 52.*; præsertim cúm eædem ines radiis adinstar coronæ, ac palmâ in signum sanctitatis, & Martyrii ecorantur *Molan. cod. tract. lib. 4. c. 26. propè finem, Cardin. Bellarmin. agin. Sanct. lib. 2. c. 10. vers. Respondeo*, & observat *Zypæus Consult. 2. n. . de Reliq. & Vener. Sanct. lib. 3.*

36. NONA species Cultûs profluit ex appensione Lampadum accensa- d Tumulum B. Joannis Or inar ô non contradicente per ea, quæ de- nt Testes *Summario n. 37. §. 1. 3. 4. & 5.*; & hæ Lampades omnes ar- æ cum assignatione dotis assiduè, vel interpolatè ardentes, singillatim e- ratæ in visitatione ascendunt ad insignem quantitatem nonaginta trium, nstat ex *Sum. n. 39. §. 1.*

37. Antiquitas dictarum Lampadum probatur, tùm ex relatione Peritô- , qui unanimitèr edixerunt, unam Lampadem fuisse confectam saltem annos centum *Summario dicto n. 39. §. 4.* alias verò ab annis sexaginta, & , *ibidem §. 5.* & in idem collimat depositio Custodis Capellarum in Ec- Metropolitana, qui asseruit, se audivisse à Viris senioribus, præcipuè ætatis centum annorum, jam illorum tempore Lampadem *Viennensem* upatam assiduè arsisse, proùt alias Lampades ex aurichalco, quibus po- fuerunt argenteæ subrogatæ ad Sepulchrum B. Joannis, *ibidem §. 7. & 8.* usmodi Lampadum accensionem planum est denotare præstationem Cul- uxtà illud *Exod. cap. 27. vers. 20.* ibi - *Præcipe filijs Israel, ut offerant oleum de ibus purissimum, ut ardeat lucerna semper in Tabernaculo* - & probat *Molan. de Imag. lib. 2. cap. 41. Scacch. de sign. sanctit. section. 10. cap. 1. vers. Cultus ex- is.*

38. DECIMA species Cultûs eruitur ex oblatione, & retentione plurium themarum penès Sepulchrum B. Joannis, de quibus agunt Testes *summa- um. 37. §. 1. 2. 3. & 5.* quæ in visitatione ejusdem Sepulchri distinctè ex- nuntur, consistentia in varijs argenteis Tabellis, Imaginibus, Membris itatis recuperationem significantibus, Cordibus, quorum novem sunt au- , & alijs donarijs ejusmodi generis, quævè nimis longum esset recensere, abentur in numero valdè conspicuo enumerata *in summario dicto n. 39. §. 2.* ous adijcienda etiam est copiosa, & dives Supellex cum pluribus orna- ntis pro usu Altaris, *ibidem §. 3.*; & hæc Anathemata, & donaria signum

Y re-

... Molan, in supradicto Tract. lib.

... sunt reliqua signa, quæ consistunt ... vel ex aliis ... , ut ... pluribus Cereis magni ponderis, ... tùm Theologicæ, cum ... Orationum, quæ ad ... eminum Anathematum, & ... Metropolitana, sed etiam in aliis locu... deponentes *summario n.* 41.

... ex celebratione Missarum in ho... Metropolitana summà copià frequentari ab anti... visu quoad propriam ætatem, de auditu ... ponentes *summario n.* 42. §. 1. 2. 3. 5. & 8. il... in aliis Ecclesiis, *ii dem.* §. 6. 4. & 7. ... Missarum celebratione in Metropolitana patuit ... exhibitis enim pluribus libris regestrum ... observatum fuit a longiori tempore ... millia. & præcise singulis annis triennii mox ... milliam Missarum, *summario num.* 40. ... celebrationem, cum ... maximus ... cultum publicum præseferre. *Card.* ...

... esse, si actus speciales Cultûs in honorem ... ulterius pergerem; pro complemento proba... quæ concordi sensu ex... omnes ... affirmant, invictum DEI Mar... in Moldavam ... perfectione famæ ... id propria ætate viderunt, ac ex Majoribus etiam ... eundemque cultum absque ulla interruptione, ... continuatum *summario n.* 43. §. 1. ... nec non ... *summario n.* 44. §. 1. 3. 5. 7. 9. & 11. ... eodem tempore ... Majorum ... & denique per ... Terrarum Re... *summario n.* 44. §. 2. 4. 6. 8. 10.

n. & 11. & n. 46. à §. 1. ad 11.; undè ex his omnibus jure meritòque respondendum videtur pro confirmatione Sententiæ, de qua agitur.

Quarè, &c.

Joannes Franchelluccius è Patronis Causarum Sac. Pal. Apost.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.



ANIMADVERSIONES
R. P. D. FIDEI PROMOTORIS,
SVPER DVBIO.

An Sententia Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis lata super casu excepto à Decretis fel. rec. Urbani Papæ VIII. sivè super Cultu publico ab immemorabili tempore dicto Beato præstito, sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?

Eme, & Rme Dne.

PRæmittendum est primò, quod Cultus publicus, qui constituit casum exceptum à Decretis Urbani Papæ Octavi, debet esse immemorabilis, hoc est, excedens metam centum annorum, uti declarando Decreta à se edita die 13. Martij, & 2. Octobris 1625. statuit idem Pontifex Urbanus, uti videre est in Decretis Generalibus, seù in Brevi Decretorum confirmatorio, & explicatorio *pag.* 12. ibi - *insuper longissimum tempus, illiùsque immemorabilem cursum, de quo in prædicto Decreto, intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens.*

Præmittendum est secundò, quòd tempus hôc excedens metam centum

 an-

annorum completum esse debuit Anno 1654. quô editum fuit prædictu
ve memorati Urbani Octavi, licèt aliquando à Fidei Promotoribus
prætensum, quòd centenaria debuisset esse completa Anno 1625. qu
creta edita fuerunt, ingenuè tamen loquendo, verior est , & recepta
Sacra Congregatione sententia admittens complementum centanariæ i
no 1634. quô editum fuit ab eodem Urbano VIII. Breve confirmatoriu
cretorum, uti desumitur ab approbatione Cultûs immemorabilis Beat
dovicæ Albertoniæ, de quo in *Constitut.* 27. *Clementis X. Bulla tom.* 6. I
enim obierat die ultimâ Januarij 1533. cùmque Fidei Promotor opposi
centenariam Cultûs non esse probatam, ex quo ab anno 1625. quo edi
runt Decreta Urbani Octavi ad annum 1533. elapsa non esset centen
& Postulatores respondissent : centenariam esse completam, ex quo
1533. quô Beata obiit, ad annum 1634. quô Breve confirmatorium
torum editum est, centenaria erat elapsa; Sacra hæc Congregatio Cultu
memorabilem Beatæ approbavit ; & meritò, quia in Decretis editis
1625. Urbanus VIII. excepit tempus immemorabile, & tempus longiss
uti videre est in Decretis Generalibus *pag.* 4. Cùmque tantùm in Brevi c
matorio edito Anno 1634. declaraverit, quòd prædictum tempus imm
rabile excedere deberet metam centum annorum, sequitur ex his, sat
debere ad affectum, de quo agitur, quòd centenaria sit completa
1654.

Præmittendum est tertiò, nullatenùs esse attendenda pro cente
complemento ea, quæ post annum 1634 contigerunt, ita ut vis in Ar
præsenti stare debeat in centenaria completa Anno 1634. & alia, qu
tempus subsequuntur, prosint tantummodò ad effectum demonstrandi
tûs continuationem, sed nullatenùs computari debeant pro contenaria
granda, juxta resolutionem hujus Sacræ Congregationis editam die 23.
tij 1652. & impressam apud *Matthæ. de Canoniz. Sanctor. part.* 5. *c.* 3. *pag.*
ibi - *Cùm multotiès dubitari contingat, an pro complenda hujusmodi cen
ria sint attendenda gesta post eadem Decreta, hoc articulo in Congrega
Sacrorum examinato EE. PP. censuerunt, non esse attendenda, die 23.*
tij 1652. ; & cum hoc sensu semper processerunt mei meritissimi Prædec
res, Petrus videlicet Franciscus de Rubeis, & Prosper Bottinius, quò
notabiliùs est, non solùm tempore ipsorum, sed etiam ab annis quind
circitèr, quibus fungor munere Fidei Promotoris, Sacra hæc Congreg
semper prædictam sententiam in praxi retinuit.

Præmittendum est ultimò, quòd, quidquid sit in alijs materijs, in ea rè, de qua nunc agitur, Testes deponentes cum requisitis immemorabilis, ad tramites *Glossæ in cap. 1. verbo immemorabilem de præscript. in 6.* prosunt qui-n pro comprobando Cultu per centum annos præstito ante Constitutionem banam, sed in linea tantùm adminiculi, & non in linea veræ, & solidæ, & ostantialis probationis, quæ solùm constituenda est in Instrumentis, Monu-entis, Factis permanentibus, & alijs rebus hujusce generis; Testes etenim tô modô deponentes probant Immemorabilem præsumptivè, & probatio, casu, de quo nunc agitur, debet esse directa, & per se concludens, uti præ-à me deducta in Animadversionibus factis super casu excepto in Causa Bea-Ceslai Ordinis Prædicatorum, desumi potest ex binis sequuntur exemp-

Alterum est in Causa Toletana B. Mariæ de Capite vulgò *de la Caveza* toris Sancti Isidori Agricolæ, quæ fuit proposita in hac Sacra Congregatio-, referente Sanctissimo D. Nostro tunc in Cardinalitia Dignitate constituto. it in dicta Causa excitata à Fidei Promotore difficultas, an Cultus imme-orabilis benè probatus dici posset, ex quo probatio constituebatur, in Te-bus deponentibus citatæ Glossæ requisitis, & die 13. *Junij.* 1697. dilata fuit olutio, & demandatum est, ut strictè scriberetur super hoc articulo. Scrip-n fuit hinc indè super articulo, die 3. *Augusti* 1697. responsum fuit pro Cul-approbationē, cum ordine tamen, ut Secretarius adnotaret in Regestris, n fuisse captam resolutionem ex Dictis tantummodò Testium, sed etiam ex teris alijs probationibus in eadem Causa deductis.

Alterum est in Causa Corduben. Beati Alvari Ordinis Sancti Dominici, hac disputabatur, an sententia Episcopi Cordubensis lata super Cultu im-morabili esset confirmanda, cúmque ipse tanquam Fidei Promotor oppo-rim, quòd allata pro Cultu monumenta non erant magni roboris, & momen-& quòd vis major reponebatur in Testibus, qui juxtà sententiam Sac. Con-gationis non sufficiunt, referente Eminentissimo D. meo Cardinali Corra-ol, responsum est *die* 22. *Augusti* 1716. sententiam non esse confirmandam, præservandum esse jus Postulatoribus coadjuvandi probationes super casu epto, in quo eodem sensu Sacra Congregatio permansit die 10. Decem-1718.

His positis, si à me demonstrabitur, non adesse monumenta, quæ pro-t exhibitionem Cultùs publici ab anno ad minùs 1533. ad annum 1634. aliter proposito dubio responderi poterit, quàm negativè, hoc est, non stare de Cultu immemorabili, & Sententiam Archi-Episcopi Pragensis non cônfirmandam; in nihilum urgentibus illis omnibus, quæ secuta sunt

 post

post annum 1634. quandoquidem juxta ea, quæ in superioribus deducta sunt, pro complemento Cultûs immemorabilis, & centenarij, non attenduntur ea, quæ post dictum tempus contigerunt, quæ tantummodò deserviunt pro Cultûs continuatione, & parùm paritèr proficientibus Testibus, etsi deponerent cum requisitis Glossæ, & sic indirectè complecterentur metam centum annorum elapsam antè annum 1634. quia ex supra allegatis Testes isti adminiculum constituunt, & non probationem, & probant præsumptivè, & non directè.

Descendo itàque ad propositum assumptum, nì fallor, splendidiora Cultus monumenta constitui possunt in scriptis Hagecij antiqui, & authentici historici, in qualitate Sepulchri, in dedicatione Altaris, in Lampadibus, & in Imaginibus, & in denominationibus, & appellationibus Beati, & Sancti; cúmque monumenta hæc non probent exhibitionem publici Cultus ab anno 1533. ad annum 1634. nil clariùs afferri posse videtur ad demonstrandum deesse probationem exhibitionis publici Cultus tempore prædicto, quod est idem, ac dicere tempore omninò necessariò ad rem, & ad effectum, de quo agitur.

Quòd autèm exhibitio publici Cultus, ad rem, de qua agitur, non probetur ex scriptis Hagecij, patet; primò, quia Hagecius scripsit anno 1541. & monumentum ostendens cultum deberet ad minùs esse de anno 1533. secundò, quia Hagecius nihil aliud in substantia refert, quàm quòd corpus fuit solemniter deportatum ad Monasterium Sanctæ Crucis, & magnâ cum religione sepultum in Ecclesia Sancti Viti Arcis Pragensis; cúmque ageretur de Sacerdote, de Canonico Metropolitanæ Pragensis, de Confessario Reginæ, de Viro, qui impavidè mortem sustinuit, nè Sigillum Sacramentalis Confessionis revelaret, quemadmodùm relata per Hagecium ex prædictis solis qualitatibus potuerunt suam causam habere, sic ex illis proba dici nequit exhibitio publici Cultus; absque eo, quòd quidquam facit, quòd Hagecius subdit, patrata fuisse ad ejus Sepulchrum Miracula, & idcircò dictum à multis fuisse Martyrem, & Sanctum, quia simplex denominatio Martyris, & Sancti, quæ fiat ab aliquibus, patefacit, quid ipsi sentirent, sed ea satis non est pro publico Cultu; dari enim potest casus & sæpiùs datur, quòd nonnulli existiment aliquem hominem esse Sanctum, & esse Martyrem, quòd illi publicus cultus non exhibeatur.

Quòd paritèr exhibitio publici cultus non demonstretur ex qualitate Sepulchri, ponitur in claris; tùm quia crates appositæ antiquissimæ quidem asseruntur, & excedere dicuntur, tempus ducentorum, & tercentorum annorum; sed, cùm desint Peritorum attestationes, infertur qualitatem Sepulchri non

non prodesse; parum urgente, quòd periti fuerunt examinati, & quòd de edicta antiquitate deposuerunt cum juramento, quia id colligitur ex actis sitationis expletæ ab Archi-Episcopo Pragensi anno 1719. occasione compitionis præsentis Processus; sed, cùm in prædicta Visitatione desint formales æ Peritorum attestationes, & juramenta, ita ùt ignoretur, quomodò, & a ratione deposuerint, seù quam causæ rationem sui dicti attulerint, clarissi est consequentia, quòd exhibitio publici cultus non demonstratur, ex alitate Sepulchri; tùm, quia ferreæ crates appositæ sunt ad avertenda decora, quæ à nonnullis fiebant ergà Sepulchrum, teste Patre Tannero in *mmario pag.* 17. in quo rerum themate tantùm abest, quòd appositio cratium osit ad effectum probandi Cultum, quòd illum potiùs evidentèr excludit; tandem, quia in lapide ipsa sepulchrali insculpta fuerunt sequentia verba: *annes de Pomuk.* Verba hæc sunt, juxtà relata per Postulatores, scripta aractere anni 1383. quod est idem, ac dicere, scripta sunt hæc verba anno o, quo DEI Servus mortuus est. In illis verbis nihil est, quod ad Cultum rtineat; deest enim titulus Servi DEI, deest titulus Beati, deest titulus Maris, deest palma, signum Martyrij, quibus omnibus, si superaddatur, Corus fuisse sub humo, & non super humum sepultum; hæc omnia simul jun patefaciunt, Cultum nullatenùs ex qualitate Sepulchri desumi pos-

Quod etiam ejusdem generis sit dedicatio Altaris, & quòd in eadem isse reponi debeant Lampades, & Imagines, non videtur dubitari posse; eo enim, quod attinet ad dedicationem Altaris, prætermisso, quòd ea fa est anno 1621. & sic paulò antè annum 1634. quo completa debuit esse ntenaria, urget difficultas, quòd illud dicitur fuisse consecratum in honon etiam Beati Joannis Confessarij, *ut in Summario num.* 3. Cúmque Joannes, quo nunc agitur, prò Martyre habeatur, incertum ad minus est, an Altare rit in ejus honorem consecratum; & quamvis replicari possit Martyres sæfuisse insignitos, & designatos nomine Confessariorium, & Servum DEI, quo nunc agitur, fuisse Reginæ Confessarium, hinc inferendum non posse altero, quam de ipso Altaris dedicationem verificari, id tamèn non videin hypothesi præsenti attendendum; in eadem enim Altaris consecratione ctus Julianus *Martyr* appellatur, S. Thecla *Martyr* paritèr appellatur; sign autem evidentissimum hoc est non esse casui præsenti applicabile asser, quòd Martyres aliquando etiam fuerint appellati nomine Confessarion; cúmque ex officio Confessarij ab aliquo DEI Servo, dùm viveret, exer, hucúsque nullum exemplum, quod sciam, adsit, ex quo demonstretur fuisse

fuisse Confessarij titulum, post ejus mortem, usurpatum, vel ad ejus patefaciendam Sanctitatem, vel ad eum, prout ab alijs ejusdem nominis contradistinguitur, indigitandum; ex his colligitur incertitudo consecrationis Altaris in honorem Servi DEI, de quo nunc agitur; in eóque, quod spectat ad Lampades, & ad Imagines, multæ Lampades confectæ fuerunt sexaginta ab hinc annis, & sic connumerandæ sunt intèr ea, quæ contigerunt post ann. 1694. quæ pro integranda centenaria non computantur, quod idem dicendum à fortiori est de recentioribus; ad partes posito, quòd extat etiam Lampas confecta antè annos centum, & quòd adsunt Testes referentes, quòd aliæ Lampades antè Sepulchrum per antiquissimum tempus arserunt, uti à suis Majoribus audiverunt; quandoquidem desunt Peritorum attestationes, desunt etiam Testium depositiones, cùm totum hoc desumatur ex recognitione Lampadum, de qua in *Summario n.* 39. in qua dicitur quidem Peritos, & Testes hoc, & hoc modo deposuisse, quod non sufficit; necessarium etenim est, ut Testium, & Peritorum formales ipsæ depositiones afferantur, ut Sacra ipsa Congregatio dignoscere possit, cujus fidei sint Testes, quibus verbis deposuerint, an simplicibus, vel affectatis, & quam causæ scientiam reddiderint; & post hæc sermonem transferendo ad Imagines, militat contra istas consimilis prorsùs difficultas, cùm aliquæ fuerint depictæ post annum 1634. nec ullæ afferantur depictæ antè annum 1533. nullæ fuerint à Peritis recognitæ eò modò saltèm, quo recognosci debebant juxta praxim hujus Sacræ Congregationis; examinando videlicèt, utì plurièс dictum est, Testes Peritos, & inserendo in Processu, formale eorum examen; cúmque Imago maximopere valutanda esset illa, cujus meminit Pater Balbinus, quæ depicta dicitur circa annum 1490. de qua in *inSummario n.* 16 §.8. in hac tamen fundamentum constitui non potest, cùm desit recognitio Peritorum, & Pater Balbinus non esset Pictor, sed Historicus, & argumentum numeri annorum, qui ad eam appositus dicitur, non concludat intentum; cùm hoc anno 1721. possit Imago depingi, & in eadem apponi numerus anni 1490.

Demùm, quòd exhibitio publici Cultûs non desumatur ex denominationibus Beati, & Sancti, ponitur in claris; in Chronico enim manuscripto anni 1471. Servus DEI, nec Beatus dicitur, nec Sanctus, nec Martyr, ut in *Summario numero* 5. Quoad Historiam Hagecij scriptam anno 1541. jam supra ostensum est eam non facere ad rem. Dubravius scripsit anno 1552. & Joannem appellat Sanctum, & innocentem Sacerdotem, quod utique refertur ad mores, & non ad Cultum; cætera, de quibus in Informatione Postulatorum

§. 10.

10. & in *Summario* ibi allegato Cultum oſtendunt, ſed non proſunt, cùm usquam ſexaginta annis ſint posteriora anno 1533. in quo vis reponi de-t.

Abſque eo, quòd quidquam referat, quòd ultrà monumenta Cultûs in periorious relata adſit etiam celebratio Miſſarum in honorem Beati Joan-, quia hoc eſſet quidem maximum publici Cultûs iudicium; ſed, cùm iſſæ inceperint celebrari poſt annum 1670. redit argumentum, quòd pro egranda centenaria non attenduntur ea, quæ geſta ſunt poſt annum 1634. llâ cadente dubitatione, quoad initium Miſſarum poſt annum 1670. hoc enim annô Pater Balbinus ſuam ſcripſit hiſtoriam, & in ſua hiſtoria idem ter hæc habet, ùt in *Summario num.* 16. - *Sciendum in primis eſt, etſi Beati Joan- memoria nullo, neque Sacrificio, neque Divino Officio honor, & mos in Templis, quod Sanctæ Sedis auctoritate fieri non ſolet, reliqua tamen omnia, quibus Divorum nomi- conſecrantur ad Sacrum ejus Tumulum adhiberi.*

Excluſis monumentis ſuperſunt Teſtes; ſed, cùm illi nec deponunt cum quiſitis Gloſſæ, & quatenùs deponerent, adminiculi non probationis vices ppleant, juxtà ea, quæ ſuprà demonſtrata ſunt, à primo ad ultimum Cul-s immemorabilis caret directâ probatione, ita ùt propoſito dubio non alio odo reſponderi poſſit, quàm negativè.

Quoad validitatem Proceſſus, verba non feci, cùm nihil in ea invene-n animadverſione dignum.

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura, ſalvo ſemper, &c.

Proſper de Lampertinis Sac. Conſiſtorij Advocatus, & Fidei Promotor.



Z RE-

Responsio ad Animadversiones R.P.D. FIDEI PROMOTORIS, SUPER DUBIO.

An Sententia Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis lata super casu excepto à Decretis san. mem. Urbani VIII. sivè super Cultu publico immemorabili tempore dicto Beato præstito sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?

Eme, & Rme Dne.

1. Oppositiones, quas Reverendissimus Promotor in sui muneris adimplementum occasione discussionis prænotati dubij excitat, nullatenus moram facere posse videntur, quominùs rescribatur - *Sententiam esse confirmandam* - proùt *humillimè supplicatur.*

2. Et sanè, cùm præmissô examine validitatis Processus, de qua nulla occurrit dubitatio ex ingenua confessione ipsius Reverendissimi Promotoris in §. *Finali Animadversionum*, summa totius impugnationis consistat in eo, quòd deficiat probatio Cultus per centum annos antè Decreta san. mem. Urbani VIII. publicata anno 1634. & sic plenè haud probetur exhibitio Cultus facta B. Joanni ab Anno 1534. congruum censetur, animadvertere hìc nonnulla, quæ spatiô duorum Sæculorum, & ultrà à principio nempè Sæculi decimi-quarti usque ad annum vigesimum suprà decimum sextum Sæculum quoad exercitium Orthodoxæ Religionis, ac præcisè circà Statum Ecclesiæ Cathedralis Pragæ acciderunt.

3. Constat apud omnes, adeò nequitèr Wenceslaum IV. qui necem Beato Joanni intulit, Bohemiæ Regnum administrâsse, ut innumera indè mala Regionem amplissimam inundaverint. Præ cæteris fuit Hæresis per Joannem Hus eo invecta, cujus diuturna, & exitiabilis pernicies per Joannem Cochl. in *Historia Hussit. lib.* 1. hisce adumbratur - *In florentissimum Regnum illud acervatim irruerunt hæreses, schismata, blasphemiæ &c. rixæ, seditiones, cædes, bella, pugnæ, direptiones, prædæ iniquæ, nefanda sacrilegia immanissimæ strages, & quid non? & duràverunt ea mala in continuo fervore, & motu suprà quinquaginta annos, nempè ab anno Domini* 1409. *usquè in annum* 1460. *in eo Regno* - & infrà subdit - *Antè ipsum* (nimirum Hus) *erat in Regno Bohemiæ unus in Christo Populus, id ipsum dicebant omnes, idem de fide, & Religione sapiebant omnes, in eodem sensu de Christo, &*

Sanctis ejus consentiebant omnes; idem erat per omnes ubique ritus, una fides, eadem Ceremoniæ, eadem Sacramenta. Hus verò pulcherrimam illam unitatem ità scidit, ac dispersit, ut in hodiernum usque diem miseranda permaneat in Bohemica Gente divisio.

4. Impius itàque Seductor Sacrarum Imaginum Cultum acerrimè impugnans habuit Sectatores Hieronymum de Praga, & Joannem Ziſca, Sacrilego hujusmodi errore inquinatos; hi opinionis pravitati pejora addentes opera, incredibile eſt dictu, quàm indigna, & enormia patraverint. Eccleſiæ, ijs auctoribus, profanatæ, & incenſæ, Imagines Sanctiſſimi Crucifixi, Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum modis turpiſſimis habitæ. Sacræ Reliquiæ diſperſæ, & conculcatæ. Non ſine maximo horrore legi poſſunt, quæ de hoc argumento referuntur ab Ænæa Sylvio, poſteà Pio II. teſte occulatô in Hiſtoria Bohemiæ *cap. 35. & ſequen. & à Joanne Cochl. in allegata Hiſtor. Huſſit. ferè per tot.* præcipuè *libr. 4. 5. & 6.*; & habentur etiam penès *Rainald. in Annal. ad anno 1416. num. 13. & ſequen.*

5. Cladem hanc aliquandiù experta non eſt Eccleſia ipſa Pragæ Cathedralis S. Vito dicata, ſed demùm, DEO permittente, flagitioſorum hominum irruptionem effugere non potuit. Eam ex Hagecio, Dubravio, alijsque monumentis authenticis refert Thom. Joannes Peſſina in opere, cui Titulus - *Phosphorus Septicornis, hoc eſt, Sanctæ Metropolitanæ Divi Viti Eccleſiæ Pragenſis Majeſtas & Gloria* - ubi ſub *Radio II. pag.* 77 propè medium hæc ediſſerit - *Nihilominùs à Seditioſis, Joanne Monacho, illo apud Scriptores Bohemicos Apoſtata famoſiſſimo incentore, & duci, die* 10. *Junij annô, ut dixi, ſequenti, qui erat* 1421. *expilatam, omnique penitùs ornatu, & ſupellectili, quæ ad inveniri poterat, deſpolitatam; imò, quod ampliùs, & execrabilius erat, everſis aris, & imaginibus Sanctorum, tùm ipſius Salvatoris noſtri DEI, illuſis, mutilatis, & confractis, fœdè pollutam ſe, & deturpatam ſatis ſuperque ſenſit.*

6. Profliculgatâ poſtmodùm armis execrabili Huſſitarum Sectâ, pax Religioni ubique reddita; nec non DEI, ac Sanctorum cultus reſtitutus, ſed perpetuò res non ſtetit; cum enim legitimo Auſtriacæ Domûs imperiô excuſſo, Bohemi Anno 1619. in Regem aſciviſſent Fridericum Comitem Palatinum Rheni, Calvinianæ Sectæ Profeſſorem, hic Regiæ dignitatis adminiſtrationem Catholicæ Religionis expulſione auſpicatus eſt. Omnia, quæ ſacrum cultum in Pragæ Civitate, ac ſignantèr in Cathedrali ſaperent, everti, ac aboleri curavit. Teſtis omni exceptione major eſt Carol. Caraffa, Epiſcopus Averſanus in Commentariis de Germania Sacra reſtaurata Coloniæ impreſſis Anno 1639. hæc luculentiſſimè habet *pag.* 86. - *Qualis fuerit Status Religionis*

Catbolicæ Pragæ], *& Regni Bohemiæ, non dùm partâ victoriâ, sub dominatu Calvinistico, & Lutherano, quilibet poterit cogitare; nàm Ecclesiastici honore, & opibus fuerant exuti, bona Ecclesiastica adempta, Templa, Monasteria, Altaria profanata, Parochi Catholici ejecti, intrusi hæretici &c. Ecclesia Metropolitana mater Ecclesiarum Regni Bohemiæ die Sancti Andreæ anni millesimi sexcentesimi decimononi omni cultu Sacrarum Imaginum spoliata, & hæreticorum turpitudine fuerat conspurcata, in ea nostri vindicis è Cruce pendentis imago religiosissima in partes disjecta, Sanctorum figuræ forâs ejectæ, confractæ, & igne combustæ, Sanctorum Reliquiis, Altaribus eversis, pedibus conculcatæ; sursum deorsumque omnia sacra devastata fuerunt* - Paucioribus hæc omnia confirmant *Henric. Spondan. in Continuat. Annal. Eccles. ad annum* 1619. *num.* 5. & supralaudatus Thomas Joannes Pessina in Phosphoro Septicorni *Radio II. pag.* 97. *vers. Exorto.*

7. Hæc autèm, quæ pro demonstratione Status Religionis Catholicæ in Regno Bohemiæ adeò enormitèr pluries labefactæ allata sunt, nemini dubium est, summoperè conducere, ut in materia probationis singulorum, quæ Sacrum Cultum respiciunt, benigna quæque interpretatio sumi debeat, quoties è converso Cultus in substantia, & revera exhibitus appareat; idcircò eò magis in hypothesi, in qua versamur, cessare debet quæcùmque dubitatio, dùm ex deductis in Informatione, plenè constat de præstatione à tempore, cujus initij memoria non extat, Cultûs B. Joannis.

8. Propiùs hinc accedendo ad contrarias oppositiones; prima earum, quòd nimirum Testes in Processu examinati supèr immemorabili, careant requisitis *Gloss. in cap. primo; verbo memoria de Præscript. in* 6.; nullatenùs dignoscitur subsistere; illi quippè omnes constituti sunt in ætate excedente annos quinquaginta quatuor, & plerique annum sexagesimum jam evaserunt, ut patet ex *Tabella Summar. num.* 2.; nec non ferè de omnibus materijs sub examen cadentibus deponunt de visu ab eorum pubertate per quadraginta, quinquaginta, & plures annos; de auditu, ac ex fama publica, & constanti, & demùm quòd nil contra fuerit auditum, ut apparet ex ipso tenore depositionum per totum Summarium registrato, quibus stantibus, indubitatum est, concurrere hìc Requisita prædicta Glossæ, juxtà communem Doctorum sententiam, ut apud *Covarr. in Regul. Possessor. part.* 2. *§.* 3. *num.* 7.

9. Paria

9. Paris insubsistentiæ videtur subalterna oppositio, quòd, data probatione Cultûs immemorabilis per Testium depositionem, ea non sufficiat ex stylo Sacræ Congregationis, sed admittantur hi solummodò in linea adminiculi, allegatò proindè binò Rescriptò, priori nimirum editò in Causa Toletana B. Mariæ de Capite, in qua, approbatò Cultu, injunctum fuit Secretario, ut in Registris adnotaret, *non fuisse captam resolutionem ex dictis tantummodò Testium, sed ex cæteris aliis probationibus*, alterò verò editò in Causa Corduben, B. Alvari de Corduba, cujus respectu prodiit Rescriptum negativum approbationis Cultûs, reservato Causæ Postulatoribus jure coadjuvandi probationes.

10. Respondetur enim, quòd, si loquamur de Rescripto in Causa Toletana, inibi, nullatenùs apparet, quòd Sacra Congregatio prò adminiculis tantummodò admiserit Dicta Testium, adnotatio enim supradicta claré indicat Testes ad probandum cum aliis documentis.

11. Si autem res sit de alio Rescripto, quod emanavit in causa Corduben, id pariter eandem Testium, & documentorum mox notatam coæqualitatem in probando non tollit, cùm denegatà approbatione Cultûs, reservata genericè fuerit facultas meliùs probandi absque ulla distinctione, an defectus provenerit à depositione Testium, vel potiùs ab alijs documentis.

12. Et reverà pondus probationis, quæ desumitur ex depositionibus Testium super immemorabili, videtur incontrovertibile, ob eam rationem, quòd illà omnino sit legalis, det titulum Juris, & de Jure, ac non admittat probationem in contrarium *Fagnan. in cap. cum Apostolica num.* 6. *de his, quæ fiunt à Prælat. Trobat. de effect. Immemor. quæst.* 13. *pag.* 202. *num.* 70. Quod est adeò certum, ut cum, vigore *cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælat. &c.* irritetur concessio decimarum favore laicorum, nisi facta extiterit antè Concilium Lateranense, Doctores prævidentes casum, quo elapsis quatuor, vel quinque Sæculis à celebrato Concilio in quæstionem venire possit subsistentia concessionis Decimarum ita ut suppetere non valeant Testes adeo grandævi, qui illam probare valeant antè Concilium, sentiant communitèr, ut ad hunc effectum sufficiant Testes deponentes cum Requisitis Immemorabilis, utpotè quæ sua virtute se extendit in infinitum, & per consequens quàm longissimè antè Concilium *Abb. in d. cap. cum Apostolica num.* 12. *& Felin. in cap. causam quæ num.* 4. *de præscript*, & punctualitèr tradit *Rot. decis.* 391. *num.* 5. *& sequen. part.* 16. *rec.*

13. Clariùs in materia, de qua agitur, quotiès enim per Decreta Gene-

ne-

neralia in *libell. pag. 4. & 9.* à communi cultûs prohibitione præservatus remanſit casus, in quo per cursum temporis immemorabilis doceatur de cultu præstito alicui DEI Servo, ſicut modus probandi immemorabilem de Jure admittitur per examen Testium, ità praxis ſuppoſita rejiciendi probationem resultantem ex Testibus de immemorabili deponentibus repugnat ipſimet legi præservanti casum cultus immemorabilis, cum ſtare ſimul non poſſit, quod admittatur approbatio cultus ab immemorabili, rejiciatur autem ſimultaneè forma ipſa probandi Immemorabilem de Jure admiſſa; & conſequenter dicta probatio tanquam legalis, & in ſuo genere perfecta rejicienda non eſt.

14. Eo velmaximè, cùm in terminis, in quibus actum fuerit de probandis virtutibus, nunquam probatio Famæ per Teſtes rejecta fuerit, ſed ſemper admiſſa, prout Rotæ Auditores ſervârunt in Relatione *Sancti Philippi Benitii tit. de Fam. Sanctit. & tit. de Miracul. §. Dicimus, in Relatione S. Joannis de Capiſtrano tit. de Ortu, &c.*; undè ſi, dum res erat de probando aliquid cadens ſolum ſub operatione intellectus, qualis erat materia virtutum, proculdubio hoc ipſum procedere debet in caſu, quo probatio reſpiciat Factum aliquod extrinſecum, & ſubſiſtens à parte rei, prout cultus, qui Servis DEI præſtatur ab immemorabili.

15. At nihilominus ceſſat in præſenti quævis difficultas, eo quod probatio immemorabilis non fundatur unicè in depoſitione Teſtium, verùm etiam in authenticis documentis, cultum, de quo res eſt, præ ſe ferentibus, & ſic animadverſio contraria cùm allegatis Reſcriptis editis in *Cauſa Toletana, & Corduben.* remanet omnino inapplicabilis.

16. Nullius paritèr momenti eſt tertia Oppoſitio, quod, licèt Wenceslaus Hagecius rerum Bohemicarum Scriptor ſit antiquus, & authenticus, prout expreſsè agnoſcit ipſe Reverendiſſimus Promotor in ſuis Animadverſionibus §. *Deſcendendo itáque,* nihilominus cum Hiſtoriam vulgaverit anno 1541. & ſic intrà curſum centenariæ antè Decreta ſan. mem. Urbani Octavi probationis gradum in caſu non conſtituat.

17. Nàm reſpondetur, quòd dictus Scriptor teſtatur de factis antiquiſſimis, de Martyrio nempè Nepomuceni, de ſolemni Cadaveris delatione, de Miraculis, ab eo patratis, de Sancti, & Martyris denomminatione ipſi tributâ, & deníque de appoſitione Cratium, *Summario num. 5. à litt.* B. *ad* G. proptereà tameſi ejus opus prodierit inchoatò jam curſu centum annorum antè

præ-

præreceníita Decreta, nil præjudicatum fuit, quominùs fidem non faciat; antiquitas enim rerum gestarum ad finem dimetiendi centenariam, auctoritas ipsius Scriptoris, non tempus editi operis, inspicienda est; præcipuè cùm tale opus paulò post annum 1534. quo incepit centenaria, emanuerit.

18. Quod verò dicitur de idonea qualitate Hagecij, ut admittatur ad plenè testimonium edendum de ijs, quæ longè acta sunt antè inchoationem cursûs centenariæ, quamvis intrà hunc scripsit, non dissimili ratione adaptatur alijs Auctoribus Hageciô posterioribus, intrà metam eandem centenariæ; cum omnes testentur de gestis antiquissimis, quales sunt, Dubravius, Georgius Bartholdus Pontanus in variis operibus, Bartholomæus Paprozkius, Simeon Kapihorskius, & alii relati in *Summario num.* 5. & *num.* 31. *litt.* A. & B.; sicque Sacra hæc Congregatio servavit in memorata causa *Toletana B. Mariæ de Capite*, in qua Scriptor antiquior opus ediderat anno 1595.

19. Vindicatâ his qualitate probationum in genere, ac descendendo ad oppositiones singillatim promotas contrà quamlibet probationē Cultûs ab immemorabili præstiti B. Joanni, venire nequit in dubium, earum quamlibet subsistere; prout omissâ discussione illarum, quæ præcipuâ impugnatione haud impetuntur à Reverendissimo Promotore, de alijs tantùm ab eo ad examen revocatis ratio hìc habenda est.

20. Primordialis itáque demonstratio Cultus exhibiti ab ipso tempore obitus versatur in translatione Cadaveris solemnitèr factâ ab Ecclesia S. Crucis Religiosorum de Pœnitentia ad Metropolitanam; & solemnitas hujus translationis probatur tàm ex Hagecio, in *Summario num. litt.* E. quàm ex aliis antiquis Scriptoribus, nec non documentis, & Testibus citatis *in Informat. Art.* 2. *§*. 14. *& seq.*

21. Nèc adversatur oppositio, quòd expressio illa translationis *solemnitèr*, & cùm *magna religione* facta, prout loquitur laudatus Hagecius, referibilis sit ad causam honoris ex ritu Ecclesiastico, præstari assueti Viro defuncto, qui in communi existimatione conspicuus haberetur, prout erat Joannes Canonicus Metropolitanæ, & Reginæ Confessarius, non autem intelligi debeat, de Cultu, & veneratione illi præstito tanquam triumphanti in Cœlis; quoniam præsuppositô jam ex mente ipsius Reverendissimi Promotoris implementô actûs translationis secutô cum aliqua pompa, quàtenùs difficultas reducitur ad interpretationem solemnitatis adhibitæ, ex sola notione ipsius termini *solemniter* grammaticalitèr sumpti res videtur in tuto, dum solemnizare aliquid

im-

importeat idem, ac festivè agere, ut benè explicat *Ducang. in Glossar. Latinitatis inverbo : solemnizare ;* cum qua explicatione concordat etiam *Durand. in Rational. Divin. Offic. lib. 7. cap. primo*, ubi enucleans dictionem *solemnitas* in subjecto ritus Ecclesiastici exprimit significationem actus festui, & religiosi.

22. Sed quid ? In re clara supervacaneum videtur, inhaerere cortici grammaticalis interpretationis. Facti ipsius integra narratio plenè ostendit solemnitatem intercessisse, quae Cultum denotaret Sancti, & Martyris. Hagecius completâ Martyrij expositione subdit - *Quô factô super Corpus submersi eâdem nocte, & sequenti multa luminaria ardentia visa sunt, de quo miraculo Rex audiens Pragâ ad Arcem Ziebrak discessit ; Praelati autem Pragensis Ecclesiae accipientes Corpus illud ex aqua apud Monasterium Sanctae Crucis ad Arcem Pragensem solemnitèr deportarunt, magnáque cum religione in Ecclesia S. Viti è regione Altaris Virginis Mariae in Coelis Assumptae sepeliverunt, & lapide contegi jusserunt, Post multa, & varia patrata sunt ibidem miracula, idcircò multi eum Martyrem DEI, & Sanctum esse dicebant. Summario num. 5. à litt.* D. *ad* F.

23. Indè verò fit evidens, quòd solemnitas translationis non steterit intrà limites simplicis pompae ostentantis dignitatem defuncti, & qualis decuisset Joannem praecisivè consideratum à Sanctitate Vitae, sed ultrà processit, qualitatem secum ferens actus festivi, & competentis Viro immortalitatis coronam ex causa Martyrii adepto ; id enim suadet praemissa narratio prodigiosae apparitionis flammarum, quae causam translationis solemnitati praebuit, & tumulatio ipsa subsecuta cum magna religione, quae tamen adhùc sola praedicari potest de actu cultus, & venerationis praestitae, uti Sancto, cum Religio aliud non sit, quàm virtus reddens debitam DEO reverentiam, ut definit *S. Thom. 2. 2. quaest. 81. art. 1. ad 2. & 3. ;* & propriùs ad rem dicatur Religio agere de caeremoniis, quae divinam respiciunt naturam, juxtà *S. Bonavent. in Centiloq. part 3. sect. 74. vers. Religio,* & sic extensivè postmodùm adaptetur actibus respicientibus creaturas, ut observat *S. Thom. d. artic. 1. ad 2.*

24. Hoc idem comprobatur ex aliis documentis ; in Oratione siquidem de B. Joanne Nepomuceno typis editâ annô 1599. enunciatur post prodigium flammarum translatio expleta *per universum Clerum. & Populum magna cum reverentia, & veneratione - Summar. num. 31. lit.* A quod ferè ad amussim repetitur in Hymno anni 1602. *ibidem litt.* B. cujus publica editio facta fuit approbante Ordi-

nariô, ut deponunt Teſtes *Summ. n.* 32. *in reſpons. ad Interrog.* 113. & conſo-
t *Pontanus in Bohemia P. a* impreſſa anno 1608. *Summ. num.* 5. *litt.* V. Auctor
oſtillæ Concionum evulgat. annô 1629. *Summ. d. num.* 5. *litt.* Y. Kapihors-
us in Hiſtoria Monaſterij Sedlicenſis in lucem emiſſa Anno 1630. *Summ*
m. 5. *litt.* Z.

25. Altera ſpecies Cultûs promanans ex appellatione, *Sancti & Martyris*,
tempore immemorabili quamvis probata ſit per Teſtes in *Summ. num.* 18. *à*
1. *ad* 13. *ac per Hagecium*, aliôſque Scriptores; & documenta plenè relata in
formatione *Art.* 3. *à §.* 18. *ad* 21. nihilominùs Reverendiſſimus Promotor
m impugnat; primò, ex quo Paulus Zidek in Chronico referens demerſio-
em Joannis in flumen, nullum verbum facit de tali denominatione. Se-
ndò, quòd, cùm Hagecius enarret, multos nuncupâſſe Joannem Sanctum,
Martyrem, id tamen ſatis non ſit pro ſigno publici Cultûs, cúm ſolùm o-
endat opinionem, quam de illo nonnulli habebant. Tertiò, quòd appel-
tio Sancti, & innocentis Sacerdotis tributa per Dubravium Scriptorem anni
552. intelligatur de moribus, non verò de cultu.

26. At hæc oppoſitio in omni ſui parte facilè diſſolvitur. Quòd enim
'dek omiſerit appellationem Sancti, non excludit, quòd talem titulum ab
ijs non habuerit eo ipſo, quòd è converſò docetur B. Joanne nillo potitum
iiſſe. Quod verò ad Hagecium, licèt dicat, multos appellatione Sancti, &
artyris honorâſſe Joannem, id tamen, cùm provenerit ex miraculorum
erpetratione poſt Sepulturam illi traditam cum magna religione, ut conſtat
x ipſius verbis recitatis in ſuperiori §. *Sed quid*; hoc ipſum indicium eſt publi-
Cultûs, talis enim videtur indoles denominationis *Beati*, *Sancti*, *& Marty-*
s, adhibitâ dictione illâ *multi*, quæ in materia morali denotat numeroſum
opuli conſenſum. Dubravius denique, nuncupando Joannem *Sanctum*, *&*
nocentem Sacerdotem, de Sanctitate, quæ ordinetur ad Cultum, intelligendus
t, cùm ejuſmodi nuncupationi cauſam adſcribat fluminis prodigioſam arefa-
tionem in Joannis Martyrio, *Summ. num.* 5. *litt.* K.; præter quod, etiamſi ta-
s denominatio deſcendat ex ſola morum Sanctitate, hoc ipſum denotat cul-
um, qui in illa fundatur.

27. Præſertim, quia denominatio ejuſmodi confirmatur à Teſtibus depo-
entibus eam fuiſſe publicè tributam à tempore demerſionis in Moldavam,
: ità conſtanter audiviſſe à Majoribus fuiſſe Joannem denominatum tempore
reacto, ipſòsque propriâ ætate percepiſſe talem denominationem per an-
os quinquaginta, & ultrà, abſque ulla contradictione, *Summar. num.* 18. *à*
1. *ad* 13. nec non aſſequimur ex alijs Scriptoribus, & documentis plenâ
anu relatis *in Informat. d. art.* 3. *à §.* 18. *ad* 21.

28. Agendo hinc de magnificentia Sepulchri B. Joannis, duo illi opponuntur. Primum, quòd talis magnificentia plenè non probetur ex appositione Cratium ferrearum ab antiquissimo tempore, cùm Periti ad recognoscendam illarum antiquitatem Juramentum consuetum non emiserint, minusque formalem relationem ediderint. Secundum, ex quo Cratium appositio non processerit ob magnificentiam, sed solùm ad avertendas injurias, quæ Tumulo inferri possent.

29. Quod spectat igitur ad primam oppositionem, ea millitat responsio, quòd dubitari non valet de subsistentia relationis Peritorum, cùm appareat de Juramento ab ipsis præstito antè visitationem Sepulchri. *Processʃ. fol.* 208. *&* 209. *per tot.*; relatio insuper formalis adsit, cùm tenor recognitionis emissæ à Peritis quoad prædictas Crates datus fuerit in *Summ. num.* 23. *§.* 4. & quamvis eadem recognitio extensa non fuerit per verba directa ex ore peritorum procedentia, adhuc tamen sufficiens reputari debet, utpotè benè explicans rei, de qua quærebatur, substantiam, & expleta coram Judice, alijsque Ministris, qui intervenerunt Visitationi, *Processʃ. fol.* 245. *&* 248. àc denique consona stylo Regionis; ijs enim concurrentibus actus optimè salvatur ex vulgatis.

30. Potissimè, cùm antiquitas dictarum Cratium unicè non probetur ex relatione peritorum, sed illa innitatur etiam testimonio Hagecij, qui, tanquam de facto antiquo sermonem habens, inquit - *Quicunque vero ejus Sanctitati resistebat, & Crux in lapide ejus sepulchrali incisa petulantèr calcata fuit, is idem eâ die opprobrium, & ignominiam passus est, ideòque Prælati Sepulchrum ejus Cratibus ferreis circumdari fecerunt* - *Summ. num.* 5. *lit.* G.; ità ut cùm Auctor hic, ut versatur extra quæstionem, opus ediderit anno 1541. & appositionem Cratium referat uti factum de præterito, clarè indigitasse videtur ipsam cratium vetustatem; & concordat Paproskius in opere in lucem emisso anno 1602. *Summar. d. num.* 5. *litt.* I. quod in ipsomet limine dicitur impressum de consensu Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis tanquam supremi Correæoris, *Processʃ. fol.* 329. *à tergo*, & consentit Kapihorskius Scriptor anni 1630. *ibidem litt.* Y. idèmque tempus vetustissimum appositionis Cratium ex auditu à Majoribus, & famâ publicâ autumant Testes, *Summ. n.* 21. *&* 22. *à* §. 3. *ad* 15.

31. Respectu verò ad objectam irrevelantiam appositionis Cratium, longè minoris ponderis videtur contraria animadversio; constat enim non ad removenda dedecora, ut supponit Reverendissimus Promotor, eas fuisse appositas, sed in signum venerationis, cùm, si ad finem supradictum secuta fuisset appositio, utique Crates reperiri possent penès Sepulchra Episcoporum, & Canonicorum in Cathedrali, & tamen inibi eæ desiderantur, ut benè deponunt Testes in *Summar. n.* 21. & hujusmodi appositionem esse antiquissimam

& Crates constare duplici ordine, majori nempè, & minori, Testes edicunt in *Summ. n.* 22.

32. Quod magis confirmatur ex monumentis Scriptorum. Hagecius enim ait: ob Miracula patrata ad Tumulum appositas fuisse Crates, *summ. n.* 5. *litt.* G. Hoc idem autmant Bartholomæus Paprozkius in opere evulgato anno 1602. *d.n.*5 *lit* S. Simeon Kapihorskius in Historia Monasterij Sedlicensis Ordinis Cisterciensis edita anno 1630. *Summ. d. n.* 5. *litt.* BB. & generalitèr, quamvis non meminerint appositionis Cratium, referunt alij Scriptores, ad Tumbam B Joannis admissa plura prodigia contra illam violantes, ac inhonorantes, prout Dubravius in Historia Bohemiæ conscripta anno 1552. *Sum. d.n.*5.*lit.* L. Martinus Boregk *Heterodoxus* in Chronico anno 1587. *ibidem litt.* O. Georgius Bartholdus Pontanus in *Bohem. a Pia* impressa anno 1608. *ibidem lit.* V. Auctor Postillæ diversarum Concionum editus anno 1629. *ibidem litt.* Y.; Quarè, his omnibus simul sumptis perspicuè patet, causam appositionis Cratium, reverà promanasse ex venerationis motivo, cùm, vel expressè id fateantur Historici, vel tacitè inferatur ex eorum dictis.

33. Nil adversante Auctoritate *P.* Tanneri, quem Reverendissimus Promotor ex *Summar. pag.* 17. allegat in corroborationem prænotatæ appositionis; satis est enim, hic proferre illius verba, quæ præclarè ostendunt venerationem habitam B. Joanni, & Miracula causam præstitisse dictæ cratium appositioni; sic autem ille habet ibi - *Quia tamen reperti sunt nonnulli, qui Cultum Sancti, & Martyris Venerabili huic Viro denegarent, ejusque apud Deum merita despicerent, adeoque locum Sepulturæ ejus per contemptum auderent calcare, fiebat, ut mox divina in eos ultio subsecuta ostenderet, quô locô Martyr ille esset in Cælis; deprehensum namque, & vulgò observatum est, eâ ipsâ adhuc die publicam aliquam homines illos pati soluos ignominiam, & gravissimô aliquô coram plebe affecti à DEO consueverint pudore, quæ res in causa fuit &c. deindè verò, ut authoritate publica humus illa tota rudibus, & raris quibusdam Cratibus cingeretur in signum Populo ne sacrum locum facile calcarent; sed quia adhuc petulantiæ patebat aditus, superadditæ sunt elegantiores, ac densiores ferreæ Crates alteræ, quæ ita nunc locum altè ambiunt, ut videantur omnem injuriam à monumento illo satis prohibere*-*Summ.n.*5.*litt.*II.

34. Quamobrem jure meritòque concludendum videtur, ipsam Cratium appositionem aliâ mente factam non fuisse, quam conciliandæ venerationem Sepulchro; eoque magis, cum actus ejusmodi originem sumpserit ex antiquissimo ritu in Ecclesia servato, cancellis custodiendi Sanctorum Martyrum tumulos. Præter auctoritatem hac de re allegatam in Informatione *Art. III.§.*26. mirificè hunc morem exprimit D. Augustinus *de Civit. Dei lib.* 22. *cap.* 8. ubi posteris mandans singulare prodigium in Ecclesia B. Stephani Civitatis Hipponensis admissum, inquit- *Venit & pascha, atque ipso die Dominico manè, cùm jam frequens*

populus præsens esset, & loci Sancti Cancellos, ubi Martyrium erat, idem juvenis orans ve- neret, repente prostratus est & dormienti simillimus jacuit - & infra pergens ad aliud prodigium in muliere ad statum bonæ valetudinis revocatâ , subdit, ibi - *Illa enim ubi de gradibus descendit, in quibus steterat, & ad Sanctum Martyrem orare perre- xerat. Quæ mox, ut cancellos attigit, collapsa similiter velut ad somnum sana surrexit.* S. Paulinus Nolæ Antistes ligatâ oratione in Natal. XIII. S. Felicis describens illius Sepulchrum , hæc habet:

Nota loci facies cunctis manet, ut super ipsum
Martyris abstrusi solium claudent Sepulchri
Cancello latus in medio, sit pagina quadam
Marmoris, &c.

35. Quinimmò quòd hæc appositio Cratium referenda sit ad signum ve- nerationis, redditur evidentissimum , ex quo cum iisdem Cratibus concurrunt alia signa venerationem præferentia ; cùm enim à Sæculo XII. Vladislaus , tunc temporis Dux Bohemiæ, Mediolanô Pragam attulisset æneum Cande- labrum , quod provenire ex Templo Salomonis famâ est , ut tradit *Æneas Sylvius in Histor. Bohem. cap.* 24. anno decimo secundo post Martyrium B. Jo- annis , & sic anno 1395. collocatum extitit suprà illius Sepulchrum , ut col- ligitur ex apposita Inscriptione *Summario n.* 26 *à §.* 1. *ad* 4. & relata ; cum ea- dem Inscriptione videtur consonare Chronica Martiniana , quæ manuscripta existit in Archivio Capituli Metropolitani *Summar. responsivo num.* 1. quæ sanè Candelabri collocatio suprà Tumulum , cùm facta fuerit non ab initio illius transportationis Pragam secutæ, sed longè post, ita ut ostendat animum præ- cipuum ornandi eundem Tumulum, & augustiorem reddendi hoc ipsum clarè indicat in causam Cultûs opus magnificentiæ cedere.

36. Ulteriùs in ipsis Cratibus duplex legitur Inscriptio , altera ex parte illarum anteriori , altera ex interiori posita, quarum utraque exprimit B. Jo- annem sub Wenceslao Rege Martyrij gloriam consecutum , miraculisque cla- rum esse , facta mentione, quòd Inscriptio ejusmodi renovata fuerit an. 1679. *Summario num.* 23 *§.* 2. *&* 3. deníque annô 1692. constat ipsis Cratibus adjun- ctum fuisse Mausoleum circumdans ipsum Sepulchrum ex marmore , & ferro affabrè elaboratum *Summario n.* 23 *§.* 1. *& num.* 24. ; & sic indubitata est Se- pulchri magnificentia ex causa venerationis , cùm in ipsam collimet adeò in- signe augmentum.

37. Nilque huic magnificentiæ derogat exceptio, quòd in lapide Sepulchra- li deficiat Inscriptio aliqua honorifica, desint signa denotantia Martyrium , & quòd denique Corpus B. Joannis elevatum non fuerit ; nam, cùm hæc omnia deducantur sub ratione argumenti negativi quoad signa particularia , exindè nobis non potest exclusio Cultûs in universum , cùm stare simul possit , quòd , præ-

prædictis signis non extantibus, adhuc quis Cultum consequatur ab immemorabili, quatenùs videlicet alia signa concurrant illum præseferentia; quod præcisè redditur evidens in casu præsenti, in quo, conspirantibus alijs pluribus signis, remanet probatus Cultus, licèt supra recensita non interveniant.

38. Eò fortiùs, quoties adfuit causa, propter quam potuerit omitti usus aliorum signorum; cùm enim B. Joannes Martyrium subierit mandante Wenceslao Rege anno 1383. & Princeps hic, qui humani quodammodo cruoris spargendi sitiens videbatur ob ejus enormem crudelitatem, ut patet ex monumentis Historicis, vivere non desierit, nisi annô decimononô supra millesimum quadringentesimum, ut testatur Chronica Martiniana, *Summario responsivo num.* 1, tempore videlicet, quô jam Regnum pestiferâ Hussitarum lue laborabat, ut evincitur ex P. Odorico Rainaldo in *Annal. Eccles.* ad eundem annum; mirum non est, si Tumulo ipsi affixa non fuerit Inscripto, vel signa Martyrium denotantia, vel Corporis elevatio non intervenerit; cautè enim in hoc agere voluerunt Canonici, ne hujusmodi signis Factô positivô ipsorum adhibendis, Regi viderentur criminis atrocitatem exprobare causámque insæviendi præbere.

39. Sermonem proindè ad alias Animadversiones convertendo; quòd spectat ad Altaris erectionem ab immemorabili tempore expletam, de illa dubitari non posse videtur, cùm VII. Testis dicat: ex fama publica hoc audivisse, ut in *Summ. num.* 33. §. 7.; ejúsque Dictum coadjuvetur ab alijs, qui concorditer affirmant, reconciliatâ Ecclesiâ post expulsionem Comitis Palatini, illud fuisse rursus dicatum in honorem B. Joannis, *Summario dicto nummero* 33. *in respons. ad* 87. *Interrog.* ac postremò confirmetur à Thoma Joanne Pessina olim Metropolitanæ Decano in Opere, cui Titulus - *Mars Moravicus, &c.* *compulsat. in Process.* *fol.* 342. & 343. ibi - *Propè Sepulchrum idem Beatus Martyr habet in eadem Ecclesia Altare ac antiquô erectum, hæreseos tempore, ut jam narravit Caraffa, à Calvinistis dirutum quidem, sed annô millesimô sexcentesimô vigesimô primô denuò à Dominis Capitularibus instauratum, &. à Joanne Tertio Archi-Episcopo Pragensi die 6. Julij anno eodem consecratum, &c.*

40. Quatenùs verò subindè Reverendissimus Promotor admittens novam Altaris consecrationem anno 1621. juxtà schedulam repertam in eodem Altari, objicit incertitudinem, an consecratio ejusmodi referatur ad B. Joannem Nepomucenum ob titulum *Confessarii* in ea adhibitum cuicúnque Servo DEI applicabilem, prætermissâ illâ Martyris; plana est responsio, quòd titulus ille *Confessarii* apprimè designat Beatum Joannem, de quo agitur; nàm, cùm ipse actu excellenti tanquam Sacramenti Confessionis Minister legem in ejus mini-

stratione Jure tam Divinò quàm Ecclesiasticò indictam servaverit, ornandus profectò erat appellatione, quæ talem ostenderet in eo excellentiam, & quæ inter plures Martyres distingueret.

41. Quæ responsio summoperè stringit eo ipso, quòd usque hactenùs non videtur adesse alius Sacerdos, de quo palam constet, mortem subijsse observatum Sacræ Confessionis sigillum, & supradictam ob id appelationem illi tributam, ut ad rem advertit idem Reverendissimus Promotor §. *Quod etiam vers. cùmque ex Officio Confessarii*; undè unicè B. Joanni antonomastice titulus prædictus competere habet; eò maximè cùm in Tabella continente consecrationis Altarium Ecclesiæ Metropolitanæ anno 1621. expletæ, post expressam consecrationem Altaris in honorem B. Joannis sequuntur hæc-*In Sacello, quod est è regione Sepulchri Sancti Joannis de Nepomuk Confessarii-Summ.num 34. vers. In Sacello*, ubi additur illud *de Nepomuk* retentâ *Confessarii* appellatione, quo pacto clarè dignoscitur, quisnam sit Joannes *Confessarius*, in cujus honorem celebrata est consecratio.

52. Levissima quoque dignoscitur difficultas contra retentionem Lampadis, quæ à Peritis confecta judicatur antè annos centum, sub eo prætextu, quòd non adsit formalis illorum relatio, prout consimilis deficiat depositio Testium affirmantium de antiquissima Lampadum accensione; quamvis enim desideretur hìc relatio Peritorum, & Testium depositio verbis directis concepta, nihilominùs uterque actus, tam à Testibus, quam à Peritis expletus fuit coram Judice, alijsque Ministris necessariis, *Summario num.* 39. §. 4. *ad* 8. & sub eo stylo, qui servatur in illis Partibus, ac propterea firma, & immota stat eorundem Peritorum, ac Testium fides.

43. Eâdémque responsione eliditur consimilis oppositio quoad antiquitatem Imaginum cum Signis Sanctitatis ab anno 1621. 1630. & 1631. & sequentibus distinctè recensitis in Informatione *Artic. III. num.* 34. *vers. Altera & seq.* fuerunt enim Judice assistente à Peritis, ut suprà, recognitæ, descriptis epochis confessionis earundem Imaginum inibi adnotatis; *summ. n.* 39. §. 15. & 16. & *num.* 40. 4. 7. & 11. *ad* 14.; sicque nullam admittunt dubitationem quoad actûs legitimitatem.

44. Subsistit pariter antiquitas Imaginis existentis apud Aram Sacrarij Metropolitanæ, cujus meminit P. Balbinus in Vita B. Joannis confectæ anno 1490.; tametsi enim deficiat formalis recognitio, cùm tamen illius mentio fiat per Historicum gravem, & approbatum, dùm ejus monumenta per Continuatores Operis Bollandi fuerunt admissa, hoc ipsum reddit authenticum ejus dictum.

45. Postremò debilis est oppositio circà antiquitatem celebrationis Mis-

sarum; nam de illa fidem faciunt Testes, *summario n.42.* quorum III. autumat se vidisse vetustissimum Regestrum Missarum, & audivisse à Majoribus, quod illorum tempore constans erat celebratio Missarum, *ibidem §. 3. & 4.* & consonat IV. *ibidem §.5., & 6.*; quibus etiam additur depositio aliorum Testium in *Summ. responsivo num. 2.* qui deponunt per quinquaginta, quin etiam septuaginta annos hujus celebrationis se meminisse; & signanter IX *auncrum* 81. *in respons. ad* 74. ait, se de illa audivisse à Matre, & Avo, qui erant octuagenarij. Proindè nil obstat, quòd Balbinus in Vita Beati exarata. anno 1670. asserat, nullo Sacrificio, neque Officio recoli memoriam B. Joannis, ideóque celebratioMissarum in ejus honorem de recenti tempore cœperit; quoniam hæc assertio procedit quoad Missas, quæ dicerentur propriæ, & de Beato juxta Rubricas, non verò quæ possunt dici currentes, & de Sanctissima Trinitate, prout servatur quoad Servos DEI Cultu immemorabili pollentes, & in casu præsenti innuunt Testes, *Summar. num. 42. in respons. ad* 107. *Interrog.*

46. Sublatis hoc pacto Animadversionibus Rmi Promotoris, superest, ut pro majori comprobatione Signorum Cultus immemorabilis ante Decreta San. Mem. Urbani VIII. præstiti B Joanni quædam ponderentur, ubi occurrit ipsa inconcussa continuatio ejusdem Cultus, postquam bis Catholica Religio in Regno Bohemiæ naufragium passa fuit. Hussitarum furor in fine Sæculi millesimi quadringentesimi, ut supra visum est *§. 3. & 4.* quicquid venerationis erat Sanctorum, everterat; succedentes exindè Calvinistæ anno 1619. impietatis palmam aliis in hac re non cessère, deletis, & abrogatis quibuscunque cultus Sanctorum vestigiis, præcipuè in Ecclesia Metropolitana, ut pariter expositum fuit *§. 6.*

47. Verùm semel atquè iterum depulsis Heterodoxorum turbis Cultus B. Joannis publicè vindicatus reperitur. Tempore, quod subsecutum est Hussitas, patuit jam in deducendis signis Cultus stetisse memoriam solemnis translationis Cadaveris; B. Joannem honoratum extitisse appellatione *Sancti & Martyris*; ad ejus Sepulchrum continuatam fuisse retentionem Candelabri, & Cratium in signum venerationis, Populum; pictam Imaginem anno 1490. accurrisse venerabundum ad Tumulum; editum in lucem Hymnum, & Orationem in Honorem Beati; ei adscriptam gloriosam prærogativam Patroni Regni, ut constat ex *Informatione Art. II. & III.* Quo verò ab expulsione Calvinistarum dignoscitur statim continuatus idem Cultus, cùm adsint Statuæ, & Imagines efformatæ cum signis Sanctitatis inter SS. Patronos Regni ab anno 1620. 1630. & persequentes in Metropolitana; retentio accensæ Lampadis ab anno 1620 consecratio novi Altaris eodem anno, ceteráque signa memorata in Informatione.

48.

48. Quanti verò momenti, ac virtutis sit ejusmodi persistentia Cultus cum fama Sanctitatis, & Martyrij assiduè immota, ad finem, de quo agitur, verbis non indiget, quibus exprimatur. Optimè id innuere videtur P. Tannerus in *summario num.* 5. *litt.* FF. ibi -- *Quare populi veneratio in eum ità crevit, ut tametsi a Sancta Sede Apostolica (cujus solius est de vera Viri hujus Sanctitate sinè periculo erroris decernere) nulla accesserit auctoritas, tantaque ab hæresi per duo sæcula intercurrerent in Bohemia tenebræ, pro Sancto tamen, & vero Martyre sit semper habitus Cultu publico, & appensis ad ejus Sepulchrum Anathematibus.*

49. Idque prænobili quidem exemplo luculentissimè illustratur. Ethnici Principes, qui in Christianæ Religionis exitium olim conspirârunt, notum est, quot, tantasque technas, & machinamenta moliti fuerint. Quamvis innumeræ Christianorum myriades igne, ferróque, alijsque tormentis interemptæ fuerint trium sæculorum spatiô, mansit tamen Religio Crux triumphavit. Quinimò hæc maxima suscepit incrementa, ac in ultimas mundi oras penetravit. Signum hoc fuit veritatis ejusdem Religionis ab humani Generis Redemptore institutæ, adeò ut Theodoretus in *Tract. de Curat. Græc. affect. Hom.* 9. id demonstrans, usus argumentô illius durationis adversùs dictorum Principum persecutiones, hisce concludat - *illis namque* (scilicet Apostolis) *jam vitâ perfunctis, ad Scythas, ad Persas, Barbarasque alias nationes ipsæ leges facilè penetrârunt, omnibusque contrà reluctantibus non solùm Barbaris, sed Romanis rerum Dominis, illæ tamen in eodem semper robore permanserunt, omnémque funem (quod dici solet) commoventibus Romanis, ut Piscatorum memoriam, nostrique Sutoris extinguerent, illustriorem illam, clariorémque reddiderunt.*

50. Hoc autem, quod de Religione Christiana dicitur, perbellè adaptatur venerationi SS. & B. Jo. pluriès ab Hæreticis divexatæ, & quæ actus ejusdem Religionis est. Usquè ab ejus obitu Cultus inceperat probatus per solemnem Cadaveris delationem, subsequenter per Cratium appositionem, aliáque ornamenta Sepulchri, per denominationem Beati, per concursum Populi, & cætera signa recensita; supervenientis autem Hæreticorum novitatibus, Cultus quidem videbatur cessasse, sed illis abire jussis, illustrior, clariórque apparuit. Calvinistis ejectis mirum dictu est, quàm splendidè, quàm latè se extenderit Cultus ejusmodi. Splendorem hunc, & propagationem ostendit retentio nonaginta trium Lampadum argentearum, assiduè, vel interpolatè ardentium

ardentium ad Tumulum *Summario n.* 39. §. 1. appensio, & oblatio Anathematum sine numero, ac ditissimæ supellectilis pro suo Altaris ponti e regione Tumuli, & Beato dicati, *ibidem* §. 2. & 3. celebratio Missarum in quantitate sex millium, & ultra quolibet anno *Summ. num.* 40. §. 8. & 9.; in omnibus Ecclesiis nedum Pragæ, verùm etiam totius Regni collocatæ sunt statuæ B. Joannis, cum signis Sanctitatis & Martyrii, ut probant Testes *Summario num.* 38.; eæque reperiantur in quibusliber Pragis, Oppidis, Viis, & Pontibus, ut exprimunt XII. & XIII. Testis *d. num.* 38.; consimiles Imagines prostant in quacunque Ecclesia *Summario num.* 41.; & tandem complexivè loquendo, Cultus B. Joannis diffusus modò est per universum ferè Orbem, Bohemiam, Germaniam, Italiam, Poloniam, Austriam, Hungariam, Belgium, Galliam, & Bavariam, ut enarrant Testes *Summario num.* 44. §. 2. 4. 6. 8. 10. & 12. adeò ut in fines Orbis Terræ illæ propemodum pervenerit.

51. Quid ergo hæc omnia significare habeant, præstantissima Eminentissimorum Patrum mens dijudicare poterit; pro Instantiæ tantùm præsentis complemento id persuasum esse debebit, quòd adeò magnificus, adeò diffusus Cultus B. Joannis post Hæreticorum procellas non extitisset, nisi ab ejus obitu, & quidem super solido fundamento Martyrii, & miraculorum initium sumpsisset, auctus postea usque ad hæc tempora. Quamobrem optimo Jure inspectis probationibus ejusdem Cultûs, quæ inter tot calamitates, & subversiones florentissimi Regni superesse potuerunt, denuò humiliter supplicatur pro responso affirmativo confirmationis Sententiæ, de qua agitur.

Quare, &c.

Joannes Franchelluccius è Patronis Causarum Sac. Pal. Apost.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

SUMMARIUM
RESPONSIVUM,
SVPER DVBIO,

An Sententia Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis lata super casu excepto à Decretis san. mem. Urbani Octavi, sivè super Cultu publico ab immemorabili tempore dicto Beato præstito, sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?

Ex Chronica Martiniana M. SS., quæ servatur in Archivio Capituli Metropolitani, & à Peritis judicatur confecta circà annum 1471. Processُ. fol. 165. 167. & 168ᵛ à tergo, & 170. compulsat. ibidem fol. 363. & tergo.

Wenceslaus Rex Bohemiæ, Caroli filius, obijt Anno Domini 1419. feriâ quartâ post festum Assumptionis, sepultus autem est per Sigismundum Ducem Lithuaniæ Anno Domini 1424. in die S. Jacobi, in Ecclesia Sancti Wenceslai Pragæ in Castro, in Sepulchro Patris sui, in qua Ecclesia adhùc stat unum Candelabrum de Templo Salomonis, habens Titulum istum -- *Istud Candelabrum est de Templo Salomonis vi armatâ receptum in Mediolano per Ducem, & Barones Bohemiæ anno Domini 1397. hic locatum.*

Num. 1.

Ad Articulum duodecimum Interrogatorium septuagesimum tertium Processُ. fol. 137. tergo 138.

Num. 2. Recordaturnè Testis à tempore pubertatis suæ, quòd in sola Ecclesia Metropolitana ad Altaria fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ultra sex millia Missarum votivarum per anni decursum legantur, & quòd plurimi homines pœnitentes ad eadem Altaria Sacrâ Synaxi reficiantur?

Interrogatorium septuagesimum quartum Processُ. fol. 138.

An verum sit, quòd etiam in alijs Ecclesijs in Tri-Urbe Pragensi sitis ad Altaria huic fideli Servo Dei Joanni Nepomuceno in honorem erecta eadem devotio, & quidem sine omni contradictione Ordinariorum frequentetur, & an Testis à suis Majoribus habeat, quòd jam illorum tempore hæc devotio (licèt non tàm frequens, & copiosè) fuerit?

Ad

Ad Articulum vigesimum primum Interrogatorium centesimum septimum Procesf. fol. 143.

A quo tempore Testis tot, tantàque Missæ Sacrificia (quamvis solùm de tempore, vel Festo occurrente, aut votiva de Sanctissima Trinitate) in honorem tamen Ven. Servi Dei Joannis Nepomuceni ad contigua Tumulo ejus Altaria scit lecta esse, quæ pij Clientes frequentissimè, & quidem per multa millia per annum legi procurârunt, undè Testis hanc genuinam scientiam habeat?

VIII. *Testis ætatis annorum* 69. *ad* 73. *Procesf. fol.* 500.

Respondit. Maximam copiam Missarum lectarum à sexaginta annis recordor.

Ad 74.

Respondit. Hoc verum est.

IX. *Testis ætatis annorum* 81. *Ad* 73. *Procesf. fol.* 602. *tergò.*

Respondit. Has lectiones Missarum jam à septuaginta annis recordor, & plurimas in dies legi video.

Ad 47.

Respondit. Est verum, ubique illiûs devotio in alijs etiam Ecclesijs frequentatur, & etiam de hac devotione Avus, & Mater mea mihi retulerunt, & de contradictione nihil unquam audivi.

Mater Testis & Avus Maternus ætatis annorum 80. *Proc. fol.* 595.

Ad 107. *Procesf. fol.* 606. *tergò.*

Respondit. A juventute meâ sciò plurima Sacra in honorem illius lecta fuisse, & in dies legi.

XII. *Testis ætatis annorum* 71. *ad* 73. *procesf. fol.* 533.

Respondit. Ab annis 49. plurima Sacra legi recordor.

Ad 47.

Respondit. Est verum, quòd devotio quasi in omnibus Ecclesijs per totam Tri-Urbem vigeat.

Ad 107. *Procesf. fol.* 537.

Respondit. A 49. annis recordor copiosissimas Missas in honorem illius legi, & de die in diem copiam Missarum augeri.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

COLLECTIO EPISTOLARUM

Ad Sanctissimum in Christo Patrem,

ET DOMINUM

CLEMENTEM XI

Pont. Optimum Max.

NEC NON

Ad Sac. Rituum Congregationem

PRO CAUSA

Canonizationis, seù Declarationis Martyrii

B. JOANNIS NEPOMUCENI

Olìm Canonici Metropolitanæ Pragæ;

In quarum plerisque exponitur Cultus immemorabilis præstit eidem Beato, illiúsque propagatio.

I.

Epistola Sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Caroli VI. Imperatoris.

BEATISSIME IN CHRISTO PATER DOMINE DOMINE REVERENDISSIME.

SUPERFLUUM foret Sanctitati Vestræ fusiùs exponere, quandoquide id sibi porrò ab annis notum, testatumque haberet, *quantoperè Region Orbis Christiani plurimæ præsertim verò eæ, quas Divina Providentia Nostræ G bernation concredidit, in glorioso Christi Servo* JOANNE NEPOMUCENO *m nalia Dei jam à Sæculis venerentur*, atque omnium animi hodie dùm in id desi antur, ut cultus eidē publicus à Sacro Apostolicæ Sedis Oraculo quantociùs d

cerne

cerneretur Quibus fidelium votis sicuti, & Nos, in signem Viri pietatem, & merita suspicientes, jam dudum accessimus, ità & Sanctitatem Vestram hisce nostris precibus obnixè interpellamus, quatenùs terminatis etiamnum perquisitionum solemnitatibus præfati Joannis Nepomuceni relationem in numerum Divorum prò gloriæ divinæ incremento, ac nostro, Regnorúmque Nostrorum solatio statui, & propalari facere velit, & acceleret; factura in hoc Sanctitas Vestra opus celebri suo Pontificatu dignissimum; cui de reliquo auspicatissimam in longos annos incolumitatem ex animo vovemus, & apprecamur, Nos. que et paterno ejusdem affectui commendantes. Dabantur in Civitate Nostra Viennæ die 15. mensis Julii Anno Domini 1720. Regnorum, Nostrorum, Romani nono, Hispanicorum decimoseptimo, Hungarici verò & Bohemici decimo.

Ejusdem Sanctitatis Vestræ

Obsequens Filius
CAROLUS.

II.

Epistola Sacræ Cesareæ Catholicæ Majestatis Elisabethæ Imperatricis.

BEATISSIME IN CHRISTO PATER, DOMINE REVERENDISSIME.

POst officiosam commendationem Filialis observantiæ continuum Incrementum. Quemadmodum inter eminentiora ingentis à vivorum, mortuorúmque Judice Christo Deo, Vicarijs suis per Testamentum relegatæ Potestatis attributa gradum tenet obtinet Apostolica illa à primis Ecclesiæ Romanæ temporibus semper exercita facultas decernendi; quibusnam ex triumphantis Ecclesiæ Civibus, qualisvè Cultus in militante à mortalibus tribuendus est; ità ad infallibile Sedis Sanctæ Oraculum nunquam non recurrunt Divinæ in Sanctis Gloriæ avidi, devotionis non minus, quàm gratitudinis ardore flagrantes Populi, & eorum Principes, quotiès in Sanctorum Album referri, Cultúmque universalem statui flagitant ijs, quorum opem, & tutelam in calamnitatibus publicis, privatísque adversitatibus promptam sæpius experti sunt. *Habent, Sanctissime Pater, Inclytum Bohemia, & adjacentia Austriaca Regna, & Provinciæ, illi dprecipuè, & Augusta Domus, Insignem apud Deum Optimum Maximum Sanctitate, & Miraculis clarum*

Deprecatorem JOANNEM NEPOMUCENUM, *quem utpotè ab ipso fermè Martyrii momento Populi universi, proindèque Dei voce canonizatum à multis jam saeculis Divorum honoribus prosequuntur, glorioso huic Dei Amico tantum fiduciae, devotionis, cultúsque deferendo, ut, mirum credere fas sit, Sanctorum vix ullum majori aviditate, impetu, & aemulatione ibi, alibive hactenus unquam invocatum fuisse.* Testantur hoc *millies millena Simulacra per Altaria, & Templa fermè omnia, Urbium Portas, Plateas, Atria, Loca publica Viásque, Pontes, & Domos erecta, peregrinationes innummerae, & processiones, confluxúsque Plebis, & Populi ex omni ordine, & Tribu ad Tummulum Ejusdem continuò velut Apium examina gregatim convolantium*, & praeter alias ferventissimam etiam Thaumaturgorum Venerationem transcendentes Devotionis spicies stuporem Exterorum meritò excitat, quòd *Viri Dei imagines, alij velut Ordinum Equestrium Insignia & Cimelia aureis, gemmeisque Monilibus inclusas, ex collo, & pectore pendentes. alii in annulis, alii aliter, & quidem utriusque sexus Principes, Personae in Aula ipsa Imperiali, & ubique palàm circumferant, adeo ùt peregrinum hoc pietatis studium Nos ipsi non finè singulari mentis in Deum elevatae solatio publicè amplecti non erubescamus*, miraculosum sanè hunc gentis ardorem Divinae Providentiae digito cordibus Ejusdem inscriptum esse nequaquam ambigentes. Et quis inficiabitur universalem hanc fiduciam mirabilis Dei opere excitatam, novisque semper beneficiis, inter caetera verò honoris, gloriae, & famae (cujus sollicitam curam heroicae huic genti maximè congeniam esse experimur) eximia tutela per tot saecula in hunc usque diem enutritam fuisse. Pro tanti itaquè Sospitatoris fama, & honoribus per universam Sanctitatis Vestrae nutibus parentem Ecclesiam ampliandis Clerus, Populus, & omnes Inclyti Bohemiae Regni Ordines, ipsorúmque pii Regnantes jam pridem, & saepiùs suppliciter exorârunt Romanam Divi Petri Cathedram, & ut Nobis refertur, propediem denuò, & iterum Sanctitati Vestrae, ea, quae supremum verè Credentium Pastorem decet veneratione preces suas eundem in finem exponent, in firmam spem erecti fore, ut Paternae mentis praecordia tandem propitia reddant. Hisce tota Austriaca Prosapia suas, & Nos Nostras alacriter spontè adjungere non supersedemus, in acerba illa tempora Nos incidisse contemplantes, in quibus Romana Ecclesia, hinc indè titubans decor, & honor ne pereant, novô hôc praesidiô indigemus. Macte igitur Beatissime Pater, facultate ad id Tibi traditâ utere, imminentia tot pericula ad animam revoca, deprecantes solare, fidem colentium firma, Ancipitum adhuc dubia solve, debitum Amico Dei, Nostróque apud eundem fido Intercessori Cultum universalem decerne. Luceat Lux haec omnibus; dum Nos perennem Filialem Nostram observantiam Sanctitati Vestrae deferentes longaevam incolumitatem

Ei

i impensè auguramur. Viennæ die 6. Martii Anno millesimo septingentesimo vigesimo.

Sanctitatis Vestræ

Obsequens Filia
ELISABETHA.

III.

Alia Ejusdem.

*BEATISSIME IN CHRISTO PATER
DOMINE REVERENDISSIME.*

POst officiosissimam commendationem Filialis observantiæ continuum incrementum. Inter cæteras, easque ardentissimas variorum Principium, & Populorum Apostolicæ Sedi, & Sanctitati Vestræ jam dudùm, & sæpius repetitas preces, & Nos litteris die nuperrimi mensis Marti xta datis Eandem enixè rogavimus, & Bohemiæ nostræ, universorùmque ıstriæ Regnorum, & Provinciarum Thaumaturgo B. JOANNI NEPOUCENO Divorum honores decernantur; nec est, quod ambigamus, votis eò justis, propriorùmque viscerum pietate commovendam quandoque nctitatem Vestram, sed uti in ijs, quæ sine dedecore negligi nequeunt, & rò quoque cum horrore exspectantur, quævis mora præstolantibus gravis, novum Nobis incitamentum est, ut idem denuò, iterum, iterùmque flaginus. Patere igitur, Beatissime Pater, ut faventia Causæ huic priorum tterarum Nostrarum momenta ad mentem Sanctitatis Vestræ revocemus, ter alia illud adhuc adjicientes argumentum: famam suffragiorum hujus ei Amici, Germanorum Imperij limites jam dudum transilijsse, ab eo mamè tempore, quo Exercitus Nostros Universi cura, & ratio trans Alpes, Maria collocavit, quos uti rebus sub tanti Tutelaris Auspicijs sæpiùs feliter gestis debitæ gratitudinis Simulacra, Altaria, & Sacella varijs in locis spitatori suo dicâsse, ità Cultum Ejusdem dissitas etiam exteras Nationes cuisse Nobis relatum habemus. In difficillima, Beatissime Pater, tempo. incidimus: Orthodoxæ Ecclesiæ Adversariorum exercitum hactes sub Apocalysticæ Bestiæ, aliisque infensis nominibus Supremi Sacerdotii nam, & dignitatem improbum lacerandi studium, ad grassandum in ipsa cera nunc conversum esse videtur. Idem nuper, & novô Beati Joannis epomuceni subsidiô forte opus esse, plena cum fiducia scripsimus; idem

iterum

iterum mente ad mirabilem Deum erectâ scribimus, Sanctitatem Vestram Filiali cum observantia monentes, & hortantes, ut fidem Colentium firmet, & Ancipitum adhuc dubia solvat, debitum Amico Dei Cultum definire non differat, dum Nos perrennem Filialem Nostram observantiam Sanctitati Vestræ continuantes longævam incolumitatem auguramur. Datum Viennæ die undecimo mensis Januarij Anno millesimo septingentesimo vigesimo primo.

Sanctitatis vestræ

Obsequens Filia.
ELISABETHA.

IV.

Epistola Sacræ Majestatis Augusti Regis Poloniæ.

SANCTISSIME ac BEATISSIME IN CHRISTO PATER DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

POst oscula Pedum Sanctitatis Vestræ Mei, Regnique, ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. Cùm intellexerim gloriosum Martyrium, Virtutes, & Miracula B. JOANNIS NEPOMUCENI, quondam Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonici, quem unà cum Christi fidelibus Regimini meo commissis vehementer colo, supremo, ac infallibili Sanctitatis Vestræ judicio quamprimum subjicienda esse, facere non possum quin ab Ea supplex petam, ut præclara merita, quibus illustris Dei Servus *ab immemorabili, & indesinenter, imò cum percrebrescentia in Universa Ecclesia, ac præsertim in Regno meo refulget*, quantocius expendi jubeat, quò per solemne Canonizationis Decretum à Sanctitate Vestra ferendum hujusmodi Christi Athleta, qui gloriosus regnat in Cœlo, meritum Cultum in toto Orbe obtineat; & ut Beatitudo Vestra in Mei, ac Fidelium omnium spirituale solatium, atque ad majorem gloriam DEI, qui in Eo mirabilis est, dignetur peculiare de illo Officium, & Missam approbare, atque Universæ Ecclesiæ benignè indulgere. Etenim, cùm Sanctitas Vestra humillimæ supplicationi Meæ clementissimè annuere dignabitur, uberiorem à Deo benedictionem Mihi, Regnóque meo ejusdem Divi Joannis patrocinio profectò sperare licebit. Ego verò tanto beneficio auctus diuturnum, ac felix Christiani Orbis regimen Sanctitati Vestræ apprecari non prætermittam; ac interim Filiali cum observantia maneo. Dabantur Varsaviæ die decima Aprilis 1720.

Sanctitatis Vestræ

Obedientissimus Filius
Augustus Rex Poloniæ.

V.

Epiſtola Eminentiſs. & Reverendiſſimi D. Cardinalis de Schrattenbach.

BEATISSIME PATER.

INter Sanctos, ſivè Martyres, ſivè Confeſſores præ cæteris de Chriſto, ejùſque fide optimè meritos, quos æternùm in Dei gloria victuros pia computat fidelium Turba, procul dubio eminet cum primis fortiſſimus Athleta Dei Joannes Nepomucenus Pragæ jam tum Canonicus Regularis; Hujus quippè Sanctitatis fama longè, latèque diffuſa eſt, quandoquidem meritorum Ejus virtute fit, accedente fide, *ut cæci videant, ſurdi audiant, muti loquamur, ex valetudine decumbentes confirmentur, &, quod prodigiorum ſummum eſt, in amiſſam ſemel gratiam reſtitui, plerique iterum reviviſcant*; edita etiam ab ipſo plura præclarè geſta: fortitudinem, quâ, pro Chriſto mortem opperiit, omnes miramur: per Eum à Deo in dies prodigia experimur: addo, & Cultum ſacrum, quo Eum multis ab hinc annis Germani fideles jugiter proſequuntur: quæ ſanè omnia invictiſſimi Martyris merita, vitæque anteactæ Sanctimoniam clariſſimè produnt. Hæc, ut ingenuè fatear, Sanctiſſime Pater, eàque haud quaquam levia, mihi ob accepta etiam non ſemel ab Illo gratiarum dona Ejus cultui addictiſſimo inceſſanter ſtimulum addidêre, ut non ſolùm propriò, ſed totius Diœceſis meæ nomine ad Sanctitatis Veſtræ pedes humillimè provolutus ſuppliciter hoc votum deferrem, ut infallibilis Auctoritas, quâ polles, Eum in Sanctorum Album pronunciet; & quoniam nos omnes minimè latet, quantus à Beatitudine Veſtra Clavum fidei cum ſumma omnium lætitia, tenente in Univerſam Eccleſiam doctrinæ, ſapientiæ, modeſtiæ, & Sanctitatis fructus manârit (tantum enim eſt in una Beatitudine Veſtra Religionis ſtudium pari cum humanitate conjunctum) non deſperem, fore, ut communibus hiſce Eccleſiæ votis, Deíque voluntati Ipſa ſit obſecutura, præſertim ubi Bohemiæ Cives, Principes, Rex ipſe, imò totus fermè Mundus Catholicus id enixè præſtolantur, non ſinè voluntatis Divinæ hac de re certiſſimo argumento; etſi nunc ſpe iſta non recedamus, mirum quantum DEI ipſius amorem, & ſupplicum benevolentiam ſibi reconciliabit Sanctitas Veſtra; porrò mihi haud immemori ſummæ Beneficentiæ tuæ hoc ipſum ad coronidem erit, ac proptereà Venerabilem hunc Joannem exorabo, & deprecabor, ut ſuis ad Deum meritis, ac precibus nobis impetret Sanctitatem Veſtram diu incolumem vivere, cujus pedes humillimè exoſculor, Ejuſque San-

 ctam

ctam Benedictionem suppliciter exposco. Neapoli 10. Maij 1720.
Sanctitatis Vestræ.

Humillimus, Devotissimus, Obedientissimus
Filius, & Creatura
Wolffgangus Cardinalis de Schrattenbach.

VI.

Alia ejusdem.

BEATISSIME PATER.

DElatis præterito mense Majo ad Sanctitatem Vestram meis, mearùmque Ovium supplicibus, ac enixis precibus, ut constantissimum Confessorem, & fortissimum Martyrem JOANNEM à NEPOMUK Bohemia oriundum Canonicum Pragensem, cui *Sanctitatis cognomentum jam indè à pluribus Sæculis Ecclesiasticorum, & Laicorum consensus dedêre*, Sanctorum fastis solemniter adscribas, ad reiterandam eandem petitionem arctiùs me video obstrictum; si enim cæteri longè dissiti, famâ tantum de Venerabili hoc Servo Dei resonante, vel lectione solùm mirabilium suorum permoti publicam Ejusdem Canonizationem tam fervidè poscunt, quo obligationis vinculo non tenebor ego, qui cum Diœcesi mea præfato Bohemiæ Regno incorporata Sacro Ejus Tumulo non longè absens, beneficia, quæ per Ejus intercessionem obtenta habentur, quotidiè prædicari audio, & vota, quæ in gratiarum actionem crebrò appenduntur, jugiter cerno? *Nulla etiam fermè penes nos est Ecclesia, nullum Sacellum, in quo Excelsi hujus Servi Dei Imago aut picta, aut sculpta non reperitur: nulla fermè etiam Sæcularium Domus, ubi Ejusdem figura cultui proposita non existit*: quòdque præcipuum est, & singulare, non solùm *in Templis, Sacrisque Ædibus, sed in Viis etiam, ac Plateis, in Pontibus, & Mœniis Simulacrum Viri Dei conspicitur tanquam singulare præsidium, & contra omnia adversantia firmamentum.* Patere, igitur Beatissime Pater, inter cæteros hujus pijssimæ Causæ Oratores me denuò ad Clementiam tuam precatorem accedere, & instanter postulare, ut remotis tandem obstaculis quibuscúnque, Sanctitatis famâ aliundè celeberrimo, & pro Sancto vix non ubique proclamato Joanni Nepomuceno Sacrum Cultum ab omnibus Christi fidelibus impendendum solemni ritu decernas; Unigeniti Filij Dei effatô Sanctum est, quo si duo consenserint super terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre, qui in Cœlis est. *Matth.* 18. 19. Præsens, quod Vestræ Sanctitati submississimè defero votum, non est meum tantummodò, vel Ovium mearum: non unius solummodò, alteriusve Christianæ Reipublicæ Gentis, sed universi fermè Catholici Orbis petitum unanime; Tu, qui in Terris Christi Domini non tantum Vicarius, sed & Imi-

tator

tator censeris esse perfectissimus, tot vota in idem collimantia non sines esse irrita, nequè feres vacuas omnium nostrûm à Te reverti postulationes. Quod dum summæ Clementiæ tuæ innixus indubitatum habet, Apostolicam simul Benedictionem Sanctitatis Vestræ, Ejusque Clementissimam Propensionem impensè mihi efflagito. Neapoli 15. Octobris 1720.

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus, Devotissimus, Obedientissimus
Filius, & Creatura
Wolffgangus Cardinalis de Schrattenbach.

VII.

Epistola Emi, & Rmi D. Cardinalis de Schonborn.

BEATISSIME PATER.

CUm aureô ore D. Chrysostomi Martyrum, & Heroum cœlestis illius Hierarchici cætus gloriæ, & triumphi ad hoc Divinô consiliô à Dei Populis frequententur, ut & illis debitus honor dicetur, & nobis virtutis exempla monstrentur, quibus ipsi provocari virtute pari; devotione consimili, ac fide dimicemus; vincamus hostem, partáque victoriâ cum ijsdem in Regnis cœlestibus triumphemus, hinc veræ Orthodoxæ Religionis est, Viros fidei constantiâ, àc pietate singularium, earúmque heroicarum virtutum illustres, ad summum Sanctæ Sedis Solium deferre, ut infallibili Summi Pontificis, Christi in terris Vicarij judiciô, & Sanctissimô Elogiô probati, Cælitûm Fastis adscripti, & tanquam suprà magnum Ecclesiæ Candelabrum positi præfulgeant, nósque in contentionem trahant, & sequelam. Eâ mente Sanctitati Vestræ supplices preces pro JOANNE NEPOMUCENO, Viro Apostolico, *Bohemorum Thaumaturgo*, & totius ferè Germaniæ nostræ Patrono devotissimè sisto, ut, cui in cælesti Patria coronam justitiæ justus Judex retribuit, eidem immortalem gloriam, publicos Sanctitatis, & Venerationis in terra Viventium decernat honores, in quem præcipua à Patre luminum dona gratiarum à primis Nativitatis suæ cunabulis confluxerant, teste visibili coruscante luce syderea, quâ in Natali suo dignis fide historijs honoratus fuit. Fides in Deum firma, invicta in adversis fortitudo, omnis ambitionis expers humilitas, beneficentissima in pauperes misericordia, indefessa in expugnandis Hæreticis solertia, zelus animarum salutis avidissimus, Sacro-Sancta Sigilli Sacramentalis custodia, fortissima in perferendis, desuper tormentis patientia *palmam Martyrij illi pepererunt, & publicum cultum Religionis, quo hunc Dei Servum, & ob Sacramentum pœnitentiæ invictum Martyrem credentium multitudo ex omni tribu, & linguâ & populô, & Natione Christianâ cujusvis statûs, & conditionis,* ut verè dicam, *Vox Dei, Vox populi, mactavit, tenerrimis incessantibus devotissimis, Superno, uti firmiter cre-*

 den-

dendum est. impulsu longis retrò temporibus prosecuta est, & etiamnum hodiè unanimi voce, & exclamatione deprædicat. Neque solùm vastissimis inclyti Bohemiæ Regni circumscripta terminis Sanctitatis ejus fama contenta, ad nostras, & longinquiores oras percrebuit, & hodiedùm adhuc unô omnium ore recolitur; quàm mirabilis sit Deus in Sancto suo, *testatum faciunt mirabilia opera ejus , & miraculis plena, quibus Servum suum Joannem Nepomucenum pugilem fortem Christianæ Fidei honorificavit, & in die glorificat, quæ & quanta sint*; nemo est, qui mecum nesciat, vel qui præsens auxilium , ejus præsertim in periculo famæ pessimis calumniantium linguis lacessitæ, aut proscindendæ non presentiscat, verùmque impendentis cujusvis infamiæ Patronum experiatur, vel jam olim expertus didicerit, devotô ejus Cultu, quem *immemorabilem probe novimus; srvunt enim hæc gratiarum cœlestium munera per universam Germaniam in ære, spirant in marmore, scintillant in auro, fulgent in argento; formantur in effigies, exprimuntur in Icones, in Simulacra figurantur. Fama Sanctitatis ejus loquuntur Templa, decorant Altaria, Statuæ in pontibus, & atriis omnium oculis Fidelium, & piis animis testantur.* Pareat Sanctitas Vestra meis, totiùsque Gregis mei Spiriensis in hunc Martyrem Dei inclytum, singularem apud Deum famâ periclitantium Advocatum pijssimis affectibus, cujus merita, cujus exempla, virtutes, & miracula hâc nostrâ ætate mirati sumus, & adhuc miramur, quod vidimus, testamur, & scimus quia verax est testimonium nostrum; viget apud nos, & in cordibus nostris admiranda, inaudita, & sempiterna memoria, quam Secreti Exomologeseos Beatus Vir Joannes Nepomucenus nobis post se reliquit; spirant adhuc recens virtutum odor, & immarcessibiles propriô sanguine suffusæ Martyrij palmæ, quibus totam Bohemiam, & nostras penès totius Germaniæ plagas non tam perfudit, quàm coronavit; ejus vitæ, meritorum, & gloriæ constantes adhuc fructus percipimus, Sanctitati Vestræ, Nobis, & inclyto sæpèfatæ Bohemiæ Regno gratulaturi, si vota nostra clementissimis auribus excipiat, & solemni Ecclesiæ Romano-Catholicæ ritu canonizaverit Sanctum in gloria interea autem ad laudes ejus decantandas Officium , & Missarum Solemnia Pontificia Supremâ Authoritate, & paternâ in Cælites pietate benignissimè indulgeat, pro quo demississimè oro, & ad pedes Sanctitatis Vestræ profundissimâ Filiali obedientiâ humillimè supplico. Spiræ die 16. Martij 1720.

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus & Devotissimus Servus Obedientissimus Filius, & Creatura.

D. V. Cardinalis de Schonborn Episcopus Spirens.

VIII.

VIII.

Epistola Eminentissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis Csacky.

BEATISSIME PATER.

Im Divi *Joannis Nepomuceni*, cui in tota Historia Ecclesiastica vix legitur llustrius, gloriosum Martyrium, *ab immemorabili diversissimorum Populorum ratione fulgeret*, miraculisque potissimùm in bona fama periclitibus corresponderet manifestè, adeo ùt, & pertinacissimi Hæci miraculosè confusi, sint piissimè conversi; *undè tribus ab hinc sæculis, per a voce Populi prò Sanctô acclamatus, & innumm. rerum prodigiorum, uti præattai est, manifestè periculô famæ, & honoris approbatus, inter Patronos Regn Bohemiæ icâ universi populi veneratione connumerari meritus sit, ejusque Sanctimonia, & iæ cultus ubiquè resplendeat, adeo ùt hæc vox* Dei in populo suo hunc gloriosum rtyrem sufficienter canonizet quidem.

Indubiè tamen eveniet, quòd fidelium devotio majora capiet incremen. & venerandum Pœnitentiæ Sigillum, quod Martirij causam tám eximiam lit, prò confusione Acatholicorum, & solatiô Pœnitentium, magis extollar, si Cultus iste Apostolicô approbetur Oraculô, & de hoc Sancto Thaumurgo interim Missa & Officium à Sanctitate Vestra, qua Dei in terris Vicaconcedantur. Prò quo dum Ego quoquè minima Sanctitatis Vestræ Creaa quàm demississimè supplicio, felix, & diuturnum gubernium per merita, intercessionem Divi quoquè Nepomuceni Deum Omnipotentem exorare a cesso, ut nobis eveniat.

Colocsæ 17. Aprilis 1720.

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus Devotissimus & Obligatissimus Servus, & Creatura, obedientissimusque Filius.
Cardinalis Csacky.

IX.

Epistola Eminentissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis de Alsatia.

BEATISSIME PATER,

INter postremorum sæculorum Viros virtutibus, & Miraculis Venerabiles; qui partes boreales Orbis Catholici illustrârunt, vix ullum reperire est, cujus Fama Sanctitatis, & Signorum gloria latus se diffuderit, aut majorem fidelium animis fiduciam quodammodò impresserit, quàm insignis planè memoria celeberimi Martyris *Joannis*, dicti à Patria *Nepomuceni*, Canonici Pragensis in Bohemia annò 1383. observatum inviolabiliter Sacramenti Pœnitentiæ Secretum, è Ponte istius Urbis in Moldavam fluvium præcipitati, *& ab immemorabili tempere, communi omnis Ordinis voce, prò Sancto acclamati.* Utar hìc apud Sanctitatem Vestram iisdem ipsis verbis, quæ valdè opportunè digesta reperi in Actis Sanctorum ad XVI. Maii ubi de Beato isto Joanne agitur, sic ibi lego. *Glorioso Martyrio, quo sanctus Stanislaus Cracoviensis Episcopus Anno MLXXIX. de Regis Boleslai crudelitate triumphavit, tria post sacula haud valdè absimile vidit Bohemia sub VVenceslai IV. cruento regimine. Causa quidem ac genus mortis utriusque disparfuit; nam iste ob increpitam, prò Episcopali sua obligatione, Regis libidinem, ipsius manibus concisus obiit; Joannes ob servatum Confessionis panitentialis secretum, imperatoris jussu in flumen pracipitatus interiit; similis tamen vtriusque constantia fuit, multisque à Deo confirmata miraculis; qua, si aquali felicitate fuissent conservata in scriptis, & pari assiduitate continuata, similis fortassis Joanni honor, qui Stanislao, ab universa deferretur Ecclesia, sed ingruentes mox Bohemia à furiosis Hareticis calamitates, & Catholica rei subversio, quarum haud vanus* Vates *Joannes fuisse fertur, paulò ante mortem, huic Canonizationis solemnis gloriam, posteris miraculorum ad sepulchrum patratorum notitiam, continuationémque abstulerunt.* Hucusque Actorum verba, ex quibus soluta est anceps ea quæstio, seù dubitatio, quæ animum meum pridem subierat, aucta plurimum, dum Viennæ commoratus sum, cur nimirùm tam Illustri Martyri necdum legitimâ auctoritate decreti essent Sanctorum honores, *cùm locis propè omnibus Cultûs publici patentissima apparerent vestigia?* cujus diuturnæ dilationis non tam facilè cuivis erat veram rationem, in actis illis expressam, suggerere. Nequè tam

am mirari desino, eximios Beati Cultores Bohemos potissimùm, & Germanos tamdiù distulisse Processus necessarios, Universæ Ecclesiæ Capiti, & Oraculo porrigendos, ut ad solennem Canonizationem Romæ procederetur, aut saltem ut intereà facultatem impetrarent Missam, & Officium de æstimatissimo Patrono suo recitandi. Memini, me non semel de ipsa re cum popularibus sermones instituisse, qui an ipsos moverint, certò affirmare non ausim; id certè non sinè summa mea voluptate non ità pridem intellexi, seriò tandem Pragenses ad Canonizationem promovendam animos adjecisse. Ne itàque mirum aut novum videatur Sanctitati Vestræ, si Ego inter tam Gloriosi Martyris Clientes me connumerem, si in hac Causa Precator accedam, si humillimè efflagitem, quod à tot annis executioni mandari me ardentissimè desiderasse profiteor. *Dici non potest, Beatissime Pater, nec satis calamô explicari, quanta in iis partibus apud Catholicos omnes sit Beati Nepomuceni constans, & perpetua veneratio, in nostrum usque Belgium propagata. In Templis passim exposita ejus Imago, in pontibus, in Compitis, in Viis sculptæ Effigies repræsentantur, Icones, Numismata, Reliquiaria per omnium manus distribuuntur.* Audit Patronus eximius in periculo famæ, & honoris, atquè in alijs item angustiis mirus prodigiorum, & miraculorum patrator: éstque ea non unius Urbis, aut Regni peculiaris devotio, *sed per totam latè Bohemiam, Germaniam, Regionesque finitimas, quin, & per Lusitaniam vulgatissima fama.* Quæ omnia me, cùm maximè compellunt, ut Sanctitatem Vestram enixissimè rogem, postulatam gratiam pientissimis populis, Beati Joannis clientibus, concedere non dedignetur in augmentum Cultùs Sanctæ Matris Ecclesiæ, & meritam confusionem vicinorum Acatholicorum, quibus unicè imputandum est, quòd lucerna tot radiis circumfusa sub modio hactenùs latuerit, Sanctitatis Vestræ Zelô nunc demùm accendenda, ad Alumnorum ejus omnium diù expetitam consolationem. Deum rogare non desinam, ut post longam adhuc prosperámque incolumitatem, & Beati ipsius, & Sanctorum omnium felicissimæ Societati, Beatitudinem Vestram æternùm conjungat, ad cujus interim pedes provolutus eos humillimè deosculor.

Mechliniæ 7. Maij 1720.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, Devinctissimus & Obedientissimus Servus, & Creatura,

Thomas Cardinalis de Alsatia.

X.

Epiſtola Eminentiſſimi, & Reverendiſs. D. Cardïnalis ab Althann.

BEATISSIME PATER.

NUllus omninò dubito, quin auribus Sanctitatis Veſtræ indefeſsâ planè diligentiâ, pro Chriſtianæ Plebis ſalute, & Fidei unicè ſalvificæ propagatione excubantis, atquè res in Eccleſia accidentes, olímque emerſas defixô penitus oculô à SummoSanctæ Sedis faſtigio nunquam laudatô ſatis exemplô reſpicientis, quàm per longiſſimum annorum ſpatium, cum omnibus circumſtantiis innotuit, notabile Martirium, quod ob Sacramentum Pœnitentiæ anno 1383. Pragæ gloriosè ſubiit B. *Joannes Nepomucenus; ab illo ſtatim tempore Sanctitatis ipſius fama, hæcque de die in diem magis magiſque percrebreſcens Calô quaſi annuente, tot támque inſignibus miraculis ſemper illuſtrata, atque ſtabilita fuit, ut exinde in ore omnium ferè Chriſti fidelium, uti glorioſiſſimus Thaumaturgus exiſtat, atquè deprædicetur. Hinc immemorabilis quoquè ille Cultùs, quô Divus iſte Martyr non per Regnum Bohemiæ ipſius Patriam, & Martyrii locum dumtaxat, ſed in multis aliis etiam Regnis, ac Provinciis cum Sancti nuncupatione devotè honoratur, atque ab omnis Ordinis fidelibus religioſô Cultu, indubitali ſanè cælitùs demiſſo impulſu invocatur.* Quibus ità ſe habentibus ardentiſſimô devotionis zelô, quô & ipſe Ego ergà Beatum hunc Martyrem à prima juventute feror, permotus, ac Proceſſum ſuper famâ ipſius Sanctitatis in Partibus confectum, & infallibili Beatitudinis Veſtræ judiciô propè diem ſubjiciendum inaudiens, faciem Sanctitatis Veſtræ hiſce præſentibus humillimè ſubire non erubeſco, ſed eandem ſupplex exorare præſumo, quatenùs ex ſuprà adductis motivis, ac prò ſumma conſolatione, atquè erectione tot, tantorùmque Chriſti fidelium, Apotheoſin Digniſſimi hujus Dei Servi ferventiſſimo deſiderio anhelantium, modofatum Beatum Martyrem, Vigore Supremæ, quâ pollet in Eccleſia, Authoritatis, Sanctorum Albo adſcribere, eundémque publicis per univerſum Chriſtianum Orbem Sacris, atquè Aris donare, & ne dum Beati, verùm etiam Sancti nuncupatione ab Univerſa Eccleſia vigore Canonizationis venerandum, ac religioſo Cultu ubique honorandum decernere, necnon interim (uſquè dum hæc fiant) Officium de eo recitandum, & Miſſam in honorem Ipſius celebrandam concedere, atque indulgere haud dedignetur. Eximia Veſtræ

San-

Sanctitatis Pietas infirmissimam me spem erigit, Eandem hancce humillimam supplicationem, & interventionem meam Paternô affectu excepturam, ac gratiosô oculô lustraturam, cui, dum longævum, felicissimumque Ecclesiæ Christi Gubernium animitùs apprecor, ad exosculationem Sanctissimorum Pedum humillimè me prosternens maneo.

Viennæ die 8. Maij 1720.

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus, Devotissimus & Obedientissimus Servus, & Creatura Obligatissima.

Michael Fridericus Cardinalis ab Althann.

XI.

Epistola Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ.

BEATISSIMO PADRE.

MOsso dalla somma Venerazione, che da lungo tempo viene da me professata alle maravigliose Virtù, Santità, è Martirio del Beato *Giovanni Nepomucene*, mi presento con tutto l' ossequio maggiore al Trono di Vostra Santità, per supplicare la sua incomparabile Clemenza à degnarsi di dar moto al Processo della di lui Canonizatione tanto sospirata da me, e da vn gran numero di Fedeli, che vivamente desiderano di veder' accresciuto il Culto à queste gran Servo di Dio, e in esso amplificata la Gloria dell' Altissimo. Piaccia alla sua singolar benignità di esaudire queste mie riverentissime preci, prodotte da vn forte impulso della mia diuozione; & assicurando la Santità Vostra dello strettissimo debito, e del gran rispetto, con cui sarò per umiliarmi ad vna grazia così stimabile, m' inchino al bachio de' suoi SSmi Piedi, ed imploro la sua Apostolica Benedizione.

Firanze li 27. Giugno 1719.

Di Vostra Santità,

Vmilissimo Figlio, e Servitore,

Il Gran Duca di Toscana.

XII.

Epiſtola Sereniſſimi Principis Lotharij Franciſci Archi-Epiſcopi, & Electoris Moguntiæ.

Poſt debitam Obedientiam, & devota Sanctorum Pedum oſcula.

BEATISSIME PATER, DOMINE CLEMENTISSIME.

FAma Sanctitatis, quâ Venerabilis Dei Servus *Joannes Nepomucenus*, dum viveret, mirabiliter præfulſit, *ſe per univerſam Germaniam à multis jam annis, & ultra hominum memoriam longè, latèque diffudit, ut paſſim intrà, & extrà Eccleſias conſpiciantur Aræ, & Statuæ, Numini inciſi, Libelli, Hymni, laudes, & preces ejus ſacro nomini dedicatæ, multáque celebrentur miracula, ejus ope, ac patrocinio; ab Omnipotente Deo per̃petrata.* Cùm itàque Sancta Romana Eccleſia ab antiquiſſimis temporibus conſueverit, hujusmodi præcellentibus Viris ſingularem Chriſtianæ Reipublicæ cultum, ac Sancti nominis immortalem Memoriam per ſolemnem Canonizationis ritum decernere, propterea Sanctitatem Veſtram etiam, atquè etiam rogo, atquè iteratò, & inſtantiùs ſupplico, dignetur Virum tam excelſum, & tam Illuſtre Germaniæ noſtræ Sydus in Sanctorum numerum, ſervatis conſuetis cæremonijs publicè referre, ut fidelis Germaniæ populus accendatur ad præſidium illius eò majore cum fiducia petendum, & ad ejus veſtigia tanto majore cum ſtudio ſequenda. Spiritus Sanctus, qui Venerabilem Dei Servum omni benedictione cæleſti implevit, ut eſſet Sanctus, & immaculatus coram Domino, & curreret in via mandatorum ejus, dilatato per eximiam charitatem corde, Sanctitati Veſtræ citrà dubium aſſiſtet, Illámque confortabit, ut faciat, quod Ego, & Univerſa Natio Alemanniæ calidis ſuſpirijs percupimus. Deus Sanctitatem Veſtram diù ſervet incolumem, ſic optat, qui ſubſcribitur.

Maguntiæ 27. Aprilis 1720.

Sanctitatis Veſtræ,

Devotiſſimus & Obedientiſſimus Filius.
Lotharius Franciſcus Archi-Epiſcopus
Elector Maguntiæ.

XIII.

Epiſtola Sereniſs. Principis Joſephi Clementis Archi-Epiſcopi, & Electoris Coloniæ.

BEATISSIMO PADRE.

LA fama della Santità, & il Martirio generoſamente ſofferto dal *Beato Giouanni Nepomuceno* de, canonici Regolari in Praga, & i miracoli, co' quali è piaciuto à Sua Divina Maeſtà di approvare, e confermare *la Fe*

neraziones, & il Cultu, che da più secoli si è fino al giorno di oggi continuato verso questo gran Servo di Dio da tutti i Popoli Cattolici della Germania, sono per me stimoli assai forti per muovermi ad vmiliare; come faccio, alla Santità Vostra le suppliche piu rispettose, perche si compiaccia di ascriverlo al numero de' Santi, à maggior gloria di Dio, e della Santa sua Chiesa. Altro particolar motivo m' obliga à far questo passo, & è quello della devozione mia speciale verso il medemo Beato, per la fiducia, che hò nella di lui intercessione, e per gli effetti, che di questa hò sperimentata in diverse mie angustie spirituali. Si degni dunque la Santità Vostra di contentare in ciò la brama di tanti Popoli, e mia; mentre implorando per me stesso l' Apostolica sua benedizzione, col dovuto filiale rispetto resto baciandole i Santissimi piedi,

Di Vostra Beatitudine,

Bonna 3. Marzo 1720.

Umilissimo Obedientissimo Figlio

Giuseppe Clemente Arcivescovo, & Elettore.

XIV.

Epistola Serenissimi Principis Caroli Electoris Palatini.

BEATISSIME PATER

Sanctitati Vestræ luculentiùs exponere supervacaneum erit, cùm Eandem, utpotè res universo Christiano Orbi dudum perspecta latere nequaquam valeat, quâ Sanctitatis famâ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonicus, ac Reginæ Bohemiæ Joannæ quondam Confessarius Divus *Joannes Nepomucenus* Pragæ ex Ponte in Muldam ob debitè servatum Confessionis Sigillum dejectus diem clauserit, & quàm præclara Sanctimoniæ vestigia post se reliquerit, *ità ut voce Populi pro Viro Sancto, ac Martyre Sacramenti pænitentiæ, à tempore ferè immemorabili passim habitus*, atquè desuper Processus consuetus ab Ordinario loci institutus, ac eò perductus fuerit, ut Sanctitati Vestræ proximè exhibendus sit. Non dubito equidem, quin eadem habita hujusmodi de Sanctitatis fama, virtutibus, & miraculis, nec non super Cultu immemorabili, & casu excepto, legali, ac plenaria informatione, non minus in accelerando ulteriori processu, quàm in canonizando eodem Divo Joanne Nepomuceno, votis innumerorum Christicolarum ferventibus annuitura, atque ut Missa cum Officio de eo intereà celebretur, concessura sit; cùm tamen hoc, & Ego pio singulari, quò feror, in ipsum venerationis cultu, magnoperè desiderem. Hinc eum in finem hasce preces meas, ad pedes Sanctitatis Vestræ humillime defero, &

 dum

dum gratiam hanc à solita benignitate, & perspecto Sanctitatis Vestræ, magis magisque adaugendæ Dei gloriæ in Sanctis suis zelo, mihi præstolari non erubesco, Apostolicam ejus benedictionem demississimè expeto, & permaneo, qui sum,

Heidelbergæ 8 Aprilis 1720.

Sanctissime Pater,

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus & Obedientissimus Filius & Servus.

Carolus Elector Palatinus.

XV.

Epistola Serenissimi Principis Friderici Augusti Principis Electoralis Saxoniæ.

SANCTISSIME, AC BEATISSIME IN CHRISTO PATER DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

HEroica virtus, & gloriosum Martyrium B. *Joannis Nepomuceni*, quondam Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonici, uti & latè patens fama miraculorum, quæ Divina Bonitas ad manifestandam Fidelibus magni Servi sui gloriam operari dignatur, quemadmodum in sui admirationem, & teneræ sensum pietatis me jam à primo agnitæ Veritatis Orthodoxæ amplexu abripuerunt; Ita meritò ad procurandum Ejusdem promovendúmque Cultum devotionem meam, & studium excitant. Porrò cùm intelligam præclara merita gloriosi hujus Christi Athletæ, quæ per continuatam, & undequáque percrebrescentem famam, tot insignibus prodigiis illustrem, Christianum per Orbem evulgata sunt, *& universalem ab immemorabili tempore Cultum Eidem attraxerunt*, quam primum supremo, ac infallibili judicio Sanctitatis Vestræ subijcienda esse, non possum non meas votis communibus preces adjungere, quibus Sanctitatem Vestram filiali cum submissione obtestor, ut per solemne Canonizationis Decretum tam illius tria Beati hujus Martyris merita coronare, ac Universæ Ecclesiæ peculiarem de illo Missam, atquè Officium benignè indulgere dignetur. Urget me ad hoc tum privata, quâ in Beatum hunc feror, devotio; tum spes emolumenti publici, quod è plurimis cæli favoribus per piam illius intercessionem à Divina Clementia in omnem Fidelium cætum derivatum iri confido

nerazione, & *il Cultu, che da più secoli si è fino al giorno di oggi continuato verso questo gran Servo di Dio da tutti i Popoli Cattolici della Germania*, sono per me stimoli assai forti per muovermi ad vmiliare; come faccio, alla Santità Vostra le suppliche piu rispettose, perche si compiaccia di ascriverlo al numero de' Santi, à maggior gloria di Dio, e della Santa sua Chiesa. Altro particolar motivo m' obliga à far questo passo, & è quello della devozione mia speciale verso il medemo Beato, per la fiducia, che hò nella di lui intercessione, e per gli effetti, che di questa hò sperimentata in diverse mie angustie spirituali. Si degni dunque la Santità Vostra di contentare in ciò la brama di tanti Popoli, e mia; mentre implorando per me stesso l' Apostolica sua benedizzione, col dovuto filiale rispetto resto baciandole i Santissimi piedi,

Di Vostra Beatitudine,

Bonna 3. Marzo 1720.

Umilissimo Obedientissimo Figlio

Giuseppe Clemente Arcivescovo, & Elettore.

XIV.

Epistola Serenissimi Principis Caroli Electoris Palatini.

BEATISSIME PATER

SAnctitati Vestræ luculentiùs exponere supervacaneum erit, cùm Eandem, utpotè res universo Christiano Orbi dudum perspecta latere nequaquam valeat, quâ Sanctitatis famâ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonicus, ac Reginæ Bohemiæ Joannæ quondam Confessarius Divus *Joannes Nepomucenus* Pragæ ex Ponte in Muldam ob debitè servatum Confessionis Sigillum dejectus diem clauserit, & quàm præclara Sanctimoniæ vestigia post se reliquerit, *itá ut voce Populi pro Viro Sancto, ac Martyre Sacramenti pœnitentiæ, à tempore ferè immemorabili passim habitus*, atquè desuper Processus consuetus ab Ordinario loci institutus, ac eò perductus fuerit, ut Sanctitati Vestræ proximè exhibendus sit. Non dubito equidem, quin eadem habita hujusmodi de Sanctitatis fama, virtutibus, & miraculis, nec non super Cultu immemorabili, & casu excepto, legali, ac plenaria informatione, non minus in accelerando ulteriori processu, quàm in canonizando eodem Divo Joanne Nepomuceno, votis innumerorum Christicolarum ferventibus annuitura, atque ut Missa cum Officio de eo intereà celebretur, concessura sit; cùm tamen hoc, & Ego pro singulari, quo feror, in ipsum venerationis cultu, magnoperè desiderem. Hinc eum in finem hasce preces meas, ad pedes Sanctitatis Vestræ humillime defero, &

 dum

dum gratiam hanc à solita benignitate, & perspecto Sanctitatis Vestræ, magis magísque adaugendæ Dei gloriæ in Sanctis suis zelo, mihi præstolari non erubesco, Apostolicam ejus benedictionem demississimè expeto, & permaneo, qui sum,

Heidelbergæ 8 Aprilis 1720.

Sanctissime Pater,

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus & Obedientissimus Filius & Servus.

Carolus Elector Palatinus.

XV.

Epistola Serenissimi Principis Friderici Augusti Principis Electoralis Saxoniæ.

SANCTISSIME, AC BEATISSIME IN CHRISTO PATER DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

HEroica virtus, & gloriosum Martyrium B. *Joannis Nepomuceni*, quondam Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonici, uti & latè patens fama miraculorum, quæ Divina Bonitas ad manifestandam Fidelibus magni Servi sui gloriam operari dignatur, quemadmodum in sui admirationem, & teneræ sensum pietatis me jam à primo agnitæ Veritatis Orthodoxæ amplexu abripuerunt; Ita meritò ad procurandum Ejusdem promovendúmque Cultum devotionem meam, & studium excitant. Porrò cùm intelligam præclara merita gloriosi hujus Christi Athletæ, quæ per continuatam, & undequáque percrebrescentem famam, tot insignibus prodigiis illustrem, Christianum per Orbem evulgata sunt, *& universalem ab immemorabili tempore Cultum Eidem attraxerunt*, quam primum supremo, ac infallibili judicio Sanctitatis Vestræ subijcienda esse, non possum non meas votis communibus preces adjungere, quibus Sanctitatem Vestram filiali cum submissione obtestor, ut per solemne Canonizationis Decretum tam illius tria Beati hujus Martyris merita coronare, ac Universæ Ecclesiæ peculiarem de illo Missam, atquè Officium benignè indulgere dignetur. Urget me ad hoc tum privata, quâ in Beatum hunc feror, devotio; tum spes emolumenti publici, quod è plurimis cæli favoribus per piam illius intercessionem à Divina Clementia in omnem Fidelium cætum derivatum iri confi-

do

lò. Quos inter, & mihi uberiorem desursum benedictionem, & meis ùm Orthodoxis ad ferventem pietatem stimulum, tùm errantibus etiamnùm à via veritatis cæleste lumen polliceor. His, ut accedat prò gratiarum cumulo diuturnum Sanctitatis Vestræ regimen, Ego animitùs apprecor, & provolutus in genua, Paternam ejusdem benedictionem mihi filiali cum submissione exoro

Sanctitatis Vestræ

Dresdæ 17. Maji 1720.

Submississimus & Obedientissimus Filius
Fridericus Augustus P. R. Pol. & E. S.

XVI.

Epistola Serenissimæ Mariæ Josephæ Principissæ Electoralis Saxoniæ Archiducissæ Austriæ.

SANCTISSIME AC BEATISSIME IN CHRISTO PATER.

Sanctitatis Vestræ pedes devotè exosculans, specialem meùm ergà Divum *Joannem Nepomucenum*, quondam Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonicum, ob gloriosum suum Martyrium, & innumera, per totam Orbem Christianum, evulgata Miracula habentem zelum, & devotionem exponere præsumo; Sanctitatem Vestram enixissimè rogans, horum intuitu, & propter communia Christi fidelium vota, quibus etiam preces meas humillimas hisce adjungo, Canonizationem præfati hujus Martyris promovere, ac universæ Ecclesiæ peculiarem de illo Missam, atquè Officium indulgere dignetur, quod, dum ad Ejus stabiliendam majorem gloriam obtentura spero, Beatitudini Vestræ longævum, ac prosperum Christiani Orbis regimen exopto, & omni cum filiali obsequio permaneo,

Sanctitatis Vestræ,

Dresdæ die 17. Maji 1720.

Humillima & Obedientissima Filia ac Serva
Maria Josepha P. R. P. & Elect. Sax. Archid. Austriæ.

XVII.

Epiſtola Reverendiſs. Archi - Epiſcopi Pragenſis ad Sacr. Congregationem Rituum.

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI DOMINI, DOMINI, AC PATRONI COLENDISSIMI.

PErſcripſi nuperrimè ſub Dato Pragæ in Palatio ſolitæ Reſidentiæ meæ Archi-Epiſcopalis die 29. Januarij præſentis 1719. anni Reverendiſſimis Eminentiis Veſtris, ac toti Sacræ Rituum Congregationi obſequentiſſimam Epiſtolam, in eadem litteras, à conſtituto à me in Cauſa Proceſsûs informativi ſuper Fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrij, & Miraculorum Venerabilis Servi Dei *Joannis Nepomuceni*, Judice Delegato cum adjunctis eidem Conjudicibus, ad me datas (in quibus me iidem de completo, & ad finem perducto ejuſmodi Proceſſu certiorem reddiderunt) Reverendiſſimis Eminentiis Veſtris totique Sacræ Rituum Congregationi devotiſſimè accludendo, cum annexa mea ex parte humili atteſtatione, quòd maxima hujus Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni *Fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miraculorum non tantùm ſit continua, univerſaliter divulgata, & conſtans, verùm etiam apud omnes ſummos, & infimos Fidei Orthodoxæ Cultores magis, & magis creſcat, in dies augeatur, & percrebeſcat*; devotiſſimè Veſtris Reverendiſſimis Eminentiis, totique Sacræ Rituum Congregationi ſupplicando, quatenùs Reverendiſſimæ Eminentiæ Veſtræ, ac tota Sacra Rituum Congregatio Introductionem dictæ Cauſæ, & illius proſecutionem, & complementum benigniſſimè admittere, ac promoveri facere dignarentur, Cùm autèm eadem fama Sanctitatis, Virtutúm, Martyrii, & Miraculorum dicti fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni hodiedum (id quod interpoſitâ auctoritate meâ iteratò atteſtor) nullatenus minuatur, imò in dies magis creſcat, & notabiliter augeatur; idcircò apud Reverendiſſimas Eminentias Veſtras, ac totam Sacram Rituum Congregationem nuperas preces meas devotiſſimè hiſce renovo, ac prò inductione dictæ Cauſæ illiusque proſecucione iterùm, iterúmque humiliter ſupplico. Qui de reliquo Reverendiſſimarum Eminentiarum Veſtrarum manus obſequentiſſimè exoſculando indeſinenter maneo,

Reverendiſſimarum, Eminentiarum Veſtrarum, & totius Sacræ Rituum Congregationis,

Datum Pragæ in Palatio ſolitæ Reſidentiæ meæ in Cubiculo Audientiarum deputato die 26. Februarii 1719.

Obſequentiſſimus Servus

Ferdinandus Archi-Epiſcopus Pragenſis.

XVIII.

Alia ejuſdem.

EMINENTISSIMI, AC REVERENDISSINI DOMINI DOMINI AC PATRONI COLENDISSIMI.

Iſtabam denuó in noviſſima Epiſtola mea apud Reverendiſſimas Eminenias, & totam Sacram Rituum Congregationem prævië facta atteſtatione Fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miraculorum Venerabilis Ser- Dei *Joannis Nepomuceni*, ejúſque percrebeſcentia pro Cauſæ hujuſmodi Inductione, & ejuſdem proſecutione uſquè ad felicem terminationem, & nplementum Reverendiſſimis Eminentiis Veſtris, totíque Sacræ Rituum ngregationi humiliter ſupplicando. Quià verò in comperto eſt famam ſdem in hodiernam uſquè diem [id quod rurſum cum interpoſitione auctoris meæ palàm atteſtari poſſum, & atteſtor] ſe magis, ac magis diffundere, dèmque advertenter augeri, ac percrebeſcere; eapropter idipſum Reverdiſſimis Eminentiis Veſtris, totique Sac. Congregationi Rituum ex parte a obſequentiſſimè hiſce repræſentandum duxi, iteratis vicibus humilitèr plicando, quatenùs Reverendiſſimæ Eminentiæ Veſtræ, ac tota Sacra Rim Congregatio in adventu Tortitoris ad Urbem, ubi is exemplum, ſeù nſumptum tàm hujus ſuper fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrii, & Miulorum ſæpedicti Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, quam de, ſuper Cultu ejuſdem immemorabili fabricati totius Proceſsûs altememora- Sacræ Rittuum Congregationi, aut ejuſdem R. P. D. Secretario ritè exhierit, atquè depoſuerit, Introductionem prænominatæ Cauſæ, & illius proutionem uſquè ad ejuſdem felicem terminationem, & complementum beniſſimè admittere, ac promoveri facere dignentur. Hàc ſpe fretus, quòd verendisſimæ Eminentiæ Veſtræ, ac tota Sacra Rituum Congregatio iteraobſequentisſimis precibus, ac intimis votis meis benignisſimè aures præunt; qui de cætero manus Reverendisſimarum Eminentiarum Veſtrarum otisſimè exoſculando permaneo,

Reverendisſimarum Eminentiarum Veſtrarum, & totius S. Rituum Congationis,

Datum Pragæ in Palatio ſolitæ Reſidentiæ meæ Archi-Epiſcopalis in biculo Audientiarum deputato die 26. Auguſti 1719.

Obſequentisſimus Servus
Ferdinandus Archi-Epiſcopus Prangenſis.

XIX.

XIX.
Alia Ejusdem ad Sanctissimmum D.N. Papam Clementem XI.

BEATISSIME PATER.

QUemadmodum jàm de insigni Vitæ Sanctimonia, & rarissimis Virtutibus, quibus, Venerabilis Servus Dei *Joannes Nepomucenus* antè sæcula, dùm inter mortales vitam ageret, luculenta extant librorum, & historiarum testimonia, necnon cælestibus Chrismatis, eundem hactenùs condecorare Deo placuit, communis fama, ac tot populorum publica vox, non solùm hîc in Bohemia, sed in universa Germania dilatata sit, excitatus ulteriori desiderio, ut hic Sanctus Vir in commune Ecclesiæ solatium, Cleri decus, atquè pietatis popularis incrementum, quem concordi Incolarum omnium suffragio etiam supremæ Sedis Authoritate Beati Cœlitis titulum post facta obtineat, præsumo huic tàm æquo, tàm utili, pióque negotio submississimas meas preces iteratò, & instantiùs adjungere, ut Sanctitas Vestra tanquam infallibile in Terris Oraculum voci non unius populi superaddere vocem Dei, & præfatum Magnum Virum, & Ecclesiæ Martyrem consuetis Cœlitum honoribus quantocius impertiri, adornaréque dignaretur. Universum Regnum Bohemiæ unà cum cæteris incorporatis Terris Austriacis lætabitur, meque cum devotions incrementò gaudentem novâ, eáque singulari gratiâ Sanctitas Vestra specularitèr devinciet, quapropter Divinam Majestatem impensissimè precari non desinam, ut longævum, necnon fortunàtissimum regimen Sanctitati Vestræ concedat, cujs Apostolicam benedictionem prò hoc Regno Bohemiæ summa cum humilitate imploro, Sanctissimos pedes submississimò obsequiò deosculans, maneo.

Sanctitatis Vestræ

Humillimus, & Obsequentiss. Servus, & Filius
Ferdinandus Archi-Episcopus, Pragensis.

XX.
Alia Ejusdem.

BEATISSIME PATER.

PRrioribus binis juxtà obligationem meam submississimè porrectis imploratoriis, ut Decretum Sanctificationis D. *Joannis Nepomuceni*, quod jam-
pri-

pridèm à Sanctitate Vestra instantèr, & instantiùs expetij, superaddere minimè differre volui: adhùc semel, & quidem instantissimè postulans, ut difficultatibus omnibus communi Christiani Orbis consensui, ac desiderio post habitis quantocyus illud edere in lucem velit; satis enim supérque humanò saltèm judiciò videri potest debitis honoribus eum hominem tam diu caruisse, qui propriò sanguine tam præclarum testimonium reddidit veritati. Intelligit haùd dubiè Sanctitas Vestra, quantum sæculari etiam Reipublicæ intersit recta facta, & fortia gesta præmijs donari, ut cæteris exemplo, ac stimulo sint ad similia, cùm foret occasio, suscipienda. Equidem si nihil aliud est, quod magis probet Eum verè Martyrem, magnorúmque meritorum fuisse, ac nunc æternâ illâ frui beatitudine, quibus ob constantiam Martyrij palma à Deo promissa est, & tot in diésque post fata Miraculis undequaque præfulget, maximè ad se confugientes in periculo famæ, & honoris constitutos, quibus opitulari Numine concedente non derelinquit. Procumbit proindè mea nunc tertiò, & instantissimè replicata petitio, quatenùs Sanctitas Vestra Eundem Venerabilem Servum Dei numero Cœlitum per consuetam Canonizationem benignissimè accensere, & adscribere vellet. Quod Ego, & universa Natio Bohemica unicé in votis gerimus, cui de reliquo omnem incolumitatem, & felix regimen ad multos annos demississimo poplite perepto, & semper maneo.

Sanctitatis vestræ

Pragæ 1. Februarij 1721.

Humillimus, & Obsequentiss. Servus & Filius
Ferdinandus Archi-Episcopus Pragensis.

XXI.

Epistola Rmi Archi-Episcopi Vradislaviensis.

BEATISSIME PATER.

NOtificavit mihi non ità pridem Archi-Episcopi Pragensis dilectio, quemadmodùm prævià Sanctitatis Vestræ clementissimâ approbatione Processus inquisitorius in Vitam, Virtutes, & Miracula Venerabilis viri *Joannis Nepomuceni* Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis olim Canonici, non modò ritè institutus, & formatus, verùm etiam fermè conclusus existat: & cùm nullus dubitem, exindè non modò sanctitatem vitæ, & excellentiam virtutum, sed & eximia Miracula, quibus Magnus hic Vir Dei tum in vita, tum post

mortem claruit non minus probari, quàm voce Populi in hisce præsertim partibus, & per universam Germaniam celebrari, ac proindè cum omnibus Christi fidelibus nihil amplius in votis habeam, quàm ut Cultus eximij hujus Servi DEI ad majorem ejusdem gloriam magis augeatur, & per universum mundum amplificetur; hinc est, quod Sanctitati Vestræ cum humillimo pedum osculo hisce instanter, instantiùs, & instantissimè supplicem, ut solemnem Canonizationis actum tandèm clementissimè resolvere, & tam famosum Servum Dei Sylabo Sanctorum adscribere, intereà verò benignissimè concedere non dedignetur, ut Sanctorum Missa, Officium, & Horæ Canonicæ more in Ecclesia consuetò de eodem valeant piè recitari. Qui Sanctitati Vestræ perseveranti gratiæ me unicè recommendans, sum, & esse persevero.

Sanctitatis Vestræ

Vratislaviæ 16. Maij 1720.

Devotissimus, ac Humillimus Servus & Filius

Franciscus Ludovicus Archi-Episcopus, & Elector.

XXII.

Epistola Reverendissimi Episcopi Viennensis.

BEATISSIME PATER.

NUllà inter Curas meas Episcopales fatigat magis, quàm illa, qua in omnem partem intentus Sanctitati Vestræ præcipuè singula exponere, ac opportunè etiam eandem rogare soleo, quæ Deo honorem, Ecclesiæ decorem, atque animarum ad veram felicitatem promovendarum utilitatem spectant. Inter quæ, cùm non minima sit, fama illa tàm celebris, tantisque populorum nostrorum devotionibus frequentata de Servo Dei, & Martyre *Joanne Nepomuceno*, muneris mei esse duxi, Sanctitatem Vestram non solùm de præsenti Cultûs statu certiorem reddere, sed insuper humillimè obtestari, ut inexplicabilibus adeò votis desideratam hujus Viri Canonizationem aliquando præparari curare dignetur.

Itaquè Sanctissime Pater, *in Diœcesi mea Viennensi vix est Ecclesia, vix Capella, aut vicus, in quibus præfati Viri Statua, & Imago non videatur, idque à tempore memoriam nostram excedente. Summi, Infimi, Imperator noster, totáque Augusta Domus Eum honoribus Divorum afficiunt.* Quin Sodalitia ad Ejus promovendam devotionem instituta sunt, in queis Augustæ quoque, & nuper piissimè mortuæ Imperatricis Matris nomen legitur. Vota numerari nequeunt, quæ eidem fiunt. Miracula, quæ patrata feruntur, negari sinè impietatis nota à nemine posse creduntur. Minima, quæ aspersa videri posset Ejus nomini labes, piaculo hic ducitur. Exigebant ut etiam haud pridem ab omnibus Ecclesiarum Rectoribus

ius beneficia, & gratiæ, aliáque dignissima memorata, quæ impetraverit, aut quæ occasione Cultûs ejus gesta sunt, in magna copia afferabantur, Libelli, preces, cantiones; in omnibus Regionis nostræ linguis nil nisi ejus laudes resonant; ita ùt nullus Sanctorum ab Ecclesia agnitorum, quod quidem ennarata attinet, majora indicia honoris accipiat. *Effigies ejus pendula à Nobilissimis quibusque Viris, ac Fœminis in specialem obsequij demonstrationem passim gestatur.* Deniquè Ecclesiarum nostrarum propensio, ac in alijs Sanctis nunquàm visa, tàm universalis, tàm indelebilis Martyrij, pro Secreto Sacramenti pœnitentiæ tolerati, memoriam facit, ut frustrà obniti censendi sint EcclesiarumPræsules, quotiescúmque eorum aliquid, vel aliqua, quæ exposui, in dubium revocari contigerit.

Quocircà Sanctitatem Vestram demississimis precibus exoro, ut considerans tùm cultu immemorabili, tum Populi, Principum Episcoporúmque consensu benignissimè velit Terras nostras tàm expeditò solatiò recreare, & consuetis in Ecclesia Dei vijs ad Canonizationem procedi curare, quo cùm Ecclesiæ solemni Authoritate imposterum ea exhibeantur honorum insignia præfato Joanni Nepomuceno, quæ nunc torrente quodam, ac impetu omninò singulari eidem profunduntur. Prò quaGratia inter Beatissimorum pedum oscula semper ero, is, quem me subscribo. Sanctitatis Vestræ,

Datum Viennæ Austriæ die 17. Martij 1720.

Obedientiss. Humillimus Capellanus

Sigismundus Episcopus Viennensis.

XXIII.

Epistola Reverendissimi Episcopi Monasteriensis, & Paderbonensis.

BEATISSIME PATER.

NUsquam facilior ad concinnandas litteras calamus meus profilit; ac cùm ejusmodi scriptionis argumento se distinendum prospicit: undè nòn modò ampliori fænore gloriæ Divinæ succrescat seges; sed & Sanctitati Vestræ immortalis meritis à superis ineundi propulluler materies.

Minimè obscurum Sanctitati Vestræ observari poterit, *quot jam continenter Secula Gloriosi Christi Martyris Joannis Nepomuceni Sanctitatis fama pervagata sit, adeò ùt nonnullis in locis Cultum, & communem cùm Divis alijs venerationem à pervetusto jam ævo sibi conciliarit.* Nequè eam populorum pietatem minus probasse; quin potiùs infallibili calculò suò firmasse visa est Divina Bonitas, quæ advocato in Patrocinium Venerabili hoc Servo suo, prodigiosa tercenties ope suppli-

cibus adfuit: ut alijs repurgata ab infamiæ fuligine fama, & in priorem asserta lucem, se quantocyus reddiderit. Alijs continuis ægritudinum molestijs durè, diréque agitata sanitas, ad primam reducta temperiem sese extemplo restituerit; Alijs deníque alia Corporis, Animíque beneficia plenô, ut loquimur, alveô defluxerint. Quorum omnium memoriam, ut edaci dente non invaderet, consumerétque obliviosa temporum iniquitas: *Suspensis Sacræ Pœnitentiæ Martyri tabellis, erectis Eidem Statuis, propositis publico Cultui Imaginibus, memori illa posteritati avita pietas transcribere voluit, & commendare.* Nec pro augendis Patrono suo honoribus, *unius Pragæ, & Bohemiæ studium desudavit*: tacito enim cùm his fœdere etiam utraque conspiravit *Diœcesis mea: quarum Monasteriensis, vix unum in Metropoli sua Templum recenset: quod non suam sustinendæ Nepomucianæ Imagini Columnam dedicarit. Paderbonensis verò novam insuper amplificandæ illius venerationi Ecclesiam in loco; qui accolis Hevelhoff dicitur, consecrarit.* Sed quorsum hæc? Nempè, ut quem religiosi silentij ad supremum usque spiritum assertorem, famæ calumnia malè laborantis perpetuum vindicem, frequentem dejectæ Sanitatis Erectorem venerabundus celebrat fidelium consensus: Eundem Divorum honoribus auctum, Pontificium accessu suo oraculum Ecclesiæ Universæ reddat celebriorem. Id Nepomuciani sanguinis immolata æternæ veritati purpura; Id coruscantia toto propè, qua patet, Germano Orbe prodigia, id finitorum calentia exspectant, postulántque meis juncta Clientum suspiria.

Haud igitur patere, Beatissime Pater; ut à Catholicorum diutiùs Aris Apostolicæ Sedis voto destitutus, admirabilis Dei Servus exulet. Quin potiùs benignam Sanctitatis Vestræ aurem humillimæ meæ, & plurium aliorum preces obtineant: ut, quem Superum pridem recepere in Cœlos palatia, Pontificia pariter Authoritas ad Sanctorum in Terris evehat subsellia. Ita Ecclesiam Orthodoxam novo præsidio, Te Ipsum, Beatissime Pater, multiplicatô Patrociniô, me verò, plurimósque Magni Martyris studiosos mirificô benignissimè solatiô cumulabis. Quod dùm optimæ plenus spei, ac fiduciæ exspecto: cùm reverendissimo Pedum osculo Beatorum ad Urnam usque, & Cineres permaneo, & subscribor,

Sanctitatis Vestræ,

Monasterij Westphaliæ 5. Aprilis 1720.

Humillimus, & Obedientissimus Filius

Clemens Augustus Electus Monasteriensis, & Paderbornensis.

XXIV.

præmemorati Regis è Ponte Pragensi in Fluvium Moldavam præcipitatus, & ibi submersus obiit, voce populi Sanctus proclamatus fuerit, hæc fama sanctitatis, & prodigiorum longè latéque diffusa in fidelium mentibus summam venerationem excitavit, quæ à tempore mortis usquè ad præsens non solùm in primo vigore permansit, sed majus in dies incrementum sumpsit, crescentibus prodigiis, & miraculis, quibus Deus Servi sui merita, & Sanctitatem manifestare, suósque fideles, qui prælaudatum Venerabilem Virum in varijs necessitatibus invocant, plurimis, ijsque maximis beneficijs cumulare hucúsque non destitit. *Et ideò Germania, & præsertim Bohemia à tempore Martyrii hunc Ven. Dei servum, ut sanctum venerata est, sæpissimè præsens Ejusdem auxilium experta, & in mea* Diœcesi *à longissimo tempore, ut Sanctus colitur, ac ob magna, miráque prodigia, & beneficia, ut Thaumaturgus celebratur, præsertim ab illis, qui in periculo famæ perdendæ constituti, invocatô ejusdem nomine, manifestum auxilium experti sunt.* Ob quæ, & alia plura, quæ in Processu luculentiùs apparebunt, nihil mihi reliquum videtur, quàm quòd inter Sanctorum numerum positus à tota Ecclesia piè coleretur. Idcircò Sanctitatem Vestram cum alijs Germaniæ, & præsertim Bohemiæ Archi-Episcopis, Episcopis, Principibus, & Proceribus, & Ego singulari devotione ergà magnum hunc Dei Famulum motus supplex Orator accedo, instantissimè efflagitans, demandare dignetur, ut Processu desuper ritè completô dictus Venerabilis Dei Servus Joannes Nepomucenus numero, ac cætui Sanctorum Martyrum aggregetur, certò exindè meum intentum consecuturus, quale est augmentum honoris Dei, singularis æstimatio Sacramenti Pœnitentiæ, ut valida hujus Venerabilis Servi Dei apud Deum Intercessio non solùm prò majori Christianitatis incremento ac hisce maximè calamitosis temporibus Religionis Catholicæ fortissimo propugnaculo, & scuto inexpugnabili, sed etiam prò incolumitate Sanctitatis Vestræ, quam ad plurimos annos pro majori Universalis Ecclesiæ incremento eidem ardentissimis votis apprecor, & Sanctissimos pedes humillimè exosculor,

Frisingæ die 3 Maij 1720.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, & Obedientissimus Capellanus

Joannes Franciscus Episcopus.

XXVI.

fama publica hujus Devoti Servi Dei non solum in tota Germania nostra, sed, & in universo Christiano Orbe in tantum jam à Sæculis invaluerit, & in dies magis, inclarescat, ut Devoti Christi fideles illum passim, & palam prò vero, & indubitato Sancto Martyre, Thaumaturgo communi voce Populi depradicent, & confiteantur, àc prò tali singulariter etiam hujus meæ Decesis Devoti Subditi una mecum peculiari devotione venerentur, & colant, ex quo justo motivo mihi de summa Benignitate Sanctitatis Vestræ licitum præsumo præfatorum Devotorum supplicantium communibus piis votis, ac desiderijs subscribere, & particulare meum suffragium filiali cum respectu, & fiducia addere, qui cum devoto Sacrorum Pedum osculo me, totámque Diæcesim meam Paternæ, àc Clementissimæ Sanctitatis Vestræ Protectioni flexo poplite amplius, & humillimè recommendando sum, essequè ad cineres usque pergo,

Bruntruti 27. Martij 1720.

Sanctitatis Vestræ.

Humillimus, Devotissimus, & Obedientissimusque Servus, ac Filius.

Joannes Conradus Episcopus Basilensis.

XXV.

Epistola Reverendissimi Episcopi Frisingensis.

BEATISSIME PATER.

SIcut ineffabilis Dei Clementia Ecclesiam toto Orbe dilatatam Sanctorum Virorum Syderibus semper exòrnat: ità illorum Sanctitatem non sub modio delitescere, sed suprà Candelabrum positam toti mundo lucere, ac omnem terram illuminare disponit. Undè dum maturè considero, quæ de Ven. Servo Dei *Joanne Nepomuceno*, Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis quondam Canonico, & Reginæ Joannæ Confessario *ad meam etiam Diæcesim detulit fama*, non infimum Sanctorum Virorum locum eundem tenere, ac tánquam novum sydus ad fertilissimum Ecclesiæ Campum etiam nostris temporibus illuminandum, datum nobis esse invenio. Hic siquidem fidelissimus Sacramenti Pœnitentiæ Minister nec blanditijs, nec minis, aut tormentis ad violandum Confessionis Secretum, ad quo à Rege Wenceslao IV. modis omnibus urgebatur, adigi potuit, sed potius mortem subire, quàm Sigillum infringere voluit, quâ generosâ, & plusquam heroicâ resolutione factum, *ut statim ac juste*

pra-

ribus existit Fidelis DEI Servus Joannes Nepomucenus olim Metropolitanæ *Ecclesiæ Pragensis Canonicus*, qui cum Reginæ Joannæ, Wenceslao Bohemiæ Regi matrimonio junctæ, Confessionem Sacramentalem revelare constantissimè renueret, carceri mancipatus, varijsque tormentis afflictus, tandem in flumen Moldavam demersus, tanquam fortissimus Christi Athleta, & verus Sacramenti pænitentiæ Martyr gloriosè occubuit; Insignis perfectò victima, quam charitatis, ac justitiæ zelus præclarissimô fidelitatis exemplô, nec non salutari Universæ Ecclesiæ ædificationi immolavit, cujus agni, quia Sacro-Sancto silentio mutus erat, ad occisionem ducti Innocentiam, ac Sanctitatem luculento Prodigiorum testimonio abundè probatam Majestas Divina religiosè venerandam proposuit, & tanquam triumphantem agnum dignum esse declaravit aperire librum, in quo Sanctorum Martyrum numero adscriberetur, ad quem Cœlo recens natum Christi Imitatorem Duliæ Cultu adorandum Stellæ, *quæ post obitum ejus super locum*, in quo Sacræ illius Exuviæ jacebant, portentosè apparuerant, *velut signa magna Sanctitatis, Regale Sacerdotium, Principes, Dynastas, & cujusvis statûs fideles perduxerunt; continuatô verò ad hanc usque diem temporis cursu*, quamplurima miracula à Deo per ejus intercessionem patrata, & copiosæ gratiæ, ipso patrocinante, obtentæ, *totum Bohemiæ Regnum, cunctas hæreditarias Augustissimæ Domûs Austriacæ Provincias, & non paucas aliorum Principum Regnantium Ditiones, non humanô, sed supernô impulsu motas ad inenarrabilem Ejusdem venerationem hodiedum deducunt*; unde cùm prodigiosè restituta vitæ sanitate, pari, imò alacriori, ac frequentiori passu in periculo constituta, sed implorato Protectore Joanne Nepomuceno mirabiliter salvata Famæ Integritas, aliisque cumulata gratiis confugientium Populorum devotio appenso multiplici gratitudinis Anathemate, melius dixerim, affixo ad Sacra hujus gloriosi Martyrij lipsana corde, suorum votorum compos lætabunda revertitur.

Cùm itàque Beatissime Pater hujus Viri Dei singularis, ac validissimi servandæ bonæ famæ Patroni ingens meritum eos sibi vendicet honores, quibus post Divinæ remunerationis ubertatem in Cœlis Majestas Dei mediante infallibili Vicarij sui Oraculo fideles servos, & in gratia in æternum firmatas amicos præmiare dignatur in terris.

Idcirco Sacris pedibus Sanctitatis vestræ, unà cum Grege Pastorali curæ meæ commisso humillimè advolutus, devotissimas preces meas, & ardentissima mihi concrediti Populi suspiria, ferventissimis totius Regni Bohemiæ, aliarúmque Provinciarum votis enixè adjicio, ut quemadmodum ob Sacro-sanctum prò Sigillo Sacramentalis Confessionis servando silentium, hunc fidelissimum Ecclesiæ Christi Ministrum universi populi acclamatio, & inde-

F f sinen-

fincenter flagrantibus inexplicabili devotione cordibus deprompta, ac per Orbem diffusa vox, solemni apotheosi dignissimum deprædicat, imò *jam Sanctum in Cælesti gloria Triumphatorem ab immemorabili tempore nuncupat, ac Divini (prout non dubitamus) instinctu, variis vel quasi Cultûs modis veneratur*, ità in perfectam adimpletionem communis omnium desiderii, Altissima Sanctitatis Vestræ Potestas hanc ipsam venerationem haud dubiè divinitùs hominum cordibus infusam clementissimè approbabit, ac ponderatâ prò more Viri Dei admirabili Sanctimoniâ eidem Cultum Sanctis debitum à cunctis Christi fidelibus jure merito exhibendum solemnis Canonizationis vigore decernet; interim verò (quod in præsenti ardentissimè postulatur) *intuitu vel quasi, & publici Cultûs, in Cujus possessione ipse ab immemorabili remanet*, ac ob constantissimam Sanctimoniæ famam per Christianum Orbem longè, latéque diffusam de eo tanquam de Martyre recitandum Officium, & celebrandam Missam ad gerendum tantæ devotioni morem justâ beneficiâ indulgebit. Cui à Largitore Bonorum omnium longævos annos in Sanctæ Ecclesiæ felicitatem, & incrementum in omni prosperitate transigendos non minus sincero quàm specialibus gratiis devincto animo incessanter exopto,

Reginæ Hradecij 15. Septembris 1720.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, subjectissimus, & obedientissimus

Joannes Adamus Comes Wratislavv Episcopus Reginæ Hradecensis in Regno Bohemiæ.

XXVIIII.

Alia ejusdem.

BEATISSIME PATER.

Exorare non cessat coram Sanctitate Vestra Justitia Causæ Servi Dei *Joannis Nepomuceni* quondam Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Canonici, quem ob servatum inviolatum Confessionis Sacramentalis Sigillum jussu Regis Wencelai Ignavi dicti, in Flumen Moldavam demersum, portentosè apparentibus super Sacras Ejus exuvias stellis, vel ut igneis linguis super Fluminis aquas delapsis, Dilectum Christi Imitatorem, in quo sibi Deus benè complacuit, Cælum ipsum tanquam invictum Sacramenti Pœnitentiæ Martyrem mirabiliter clarificavit, ijsdem Syderibus, velut festivis ignibus triumphanti ejus fidelitati applausit, quasi in Ejus Encomium decantaret. Aquæ multæ non potuerunt extinguere Joannis Nepomuceni erga Pœnitentem Reginam Joannam charitatem, nec Flumina Ejusdem justitiam obruere valuerunt; & illico

ribus existit Fidelis DEI Servus Joannes Nepomucenus olim Metropolitanæ *Ecclesiæ Pragensis Canonicus*, qui cum Reginæ Joannæ, Wenceslao Bohemiæ Regi matrimonio junctæ, Confessionem Sacramentalem revelare constantissimè renueret, carceri mancipatus, varijsque tormentis afflictus, tandem in flumen Moldavam demersus, tanquam fortissimus Christi Athleta, & verus Sacramenti pœnitentiæ Martyr gloriosè occubuit; Insignis perfectò victima, quam charitatis, ac justitiæ zelus præclarissimò fidelitatis exemplô, nec non salutari Universæ Ecclesiæ ædificationi immolavit, cujus agni, quia Sacro-Sancto silentio mutus erat, ad occisionem ducti Innocentiam, ac Sanctitatem luculento Prodigiorum testimonio abundè probatam Majestas Divina religiosè venerandam proposuit, & tanquam triumphantem agnum dignum esse declaravit aperire librum, in quo Sanctorum Martyrum numero adscriberetur, ad quem Cœlo recens natum Christi Imitatorem Duliæ Cultu adorandum Stellæ, *quæ post obitum ejus super locum*, in quo Sacræ illius Exuviæ jacebant, portentosè apparuerant, *velut signa magnæ Sanctitatis, Regale Sacerdotium, Principes, Dynastas, & cujusvis statûs fideles perduxerunt; continuatô verò ad hanc usque diem temporis cursu*, quamplurima miracula à Deo per ejus intercessionem patrata, & copiosæ gratiæ, ipso patrocinante, obtentæ, *totum Bohemiæ Regnum, cunctas hæreditarias Augustissimæ Domûs Austriacæ Provincias, & non paucas aliorum Principum Regnantium Ditiones, non humanô, sed supernô impulsu motas ad inenarrabilem Ejusdem venerationem hodiedum deducunt;* unde cum prodigiosè restituta vitæ sanitate, pari, imò alactiori, ac frequentiori passu in periculo constituta, sed implorato Protectore Joanne Nepomuceno mirabiliter salvata Famæ Integritas, aliisque cumulata gratiis confugientium Populorum devotio appenso multiplici gratitudinis Anathemate, melius dixerim, affixo ad Sacra huius gloriosi Martyrij lipsana corde, suorum votorum compos lætabunda revertitur.

Cùm itáque Beatissime Pater hujus Viri Dei singularis, ac validissimi servandæ bonæ famæ Patroni ingens meritum eos sibi vendicet honores, quibus post Divinæ remunerationis ubertatem in Cœlis Majestas Dei mediante infallibili Vicarij sui Oraculo fideles servos, & in gratia in æternum firmatas amicos præmiare dignatur in terris.

Idcirco Sacris pedibus Sanctitatis vestræ, unà cum Grege Pastorali curæ meæ commisso humillimè advolutus, devotissimas preces meas, & ardentissima mihi concrediti Populi suspiria, ferventissimis totius Regni Bohemiæ, aliarúmque Provinciarum votis enixè adjicio, ut quemadmodum ob Sacrosanctum prò Sigillo Sacramentalis Confessionis servando silentium, hunc fidelissimum Ecclesiæ Christi Ministrum universi populi acclamatio, & inde-

F f　　finen-

regnantem conservet, toto corde, ac filialis devotionis candore precor,
Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, subjectiss. Servus & Obedientiss. Filius
Joannes Adamus Wradislavv Episcopus
Reginæ Hradecensis.

XXIX.

Epistola Reverendissimi Episcopi Litomericensis.

BEATISSIME PATER.

JAm indè ineunte ætate meâ, Pater Sanctissime, tametsi longinquus, alienigena, summô studiô optavi, ut Venerabilis Dei Servus, ac Martyr *Joannes Nepomucenus*, Bohemici Regni Gloria, & ornamentum, in Sanctorum numerum Vestræ Apostolicæ Sedis decretô referretur. Adscitus deindè, & quasi adoptatus in idem Regnum per Episcopalem Dignitatem, quâ ex benigissima concessione vestra decimô jam annô fruor, cùm in ipsum locum venissem, fortissimi illius Athletæ sanguine consecratum, illustratúmque miraculis, quæ omnem vim dicendi, ac cogitandi tùm numerô, tum admirabilitate supergrediuntur; eò ardentiùs idipsum exoptare cœpi, quò propiùs & locum, & genus mortis vidi, & audivi. Cùmque jam nimiùm diù rem illam protrahi viderem, Divinô consiliô nescio quo, tametsi Christianæ Reipublicæ tàm utilem, ac honorificam, angebar animô mecum, tacitúsque venerabar incomprehensibilia Judicia Dei, & investigabiles vias ejus. Sed cùm, divi-divinâ favente gratiâ, ille dies aliquandò illuxerit, quæ nobis propè certâ spem facit, ut omnes, qui Christiani nomine censemur, brevi compotes simus voti per solemne Sanctitatis Vestræ prò dicti Martyris Sanctificatione decretum. Ad Sanctissimos Pedes Vestros provolutus, illud instanter postulo, ad totius Curiæ triumphantis lætitiam, nec non militantis solatium, quæ diutiùs glorificationem tam præclari Hominis differri ægrô jam animô patitur. Habet hìc Sanctitas Vestra, quô Cœlum sibi, terrámque devinciat, maximè verò immensam multitudinem hominum, qui ad id incredibili cupiditate aspirant, inter quos cum desiderio non infimus ego sim, nec devotione, humilitate, quâ possum maximâ iterum id precor, ac ad Sanctissimorum Pedum osculum provolutus remaneo.

Bonnæ 14. Aprilis 1720.
Sanctitatis Vestræ

Humillimus, Obedientissimus, Obsequentissimus Filius, ac Servus
Hugo Franciscus Episcopus Litomericensis.

Illico tàm Cleri, quàm aliorum cujusvis statûs hominum animos ad Religiosæ Venerationis Cultum, Coronâ redimito Christi Athletæ præstandum, supernô motu pertraxit; pro cujus honore nunc recensitum Sacrosanctum silentium loquitur, heroicè servata propugnatáque Sigilli Confessionis integritas Sanctitatis Ejus firmat opinionem; ac velut signaculum super corda fidelium, tanquam bonæ famæ admirabilem Tutelarem positum, imò profundè impressum conservat; Virtutum illius in gradu heroico sublimitas altè clamans Cultu Duliæ venerandum deprædicat; vox de Nube Testium omni exceptione majorem super ejus publico Cultu à tempore memoriam hominum superante nunquam interrupto, & super Sanctitatis fama ritè examinatorum semper pro Sancto Martyre hàbitum commendat, proùt & innumeræ gratiæ per Eius invocationem obtentæ, imò quamplurima miracula verissima Omnipotentiæ Divinæ de Sanctitate gloriosi hujus Martyris testimonia, ità Virum Numini charum, ac validum in quacunque necessitate Auxiliatorem dilaudant, ut Joannem Nepomucenum Magnum coram Domino, cum quo prodigiorum Patratrix Dei manus est, resonante per Universum Christianum Orbem voce incessanter concelebrent. His Cæli, terræque acclamationibus Divum Joannem Nostrum solemni apotheosi dignissimum depræcantibus, & voce Populi (quam in casu nostro vocem Dei esse minimè dubitamus) *jam ab immemorabili Sanctum, gloriosum Martyrem, ac miraculis clarum salvandæ bonæ famæ Patronum nuncupante*, denuò ad pedes Sanctitatis Vestræ, unà cum Grege Pastorali curæ meæ concredito venerabunda devotione prostratus, flagrantissimis totius Regni Bohemiæ, aliarúmque Provinciarum votis humillimè expositis, iteratas preces enixè adiicere præsumo, ut Sanctitas Vestra, utpotè Supremus Pastor, cujus vocis Oraculo Deus loquitur, tàm ardenter desideratâ consolationis ubertate totum Christi Ovile sibi commissum repleat, ac ponderato sæpedicti Servi Dei admirabilis Sanctimoniæ merito, Eum tanquam innocentem agnum, quia Sacrosancto silentio mutus erat, ad occisionem ductum, simúlque à charitatis, & justitiæ, nec non fidelitatis zelo immolatum in cælesti gloria triumphantem Sanctis debito Cultu Duliæ honorandum esse, infallibili Canonizationis voce decernat; Interim verò secundùm ardentissimum in præsenti Omnium votum, ut de Eo, *qui ante plura sæcula meruit supremos laudis religiosæ honores*, tanquam de Martyre Divinum Officium recitari, & Missa celebrari possit, clementissimè indulgere dignetur. Quem ut Deus ter Optimus Maximus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diutissimè, & felicissimè

regnantem conservet, toto corde, ac filialis devotionis candore precor,

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, subjectiss. Servus & Obedientiss. Filius
Joannes Adamus Wradislavv Episcopus
Reginæ Hradecensis.

XXIX.

Epistola Reverendissimi Episcopi Litomericensis.

BEATISSIME PATER.

JAm indè ineunte ætate meâ, Pater Sanctissime, tametsi longinquus, alienigena, summô studiô optavi, ut Venerabilis Dei Servus, ac Martyr *Joannes Nepomucenus*, Bohemici Regni Gloria, & ornamentum, in Sanctorum numerum Vestræ Apostolicæ Sedis decretô referretur. Adscitus deindè, & quasi adoptatus in idem Regnum per Episcopalem Dignitatem, quâ ex benignissima concessione vestra decimô jam annô fruor, cùm in ipsum locum venissem, fortissimi illius Athletæ sanguine consecratum, illustratúmque miraculis, quæ omnem vim dicendi, ac cogitandi tùm numerô, tum admirabilitate supergrediuntur; eò ardentiùs idipsum exoptare cœpi, quò propiùs & locum, & genus mortis vidi, & audivi. Cùmque jam nimiùm diù rem illam protrahi viderem, Divinô consiliô nescio quo, tametsi Christianæ Reipublicæ tàm utilem, ac honorificam, angebar animô mecum, tacitúsque venerabar incomprehensibilia Judicia Dei, & investigabiles vias ejus. Sed cùm, divi-divinâ favente gratiâ, ille dies aliquandò illuxerit, quæ nobis propè certâ spem facit, ut omnes, qui Christiani nomine censemur, brevi compotes simus voti per solemne Sanctitatis Vestræ prò dicti Martyris Sanctificatione decretum. Ad Sanctissimos Pedes Vestros provolutus, illud instanter postulo, ad totius Curiæ triumphantis lætitiam, nec non militantis solatium, quæ diutiùs glorificationem tam præclari Hominis differri ægrô jam animô patitur. Habet hic Sanctitas Vestra, quô Cœlum sibi, terrámque devinciat, maximè verò immensam multitudinem hominum, qui ad id incredibili cupiditate aspirant, inter quos cum desiderio non infimus ego sim, nec devotione, humilitate, qui possum maximâ iterum id precor, ac ad Sanctissimorum Pedum osculum provolutus remaneo.

Bonnæ 14. Aprilis 1720.

Sanctitatis Vestræ

Humillimus, Obediens ac Servus
Hugo Francisc

XXX.
Alia Ejusdem.

BEATISSIME PATER.

Si quis Christi fidelium est Sanctissime Pater, qui summô studiô optare debeat, ut Divinus ille Homo *Joannes Nepomucenus* Sanctorum numero adscribatur; nos certè sumus, innumerabilis multitudo mortalium, omnium Nationum, omnium ætatum, ac ordinum, qui incredibili, ac singulari ipsius devotione [af]ficimur, & patrocinium in adversis, ac difficillimis rebus experimur, in dies singulos. *Si vestræ Sanctitati referre aggrediar concursum, & effusionem Hominum ad ejus Tumulum, non quidem ex Urbe, & Regno tantùm; sed ex omnibus, vel remotissimis Imperii Partibus, aliisque Regionibus, vel ut gratias petant, vel ut prò acceptis vota exsolvant, nimis prolixus sim, ac inutiliter importunus*, cùm ex amplissimis, ac probatissimis documentis, quæ Sanctæ isti Apostolicæ Sedi super hac re sunt exhibita, luce ipsâ clariùs fiat nullum locum citrà montes esse sanctiorem, ac frequentiorem monumentô, quod illius Reliquias, quolibet pretiosissimô thesaurô pretiosiores occludit. Quô quidem, si nihil aliud est, quod magis probet, Eum verè Martyrem magnorúmque meritorum fuisse, ac nunc æternâ illâ frui Beatitudine, quæ suìs militibus strenuis, bonum certamen certantibus à Deo promissa est, tutò à Sanctitate Vestra instantiùs petere posse videor, ut quod totus Fidelium, cætus prò certò tenet, id Ipsa solemni Decretô ratum habere, ac confirmare dignetur. Quod dum avidissimiè expecto, in osculo Sanctissimorum Pedum remaneo.

Bonnæ 22. Junij 1720.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, Obedientissimus, & Obsequentissimus Filius ac Servus.

Hugo Franciscus Episcopus Litomericensis.

XXXI.
Alia ejusdem.

BEATISSIME PATER.

SI quid se interjiciat, quò, pessimô, ut ajunt fatô fiat, ut Decretum Sanctificationis D. *Joannis Nepomuceni*, quod jam pridem à Sanctitate Vestra instanter, ac instantiùs expetij, ulteriùs differri debeat, adhuc semel, & quidem

instantissimè postulo, ut difficultatibus omnibus communi Christiani Orbis consensui, ac desideriô posthabitis, quantocyùs illud edere in lucem velit, satis enim superque humano saltem iudicio videri potest, debitis honoribus Eum Hominem tamdiù caruisse, qui proprio sanguine tàm præclarum testimonium reddidit veritati. Intelligit haud dubiè Sanctitas Vestra, quanti Sæcularis etiam Reipublicæ intersit, rectè facta, ac fortia gesta publicis præmijs donari, ut cæteris exemplo, ac stimulo sint, ad similia, cùm feret occasio, suscipienda. Atque inter Christi fideles eò pluris id referre credendum est, quò magis in dies charitas refrigescit, ac paucissimas nostris hiscé temporibus reperire esset, qui piè confessione fidei, quam profitentur externè, sanguinem suum dare parati forent. Quod quidem cùm fecerit Venerabilis Joannes Nepomucenus neque minus strenuè, ac fortiter, quàm primævæ Ecclesiæ Martyres; ut ad publicam, privatámque utilitatem in Universi Orbis conspectu per Decretum Vestrum, Sanctissime Pater, vita, mórsque ipsius gloriosissima ponatur, iterum, atque iterum deprecans, ac summa cum humilitate Apostolicam benedictionem implorans remaneo.

Bonnæ 30. Augusti 1720.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, Obedientissimus & Obsequentiss. Filius ac Servus

Hugo Franciscus Episcopus Litomericensis.

XXXII.

Epistola Reverendissimi Episcopi, Brixinensis.

BEATISSIME PATER.

IMmaculata Christi Sponsa Sancta Dei Ecclesia sicut in exordio Sacratissimi sui Connubij non alium, nisi Sponsum Sanguinis, qui eundem usque ad ultimam guttam profudit, invenit, sic quoque non nisi Sanguine SS. Martyrum verò Christianorum semine propagata, & tanquàm lacte enutrita est, ità ut posterioribus his quoque temporibus nunquàm defuerint gloriosi Christi Athletæ, qui sanguineo suo semine eandem Divinam Sponsam novâ Prole identidem, nec quicquàm contranitentibus tùm Paganorum apertis insultibus, cùm Hæreticorum occultis insidijs fæcundârunt. Inter quos præcipuè in hæc nostra tempora Altissimo Divinæ Providentiæ Consilio reservatus videtur Venerabilis Christi Servus *Joannes Nepomucenus*, Metropolitanæ quondam Ecclesiæ Pragensis in Regno Bohemiæ Canonicus, & Reginæ Joannæ à Sacris Confessionibus, qui impij Wenceslai Regis, Pigri nomine notati, & Mariti prælibatæ Regi-

Reginæ, nefario mandato, quòd Secreta in Sacro Tribunali sibi à Regina credita violationem Sacramentalis Sigilli revelare recusavit, equuleos, & alia crudelitatis instrumenta perpessus, tandèm in præterfluentem Moldavam demersus est, cujusmodi quidèm glorioso Martyrio modernorum præsertìm Hæreticorum saluberrimum Pœnitentiæ Sacramentum, & ejus Ministros calumniantium licentia, & petulantia confunditur; Orthodoxorum verò Fides firmiter roboratur. *Estque istorum jàm à tempore felicissim. hujus Servi Dei obitûs tàm publica, universalis, nunquam interrupta de ejusdem Sanctitate, & Virtute Miraculorum opinio, ergáque Eum devotio, ùt innumerus quodammodò sit ad Ejus in majori Ecclesia Pragensi asservatos Sacros Cineres, præsertìm sinistrâ famâ periclitantium confluxus, quò devotio tota latè, qua patet, Catholica Germania adeò increbuit, ut nonnisi Sancti nomine à vulgo compelletur, sed ejus quoquè honoribus ubique magnis etiam sumptibus erectæ Statuæ videantur*: nihil proindè ejusdem Gloriæ deest, nisi ut Sanctitatis Vestræ quoque accedat irrefragabile hæc in parte Oraculum, quò Servus hic Dei solemni ritu Sanctorum Martyrum tabulis inseratur, quod à Sanctitate Vestra Universus Episcoporum, & Sacerdotum Ordo, necnon omnis Catholica Plebs Germaniæ Sanctitati Vestræ apprimè devota expectat, ac demississimè supplicat, sperans, splendore novi hujus syderis nefandæ Hæreseos tenebras per se jam in Occasu inclinatas penitùs dissipatum, lucem è contrà veritatis oppressæ Patriæ ex integro restitutum iri. Quam gratiam, dùm à Sanctitate Vestra Ego quoquè pro mea parte filiali confidentiâ & reverentiâ, ac omni, quâ possum efficaciâ efflagito, cum Sanctissimorum Pedum osculo Me, & Ecclesiam mihi licet indigno commissam Paternæ solicitudini, & Altissimæ Protectioni submississimè commendo.

Brixiniæ 8. Aprilis 1720.

Sanctitatis Vestræ

Humillimus, Devotissimus & Obsequentiss. Filius & Creatura

Caspar Ignatius Episcopus Brixinensis.

CA-

CATALOGUS
ALIARUM EPISTOLARUM,

Pro Canonizatione Beati Ioannis Nepomuceni comprobantium Cultum immemorabilem & longè, latéque diffusum.

XXXIII. Epiſtola Reverendiſs. Capituli Eccleſiæ Litomeritenſis ſub datum Litomeriſii 14. Martij 1720.
XXXIV. Alia Ejuſdem ſub datum Litomeritij 2. Novemb. 1720.
XXXV. Alia Ejuſdem ſub datum Litomeritij 3. Februa. 1721.
XXXVI. Epiſtola Reverendiſſimi Capituli, & Canonicorum Reginæhradecij ſub datum Reginæhradecij 15. Semptemb. 1720.
XXXVII. Alia Ejuſdem.
XXXVIII. Epiſtola Reverendiſs. Abbatis Canonicorum Lateranenſium in Carlshoff.
XXXIX. Epiſtola Reverendiſs. Abbatis Gregorij Orzenacſchek Abbatis in Carlshoff ſub datum Pragæ in Canonia Carlovienſi Novembris 1720.
XL. Alia Ejuſdem ſub datum Pragæ in Canonica Carlovienſi die 3. Febr. 1721.
XLI. Epiſtola Reverendiſs. Generalis Magiſtri, & aliorum Religioſorum Ordinis Crucigerorum cum rubra Stella.
XLII. Alia Ejusdem ſub datum Pragæ 28. Octobris 1720.
XLIII. Alia Ejuſdem ſubdatum Pragæ 24. Februari 1721.
XLIV. Epiſtola Reverendiſs. Patris Abbatis Langhe in Franconia Superioris Germaniæ ſub datum Langhemij 12. Julij 1720.
XLV. Epiſtola Reverendiſs. Patris Ottmarizinck, Ord. S. Bened. Abbatis Brzeunovienſis, & Braunenſis, ejusdem Sacr. Ord. per Bohem. & Morav. Viſitatoris perpetui ſub datum Braunæ in Bohemia prima Januarij 1721.
XLVI. Alia ejuſdem ſub datum Braunæ in Bohemia prima Februarij 1721.
XLVII. Epiſtola Abbatum Ord. S. Bened. in Bohemia.
XLVIII. Epiſtola Congregationis Ciſtercienſis in Germania.
XLIX. Epiſtola nomine totius Provinciæ Bohemiæ Ordinis Prædicatorum.
L. Alia Ejuſdem ſub datum Pragæ die 14. Septembris 1720.
LI. Alia Ejuſdem ſub datum Pragæ die 7. Februarij 1721.
LII. Epiſtola P. Provincialis Bohemiæ, & aliorum Religioſorum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci.

LIII. Alia Ejusdem sub datum Vratislaviæ die 2. Nov. 1720.
LIV. Alia Ejusdem sub datum Vratislaviæ die 3. Februarij 1721.
LV. Epistola P. Provincialis Ordinis Servorum B. M. V. Provinciæ Bohemiæ sub datum Pragæ 25. Septembris 1720.
LVI. Epistola Religiosorum Ordinis S. Augustini sub datum Pragæ die 5. Novembris 1720.
LVII. Alia Eorundem sub datum Pragæ die 4. Februarij 1721.
LVIII. Epistola Prioris Provincialis per Germaniam Superiorem, Hungariam, & Bohemiam Ordinis Carmelitarum.
LIX. Epistola Præpositi, & Clericorum Regularium Theatinorum Pragæ.
LX. Epistola P. Provincialis Societatis JEsu, & aliorum sub datum Pragæ 24. Maij 1720.
LXI. Epistola Ministri Provincialis Bohemiæ Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci.
LXII. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 15. Novembris 1720.
LXIII. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 5. Februarij 1720.
LXIV. Epistola P. Provincialis, & Conventûs Germano-Bohemici Fratrum Eremitarum Excalceatorum Ordinis S. Augustini sub datum Viennæ Austriæ die 9. Novembris 1720.
LXV. Alia Prioris ejusdem Ordinis Conventûs Sancti Wenceslai Neo-Pragæ.
LXVI. Epistola Ministri Provincialis per Bohemia, Moraviam, & Silesiam, & aliorum Capucinorum sub datum Pragæ 5. Maij 1720.
LXVII. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 4. Novembris 1720.
LXVIII. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 3. Februarij 1721.
LXIX. Epistola Senatûs Vetero-Pragensis, Neo-Pragensis, & Micro-Pragensis sub datum Pragæ 21. Martij 1720.
LXX. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 5. Novembris 1720.
LXXI. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 3. Februarij 1721.
LXXII. Epistola Magni Collegij Carolini Pragæ sub datum Pragæ 3. Aprilis 1720.
LXXIII. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 4. Novembris 1720.
LXXIV. Alia Ejusdem sub datum Pragæ 8. Februarij 1721.
LXXV. Epistola Universitatis Viennensis sub datum Viennæ Austriæ 20. Martij 1720.
LXXVI. Epistola Universitatis Vratislaviæ sub datum Vratislaviæ 28. Martij 1720.
LXXVII. Alia Ejusdem sub datum Vratislaviæ 15. Octobris 1720.

LXXVIII. Epistola Rectoris, Cancellarij, & totius Magistratûs Academici in Collegio Academico Societatis JEsu Olomucij.

REVISA.

Jo. Zucherinius Sub-Promotor Fidei.

SUMMARIUM

SUPER DUBIO

An Sententia Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis lata super casu exceptio à Decretis fel. rec. Urbani Papæ VIII. sivè super Cultu publico ab immemorabili tempore dicto Beato præstito sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?

Beatissime Pater.

Num. Commissio Introductionis causæ per sanctissimum signata, cujus originale datur in manibus Emi Ponentis,

OB servatum Sacræ Confessionis Sigillum Joannes dictus Nepomucenus olim Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Pragæ in pervigilio Dominicæ Ascensionis Anno 1383. Martyrij coronam adeptus per demersionem in Moldavam flumen demandatam à Wenceslao IV. Rege Bohemiæ, tot, tantisque prodigijs, & miraculis ad ejus Tumulum existentem in dicta Ecclesia, sivè illius intercessione patratis coruscavit, ut conceptâ in Regionibus Septentrionis erga eum devotione, inceperit à plerisque in eorum necessitatibus invocari, ac tanquàm Martyr, & Beatus Cultum habere, continuatum posteà spatiô trium sæculorum, & ultrà; proindè aucta fama ejus Sanctitatis Martyrij, & Miraculorum, cùm ea indies in pluribus Mundi partibus percrebrescat, multorum etiam gravium Virorum existimatione Canonizationis, sivè declarationis Martyrij honore dignus, accedente infallibili Sanctitatis Vestræ Judiciô, communiter reputatur. Ex quibus moti, piâque intentione, ac præcipuâ erga dictum Servum DEI veneratione ducti Carolus VI. Imperator, & Elisabetha ejus Uxor, nec non Rex Poloniæ, plures S.R.E. Cardinales, Magni Principes, ac Electores Imperij, Archi-Episcopi, Episcopi, Religiosi Ordines, & Universita-

ıamæ per suas litteras instanter, & instantissimè petie-
, ut ad ejusdem Ven. Servi Dei Joannis Nepomuceni
at'onem, sivè dictam declarationem Martyrij, procede-
tur. Propterea cùm jam sint confecti processus Authori-
maria Archi-Episcopi Pragensis super Sanctitate Vitæ,
& Miraculis ejusdem Servi Dei, illique jam in actis
um Congregationis exhibiti, ac ser. ser. aperti, & de
ade n Sacra Congregatione mature discuti; pro parte
nctitatis Vestræ Oratoris Archidiaconi Joannis Ludo-
ier nomine Capituli, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ
litanæ causæ hujusmodi Postulatoris deputati, humi-
plicetur, quatenùs dignetur causam, & causas Canoniza-
declarationis Martyrij, nec non cognitionis Sanctitatis
ulorum, ac de his omnibus publicæ famæ, populorúmq;
ipsum devotionis, cum omnibus, & singulis suis inci-
penden., emergen., annexis, & connexis quibuscún-
firmando, quatenùs opus sit, in Ponentem Reverendissi-
ardinalem ab Althan jam à Sanctitate vestra deputatum,
acræ Congregationi committere, & mandare, cum facul-
primis, & ante omnia processum prædictâ Authoritate
riâ in partibus factum super cultu ab immemorabili tem-
ctoServo Dei exhibito, sive super casu excepto à Decre-
ne. Urbani VIII. eorúmque paritione, citato, & audito R.
Promotore, discutiendi, & examinandi, & ex eadem, a-
quomodolibet deducendis declarandi sufficienter pari-
isse dictis Decretis, factáque, & sanctitati vestræ relatâ,
e approbatâ hujusmodi declaratione, eidem congrega-
riter indulgere, & liberam facultatem concedere, ut abs-
processus Apostolici in genere confectione committere
aliquibus Episcopis Regni Bohemiæ, vel alterius Pro-
Germaniæ, ut veritatem super dicti Servi Dei Fama, De-
e populi, vitæ sanctitate, Martyrio, miraculis, & alijs a Sac.
ibus requisitis exactè, fideliter, & prudenter secundùm ar-
, & interrogatoria in curia per R.P. Fidei Promotorem
& illis transmittenda in specie inquirant; & jura, & monu-
exhibenda coram ipsis recipiant, cum interventu Subpro-
is, per eundem R.P. Fidei promotorem in curia nominan-
quidquid per hujusmodi specialem inquisitionem inve-
luis sigillis inclusum, cautè ad eandem Sacram Congre-
em transmittant; & deindè his omnibus maturè exami-

 natis

natis Congregatione coram Sanctitate Vestra habenda, decernatur; an talia sint, propter quæ ad Canonizationem, seu declarationem Martyrij dicti Servi Dei Joannis Nepomuceni juxta Sac. Canonum Decreta, & Sanctæ Ecclesiæ ritum deveniri possit, cum facultate super præmissis omnibus litteras remissoriales, & compulsoriales, citatô eodem R. P. Fidei promotore ad quascúnque mundi partes decernen. & relaxan. atquè etiam in curia jura, & monumenta quæcúnque recipien., & si opus fuerit, Testes per Reverendissimum Cardinalem Vicarium, seu Episcopos, & in loco ab eo deputan., prævià citatione, & cum interventu dicti R. P. Fidei Promotoris, vel ejus Subpromotoris super ijsdem articulis, sivè alijs de novo dandis, vel addendis, & juxta Interrogatoria per eundem R. P. Fidei Promotorem danda, examinari facien. sub censuris, & pœnis, & cum omnibus alijs facultatibus desuper necessarijs, & opportunis; cæteráque omnia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi usque ad ultimum, & finale complementum prædictæ Canonizationis, sivè Declarationis Martyrij, servata tamen in omnibus, & singulis formâ supradictorum Decretorum san. mem. Urbani Papæ VIII. & Innocentij Papæ XI. & non aliàs, &c. non obstantibus constitutionibus etiam in Universalibus, & Synodalibus Concilijs editis, atquè alijs ordinationibus Apostolicis, Regulis Cancellariæ, stylo Palatij, & curiæ, cæterísque contrarijs non obstantibus quibuscúnque statum &c. tenores &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben. &c. Placet I. F.

Num. 2. *Tabella Testium Examinatorum.*

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Juramentũ.	Examen.
I.	Illustrissimus, & Excellentissimus D. Maximilianus Norbertus Krakowski Sacri Romani Imperij Comes de Kollowrath Dom. in Teinitz, Janovitz, Deschenitz, & Biessin, & S. C. Regiæque Majestatis Consiliarius intimus, Camerarius, Regius Locumtenens, Judicij Provincialis majoris Assessor, & Supremus Regni Bohemiæ Can. annor. 58. fol. 366.	Die 10. Februarij. 1719. process. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarij 1719. process. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarij. 1719. process. fol. 67.	Die 14. Februarij 1719. process. fol. 365 tergo ad 383. tergo.

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Juramentũ.	Examen
2.	Illustrissimus, & Excellentissimus D. Leopoldus Antonius Sacri Romani Imperij Comes Trautmansdorff, & Weinsberg, Liber Baro de Gleichenberg, Negau, Burgau, & Tatzenbach, Dominus in Wobrzist, Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Consiliarius intimus, Camerarius, & Regius Locumtenens Regni Bohemiæ annor. 60. Procesf. fol. 384.	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 67.	Die 27. Februarij 1719. Procesf. fol. 384. ad 401.
3.	Perillustris D. Ludovicus Ignatius Bechine de Lazan, Dominus in Longa Lotta, Bistitz Wellehralitz, Sacræ Cæs. Regiæque Majestatis Consiliarius, Regius Locumtenens, Judicij Provincialis Majoris Assessor, & Burggravius Reginæ Hradecensis, annor. 58. Procesf. fol. 401. tergo	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Procesf. fol. 67.	Die 23. Februarij 1719. Procesf. fol. 401. tergo. ad 419.

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio	Citatio.	Juramentũ.	Examen.
4.	Reverendissimus, ac Amplissimus, D. Martinus Zedlitz, Sacri Ordinis Benedictinorum, Sacræ Cæs.	Die 10. Februarij 1719.	Die 10. Februarij 1719.	Die 10. Februarij 1719.	Die 27. Februarij 1719.

Re-

	Regiæque Majestatis Capellanus perpetuus, Monferatensis Monasterij, & per Bohemiam Abbas, ac Visitator, annor.60.Process. fol. 419. tergo.	Process. fol. 59. tergo.	Process. fol. 64. tergo.	Process. fol. 67.	Process. fol.419. ad 436.
5.	Reverendissimus, ac Eximius Pater Don Joannes Maria Hlozek, S.Cajetani Præpositus, & Reverendissimi Consistorij Archi Episcopalis Pragens. Assessor, Seminarij Archi-Episcopalis Controversiarum Professor, ac Suæ Serenissimæ Eminentiæ Christiani Augusti Saxoniæ Ducis, & Cardinalis Consiliarius annor. 59. Process.fol.436.tergo.	Die [illegible]. Februarij 1719. Process. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Process. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarij 1719. Process. fol. 67.	Die prima Martij 1719. Process. fol.436. ad 455. tergo.
	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio	Citatio.	Juramentũ.	Examen
6.	Perillustris Dominus Wenceslaus Christophorus Hlozek de Zambach, Sacra Cæsarea Regiæque Majestatis Consiliarius, Judicii Cameratici, & Feudalis Assessor, nec non Regni Bohemiæ Vice-Camerarius annor.65. Process. fol. 456.	Die 10. Februarii 1719. Process. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarii 1719. Process. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarii 1719. Process. fol.67.	Die 3. Martij 1719 Process. fol.456 ad 473.

Pe

7.	Perilluſtris Dominus Franciſcus Wetzker de Neidenſtein, Regiarum Appellationum Conſiliarius, & Regio-Germanicorum Feudorum Referendarius, Carolo-Ferdinandeæ Univerſitatis Pragenſis Superintendens annor. 58. Proceſſ. fol. 473. tergo.	Die 10. Februarii 1719. Proceſſ. fol. 59. tergo.	Die 10. Februarii 1719. Proceſſ. fol. 64. tergo.	Die 10. Februarij 1719 Proceſſ. fol. 67.	Die 6. Martii 1719. Proceſſ. fol. 473. tergo ad 490.
	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Juramentū.	Examen
8.	Prænobilis D. Joannes Caſparus Kupetz à Bilenberg, Regiarum Apellationum in Caſtro Pragenſi Bohemicus Secretarius & Conſiliarius, annor. 69. Proceſſ. fol. 490.	Die 10. Februa. 1719. Proceſſ. fol. 59. tergo.	Die 10. Februa. 1719. Proceſſ. fol. 64. tergo.	Die 10. Februar. 1719. Proceſſ. fol. 67.	Die 8. Martij 1719. Proceſſ. fol. 490. tergo ad 507. tergo.
9. Teſtis ex Off. inductus.	D. Joannes Benedictus Petker apud Regias Tabulas Feudales Officiographus, ſeu Scriba Bohemicus, & Taxator, ann. 81. Proceſſ. fol. 594.	Die 6. Martii 1719. Pro. fol. 88. terg.	Die 6. Martij 1719. Proceſſ. fol. 89.	Die 6. Martij 1719. Pro. fol. 88. terg.	Die 10. Martij 1719. Pro. fol. 594. ad 610. ter.
10. Teſtis ex Off. inductus.	Dom. Georgius Samuel Termanus de Oſtrawa annor. 66. Proceſſ. fol. 611.	Die 10. Martii 1719. proceſſ. fol 94.	Die 10. Martii 1719. proceſſ. fol. 95.	Die 10. Martii 1719. proceſſ. fol. 94. terg.	Die 14. Martii 1719. pro. fol. 611. ad 627. ter.

Re-

11.	Reverendiss. ac Amplissimus D. Æmilianus Koterowski Sacri Ord. Benedictinorum Monasterii S. Joannis sub Rupe Abbas, ann. 54. process. fol. 508.	Die 14. Martii 1719. process. fol. 99.	Die 14. Martii 1719. process. fol. 102. tergo.	Die 14. Martii 1719. process. fol. 99. terg.	Die 16. Martii 1519. process. fol. 508. ad 524.
	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio	Citatio.	Juramentũ.	Examen
12.	Prænobilis, ac Consultissimus D. Joannes Franciscus Crusius de Krausenberg, Regiæ Urbis Neo-Pragensis primator, annor. 71. process. fol. 524. terg.	Die 10. Februa. 1719. process. fol. 59. terg.	Die 10. Februa. 1719. process. fol. 64. terg.	Die 10. Februa. 1719. process. fol. 67.	Die 18. Martii 1719. process. fol. 524. ad 541. terg.
13. Testis ex Off. inductus.	Ornatissimus Dom. Joannes Ignatius Fileczek, ad Tabulas Regni Bohemiæ emeritus Camerlingus, annor. 71. process. fol. 628. terg.	Die 14 Martii 1719, process. fol. 97.	Die 14. Martii 1719. process. fol. 98.	Die 14. Martii 1719. process. fol. 97. terg.	Die 20. Martii 1719. process. fol. 628. ad 645.
	Andreas Karasek, annor. 70. process. fol. 542.	Die 23. Martii 1719. process. fol. 113.	Die 23. Martii 1719. process. fol. 115. terg.	Die 23. Martii 1719. process. fol. 113. terg.	Die 24. Martii 1719. process. fol 541. terg. ad 559. terg.

[.]	Casparus Schwantzava, annor. 68. Process. fol. 560.	Die 23. Martii 1719. process. fol. 113	Die 23. Martii 1719. process. fo. 115. terg.	Die 23. Martii 1719. process. fo. 113. terg.	Die 27. Martii 1719. pro. fol. 559 ter. ad 576. terg.
	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Juramentũ.	Examen.
5.	Illustrissimus D. Ferdinandus Franciscus, Dominus de Rzitzan in Bukovvan, & Daussovva, Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Consiliarius, Camerarius, Judicii Provincialis, majoris Assessor, & Regiæ Civitatis antiquæ Urbis Pragensis Capitaneus annor. 54. Proc. fol. 577.	Die 27. Martii 1719. process. fol. 120	Die 27. Martii 1719. process. fo. 123. terg.	Die 27. Martii 1719. process. fo. 123. terg.	Die 28. Martii 1719. process. fo. 576. terg. ad 593. terg.

Christi nomine invocatô. Pro Tribunali sedentes, & so- DEUM prae oculis habentes, per hanc nostram definiti- sententiam, quam de Jurisperitorum consilio in his scrip- erimus in causa Canonizationis Beati Joannis Nepomuceni erdotis Saecularis, & Martyris, de, & super publico cultu mpore immemorabili eidem præstitô, & super casu excep- Decretis felicis Recordationis Urbani Octavi in Congre- one Sanctissimæ Inquisitionis editis, rebúsque aliis latiùs in cessu deductis, inter Dominum Bernardum Henricum à meren Juris utriusque Doctorem, Procuratorem specialiter ntatum à Reverendissimo, sempérque fideli Capitulo nostro ropolitano ad Divum Vitum in Castro Pragensi pro eadem onizatione Actorem ex una, & Dominum Joannem Fran- um Blowsky Juris utriusque Doctorem, Promotorem Fi-

Num. 3.
Sententia per Reverendissim Archi-Episcopum lata super casu excepto à Decretis fa. me. Urbani VIII.
Proc. fol. 260 *terg.* 261.

scalem Curiæ Archi-Episcopalis Reum, seu veriùs pro Fisco partes agentem, & Sanctæ Fidei Promotorem, partibus ex altera; visis eisdem Decretis felicis recordationis Urbani Octavi, Testium depositionibus, Scripturis, & alijs Juribus productis & compulsatis, cæterisque omnibus in processu contentis, & visis videndis, & consideratis considerandis, Christi nomine repetitò, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & definitivè sententiamus, constare publicum cultum à tempore immemorabili centenariò, & ultra exhibitum, & præstitum fuisse, ac etiam in præsens præstari, & exhiberi eidem Beato Joanni, semper scientibus, & patientibus Ordinarijs pro tempore, & causam hujusmodi versari, & esse in casu excepto à dictis Decretis felicis recordationis Urbani Octavi, & propterea in dicta causa nullatenùs contraventum fuisse, aut esse, sed sufficienter paritum ijsdem Decretis. Et ità dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & difinitive sententiamus, non solùm præmisso, sed & omni aliò meliori modò, &c.

Ità pronunciavi Ego Ferdinandus Archi-Episcopus Pragensis.

Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini, Domini ac Patroni Colendissimi.

Num. 4. *Epistola informativa Reverendiss. Archi-Episcopi Pragensis ad Sac. Congreg. Rit. transmissa Proc. fol. 2. & seq.*

PEr præsentem Epistolam Reverendissimas Eminentias Vestras, & totam Sacram Rituum Congregationem humillimè certiorem reddo, quod posteà quàm primus Processus informativus in causa Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni Sacerdotis Sæcularis, & Martyris Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis ad Divum Vitum quondam Canonici, super fama Sanctitatis, Virtutum, Martyrij, & Miraculorum ejusdem fidelis Servi DEI, Authoritate Ordinaria per constitutum à me judicem Delegatum cum Adjunctis ejsdem duobus conjudicibus ritè fabricatus, ac observatis omnibus juxta formam in Decretis felicis recordationis Papæ Urbani Octavi, & in alijs recentioribus Sacræ Congregationis Rituum præscriptam, ad finem deductus, & completus fuisset, & de his supramentionatus Judex

ex Delegatis cum Adjunctis eidem conjudicibus per litteras ad me perscriptas, & in alia Epistola mea inclusas, ac ad Reverendissimas Eminentias vestras, & totam Sacram Rituum Congregationem remissas, memet uberius informasset; illicò ad humiles preces, & instantiam Domini Bernardi Henrici à Germeten, Juris utriusque Doctoris, qua procuratoris causæ à Reverendissimo, sempérque fideli meo Metropolitano Capitulo Pragensi per speciale ad id obtentum mandatum legitimè constituti, mihi scripto tenus factam, secundus judicialis processus Authoritate Ordinaria, ac præmissis iuxta Instructionis ab Urbe transmissæ præscriptum, & formam præmittendis, super Cultu immemorabili supramemorati Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni institutus, atque in præsentia Promotoris Fiscalis curiæ Archi-Episcopalis Pragensis deputati Domini Joannis Francisci Blowsky Juris utriusque Doctoris, ritè inchoatus, prout acta ejusdem processus fusiùs demonstrant, atque ubi à præattacto Domino procuratore causæ Bernardo Henrico à Germeten Articuli probatoriales, seu positionales, cum denominatione Testium judicaliter depositi, dicto Domino promotori Fiscali, seu fidei (ut suprà) deputato ad Interrogatoria intra præfixum eidem terminum desuper formanda communicati fuissent, & idem Dominus promotor Fidei ejusmodi Interrogatoria disposuisset, deinde tam ad inductionem, & admissionem Testium à præfato Domino procuratore causæ in calce Articulorum positionalium de nomine, & cognomine specificatorum, ac aliorum trium à supra recensito D. promotore Fiscali ex officio inductorum, quàm successivè ad omnium horum Testium examen, illorúmque auditionem (observatis cæteroquin omnibus iuxta prædictam Instructionem observandis) tum super Interrogatorijs Domini promotoris Fidei præfati, tum postmodùm super Articulis positionalibus, seu probatorialibus ipsiusmet Domini procuratoris causæ supradicti, servatô ordine, ac forma fuerat processum.

§. 1. Confectio processûs super cultu immemorabili cum assistentia promotoris Fiscalis Curiæ Archi-Episcopalis.

§. 2. Productio Articulorum, & Interrogatoriorum; nec non examen Testium factum servatis servandis.

Dùmque post absolutum examen omnium Testium (ut suprà) tam à Domino procuratore causæ sæpiùs nominato, quàm ex officio inductorum, Notario Actuario deputato, Interrogatoria in processu registrari demandatum, & processus publicatus fuisset, tunc instante Domino procuratore causæ Bernardo Henrico à Germeten, & præmissis, ac observatis juxta sæpè memoratæ Instructionis ab urbe transmissæ præscrip-

§. 3. Compulsatio Jurium ... coram Judice ... observandis.

tum præmittendis, & observandis, deventum fuisset ad compulsationem Jurium ad causam præsentem super cultu immemorabili initio dicti Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni facientium, quæ coram me, quà Judice in Authoribus, seu Libris, tam impressis, quàm manuscriptis à D. Procuratore causæ depositis, adducta fuerunt, Domino Promotore Fidei semper ad singula legitimè citato, ac præsente; auditi deinde sunt quatuor Testes juratò super scripturis, & respectivè Libris manuscriptis à Domino Procuratore causæ productis; demandatáque exemplatione dictorum Jurium Notario Actuario, illáque ab eo factâ, & completâ deputatus fuit alius Notarius Adjunctus eidem

§. 4. Collatio exemplationis Jurium compulsatorum factâ per Notarium Adjunctum, & Actuarium.

Notario Actuario, qui præstitis præstandis jussus interesse collationi exemplationis, seu Transumpti Jurium à Notario Actuario facti, una cum Domino Promotore Fidei in tot, quot necessariæ fuerunt, sessionibus, sedulò intererat, & postquam pro absolvenda collatione exempli, seu Transumpti cum suis originalibus, omnes, ad quos spectabat, una cum Testibus in sessione habita (ut in actis) astitissent, & collatio coram me, quà Judice, ex integro absoluta fuisset, admissum fuit dictum exemplum, seu

§. 5. Fides legalitatis transumpti dd. Jurium compulsatorum.

Transumptum à Notario Actuario, & Adjuncto cum Juribus originalibus productum; & factâ ejusdem Transumpti legalitate ab utroque Notario, posteà à me, quà judice, interposita, & facta fuit [ut in actis] oralis declaratio, dictum exemplum, seu Transumptum ritè, & rectè fideliter, ac legitimè fuisse confectum, & collationatum, ac in omnibus, & per omnia concordare cum suis originalibus, & plenam fidem mereri non secùs ac si essent eadem originalia.

§. 6. Visitatio sepulchri B. Joannis, ejusque Corporis.

Quod quidem intelligendum est de collatione transumpti facti totius Processûs cum ipso processu originali, observatis cæteroquin omnibus observandis (ut in actis videre est) ex integro peracta, atque absoluta. Quibus præmissis, & absolutis processum, fuit deindè ad visitationem Sepulchri, & Corporis, seu Re-

§. 7. Recognitio lapidis sepulchralis, Lampadum, Imaginum, Anathematum, aliorumque monumentorum ad cultum facientium servatis servandis explicata.

liquarum dicti Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni; item ad visitationem, & recognitionem Lapidis sepulchralis, Lampadum, Votorum, Tabellarum, Imaginum, Statuarum, Altaris, Candelabri ex auricalco cratium, seu Clathrorum ferreorum, atque aliorum monumentorum tam intrà, quàm extra Ecclesiam Metropolitanam existentium, pro qua visitatione deputati fuerunt deputandi, delegatúmque eis Juramentum, quod ipsi etiam in manibus meis, quà Judicis,

cor

poraliter, ac genuflexi præstiterunt, & de reliquo in his omnibus, & quoad omnia, ac singula, juxta Instructionis ab Urbe transmissæ præscriptum, atque contenta, fuerat processum, & servanda observata, nec non Dominô Promotore fiscali Joanne Francisco Blowski, Juris utriusque Doctore semper citato & præsente. Factis itaque, & habitis probationibus antiquissimi Cultûs sæpememorati Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, decreta fuit, & expedita Citatio contra Dominum Promotorem fiscalem præfatum, instante Dominô Bernardô Henricô à Germenten Juris utriusque Doctore Procuratore causæ Canonizationis Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni ad comparendum in loco pro audientijs, & actibus, publicis deputatô ad libellandum ad primam diem, &c. Et alia quæcunque fieri videndum pro terminis substantialibus necessaria, & opportuna ad eandem primam diem; quô posteà dictâ comparente, & factâ reproductione citationis à Nuntio deputato, admissóque à me, quâ Judice, Domino Procuratore causæ ad servationem, & implementum dictorum terminorum substantialium, eísque pro servatis, & adimpletis habendis decretis; deinde his expletis, decreta, & expedita fuit Citatio altera die contra Dominum Promotorem fiscalem ad comparendum, & videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales &c. concludique videndum in causa, & ad audiendam Sententiam definitivam in forma ad eandem diem instante Domino Bernardo Henrico à Germeten, Procuratore causæ Canonizationis &c. nomine &c. Postmodùm in sessione die altera habitâ, dicta citatione (ut supra) per Nuntium reproducta, ac per Procuratorem (ut in actis) repetitâ, illóque instante admitti ad iterationem terminorum substantialium, & proferri Sententiam, prout in citatione, factáque desuper generali protestatione per promotorem fiscalem, postea admisso Procuratore causæ ad reiterationem omnium, & singulorum terminorum substantialium, eísque pro reiteratis haberi per me Archi-Episcopum, quà Judicem, declaratis, deindè lata, & lecta, & pronunciata fuit per me Archi-Episcopum, quà Judicem, ac per Notarium Actuarium deputatum promulgata petita Sententia tenoris, ut in actis Processûs pleniùs videre est, & apposita copia authentica demonstrat.

§. 8. Citatio ad terminos substantiales ad instantiam Procuratoris Causæ contra Promotorem.

§. 9. Citatio ad Sententiam, ut suprà.

§. 10. Sententia lata per Reverendiss. Archi-Episcopum super Cultu ab immemorabili tempore præstitô Beato Joanni.

Hh 3 Posteà

§. 11. *Exemplatio & collatio totius Processus cum deputatione Portitoris.* Posteà confectô per Notarium Actuarium exemplô, sive transumptô totius Processûs, ejúsque collatione, & auscultatione (ut in actis) peractâ, atque absolutâ deputatus fuit, observatis omnibus observandis, portitor dicti Transumpti, idem, qui in primo Processu, nimirum Reverendissimus D. Joannes Ludovicus Joseph à Steyer, Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Archidiaconus cum juramento, & implemento omnium, quæ circa id in prima Instructione sunt adnotata.

§. 12. *Clausura transumpti facta servatis serv.* Quibus expletis mandatum fuit, ac ordinatum Transumptum, una cum Actis tunc habitæ sessionis sub eodem Transumpto à Notario Actuario continuandis subscribi, ac in Actis meo Sigillo Archi-Episcopali muniri, & deinde eodem Sigillo ab extra pluribus in locis muniri, & sic clausum, & sigillatum eidem portitori consignari unà cum plico præsentium literarum mearum, & incluso Instrumento publico separato de dicta clausura, & consignatione confecto, ubi etiam penes ejusmodi consignationem Dominus Portitor ad formam Juramenti aliàs per ipsum præstiti promisit fideliter adimplere munus sibi commissum, atque una mandatum, acta Processûs originalis, cum iisdem subscriptionibus, & sigillis reponi in Archivo Archi-Episcopali ibidem asservanda.

Et hæc sunt, quæ in tòto secundo Processu super Cultu immemorabili Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, ac de ejusdem continuatione, Authoritate Ordinariâ fabricatô, gesta fuerunt.

§. 13. *Qualitas eximia Testium inductorum, quibus propterea fides habenda est.*

§. 14. *Relevantia monumentorum exhibitorum in Processu ad effectum probationis supradicti Cultûs, & per*

Cùm autem tam ex depositione juratorum Testium (quibus partim in Dignitate Ecclesiastica, partim de statu Dominorum, Equestri, atque etiam Civicò, plerisque in Officiis publicis hujus Inclyti Bohemiæ Regni ac aliàs constitutis, & characterizatis, consequenter omni exceptione majoribus, plena, atque omnimoda fides est adhibenda) quàm etiam ex productis Authoribus, seu Libris tum impressis, tum manuscriptis, non minùs ac ex Visitatione, & recognitione Lampadum, Votorum, Imaginum, Statuarum, aliorúmque hinc indè extantium monumentorum, ritè ac legaliter habita, & peracta probationes concludentes Cultum immemorabilem, continua devotio Populi cum notorietate augmenti, & percrebrescentia Famæ Sancti-

tatis,

is, Martyrii, & Miraculorum sæpedicti Venerabilis Servi ei Joannis Nepomuceni clarè elucescant. *crebrescentiæ Famæ Sanctitatis, Martyrii, & Miraculorum.*

Idcircò Reverendissimis Eminentiis Vestris, & toti Sacræ rituum Congregationi hisce obsequentissimè supplicando, in-, ac frequentissimis totius hujus Inclyti Bohemiæ Regni vo- devotissimè oro, quatenùs Reverendissimæ Eminentiæ Ve-e, ac tota Sacra Rituum Congregatio felicem progressum us Causæ sibi commendatum habere, omniáque necessaria canonizationem hujus Beati benignissimè conferre dignentur, spe fretus, ac manus Reverendissimarum Eminentiarum Ve-rum humiliter exosculando, sum, & maneo,

Reverendissimarum Eminentiarum Vestrarum, ac totius Sacræ Rituum Congregationis.

Datum Pragæ in Palatio solitæ Residentiæ meæ Archi-Episcopalis in Cubiculo Audientiarum deputato die 9. Aprilis, 17.0.

Obsequentissimus Servus

Ferdinandus Archi-Episcopus Pragensis.

Chronico manuscripto Pauli Zid-k, quod à Peritis judicatur exaratum anno 1471. *Process. fol.* 164. *ter. & seq. & cui titulus est.*

Num. 5.

piunt Libri Georgiji de Frawcwa dicti, nam sunt compositi ad instantiam, & regimen semper Venerabilis Principis, & Regis, Regis Georgij primi, & non tantùm ad regimen ipsius, sed omnium futurorum Regnum Bohemiæ, compilati, & editi per Magistrum Paulum Doctorem, Magistrum Zidek dictum, anno DEI 1471. die novi anni *compulsat. Proc. fol.* 299. *& tergo.* *Scriptores Historici agentes de Martyrio B. Joannis, & ejus causa.*

ol. 4. antè finem libri.

Jarrò, dum haberet malam suspicionem de sua Domina, & lla fuisset confessa Magistro Joanni Decano omnium Sanm, venit ad illum Rex, ut ipsi diceret, cum quo cohabi-Et dum Decanus nollet ipsi quidquam dicere, jussit illum ergi; posteà exsiccatus est fluvius, & dum homines propter A-

mo-

§. 11.
Exemplatio & collatio totius Processus cum deputatione Portitoris.

Posteà confectô per Notarium Actuarium exemplô, sive transumptô totius Processûs, ejúsque collatione, & ausculatione (ut in actis) peractâ, atque absolutâ deputatus fuit, observatis omnibus observandis, portitor dicti Transumpti, idem, qui in primo Processu, nimirum Reverendissimus D. Joannes Ludovicus Joseph à Sceyer, Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Archidiaconus cum juramento, & implemento omnium, quæ circa id in prima Instructione sunt adnotata.

§. 12.
Clausura transumpti facta servatis serv.

Quibus expletis mandatum fuit, ac ordinatum Transumptum, unà cum Actis tunc habitæ sessionis sub eodem Transumpto à Notario Actuario continuandis subscribi, ac in Actis m.o Sigillo Archi-Episcopali muniri, & deinde eodem Sigillo ab extra pluribus in locis muniri, & sic clausum, & sigillatum eidem portitori consignari unà cum plico præsentium literarum mearum, & incluso Instrumento publico separato de dicta clausura, & consignatione confecto, ubi etiam penes ejusmodi consignationem Dominus Portitor ad formam Juramenti aliàs per ipsum præstiti promisit fideliter adimplere munus sibi commissum, atque una mandatum, acta Processûs originalis, cum iisdem subscriptionibus, & sigillis reponi in Archivo Archi-Episcopali ibidem asservanda.

Et hæc sunt, quæ in tòto secundo Processu super Cultu immemorabili Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, ac de ejusdem continuatione, Authoritate Ordinariâ fabricatô, gesta fuerunt.

§. 13.
Qualitas eximia Testium inductorum, quibus propterà fides habenda est.

Cùm autem tam ex depositione juratorum Testium (quibus partim in Dignitate Ecclesiastica, partim de statu Dominorum, Equestri, atque etiam Civicò, plerisque in Officiis publicis hujus Inclyti Bohemiæ Regni ac aliàs constitutis, & characterizatis, consequenter omni exceptione majoribus, plena, atque omnimoda fides est adhibenda) quàm etiam ex productis Authoribus, seu Libris tum impressis, tum manuscriptis, non minùs ac ex Visitatione, & recognitione Lampadum, Votorum, Imaginum, Statuarum, aliorúmque hinc indè extantium monumentorum, ritè ac legaliter habita, & peracta probationes concludentes Cultum immemorabilem, continua devotio Populi cum notorietate augmenti, & percrebrescentia Famæ Sanctitatis,

§. 14.
Relevantia monumentorum exhibitorum in Processu ad effectum probationis supradicti Cultûs, & per

atis, Martyrii, & Miraculorum sæpedicti Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni clarè elucescant. *crebrescentiæ Fama Sanctitatis, Martyrii, & Miraculorum.*

Idcircò Reverendissimis Eminentiis Vestris, & toti Sacræ Rituum Congregationi hisce obsequentissimè supplicando, in-o, ac frequentissimis totius hujus Inclyti Bohemiæ Regni vo-s devotissimè oro, quatenùs Reverendissimæ Eminentiæ Vestræ, ac tota Sacra Rituum Congregatio felicem progressum ujus Causæ sibi commendatum habere, omniáque necessaria l Canonizationem hujus Beati benignissimè conferre dignentur, iâ spe fretus, ac manus Reverendissimarum Eminentiarum Vestrarum humiliter exosculando, sum, & maneo,

Reverendissimarum Eminentiarum Vestrarum, ac totius Sacræ Rituum Congregationis.

Datum Pragæ in Palatio solitæ Residentiæ meæ Archi-Episcopalis in Cubiculo Audientiarum deputato die 9. Aprilis, 17.0.

Obsequentissimus Servus

Ferdinandus Archi-Episcopus Pragensis.

c Chronico manuscripto Pauli Zidek, quod à Peritis judicatur exaratum anno 1471. *Process. fol.* 164. *ter. & seq. & cui titulus est.*

Num. 5.

:ipiunt Libri Georgij de Frawcwa dicti, nam sunt compositi ad instantiam, & regimen semper Venerabilis Principis, & Regis, Regis Georgij primi, & non tantùm ad regimen ipsius, sed omnium futurorum Regnum Bohemiæ, compilati, & editi per Magistrum Paulum Doctorem, Magistrum Zidek dictum, anno DEI 1471. die novi anni *compulsat. Proc. fol.* 299. *& tergo.* *Scriptores Historici agentes de Martyrio B. Joannis, & ejus causa.*

Fol. 4. antè finem libri.

Uartò, dum haberet malam suspicionem de sua Domina, & illa fuisset confessa Magistro Joanni Decano omnium Sanctorum, venit ad illum Rex, ut ipsi diceret, cum quo cohabi-? Et dum Decanus nollet ipsi quidquam dicere, jussit illum nergi; posteà exsiccatus est fluvius, & dum homines propter A-

mo-

molas panem non habebant, inceperunt contra Regem obloqui, & id fuit initium mali,

Ex Historia Bohemiæ VVenceslai Hageck de Liboczan impressa anno 1541. *compulsat. Process. fol.* 305. *& tergo.*

Fol. 353.

B. HOc anno Wenceslaus varijs vitæ illecebris, lusibus, & saltibus deditus vitam Rege indignam duxit, Conjux uti proba, & virtutibus ornatissima Regina sæpè, secretò tamen, illum corrigebat, dicens, ut recordaretur sui boni Patris, qui similia nunquam perpetrabat, & qui similia præsumeret, illum aversabatur & ; Parentis Caroli vestigia repræsentando, ut iis inhæreret, vitámque in melius commutare vellet, amanter hortabatur, sed admonitionibus hujusmodi nihil aliud effecit, nisi quòd in se odium majus Regis provocaverit, qui omnibus modis, & studijs quærebat, eam per occasionem vitâ privare. Die post Festum S. Sigismundi vocaverat ad se Presbyterum Joannem Nepomucenum, Universitatis Pragensis Magistrum, & ibidem in Ecclesia Pragensi Canonicum, & Reginæ Confessarium, Virum timentem DEum, & diligenter, ac secretò ex eo sciscitabatur, ut sibi aperiret, quæ peccata coram ipso DEO confessa fuisset, ad quæ Sacerdos respondens ait, Domine mi Rex, hæc meâ memoriâ ampliùs non teneo, & si tenerem, tamen mihi minimè conveniret, ea revelare, neque vos decet hæc interrogare. Rex irâ accensus, in subterraneum C. Carcerem eum detrudi jussit, & cùm ex eo nihil rescire posset, misso pro carnifice, quem suum Compatrem vocabat, illum torturæ subjecit, quia verò nec hâc viâ ab ipso quidpiam extorquere potuit, mandavit illum nocturno tempore deduci ad Pontem Pragensem, & ligatum in aquam præcipitari, quo facto super Corpus submersi eâdem nocte, & sequenti multa luminaria ardentia visa sunt, de quo miraculo Rex audiens Pragâ ad Arcem Zebrack discessit. D. Prælati autem Pragensis Ecclesiæ accipientes Corpus illud ex aqua apud Monasterium Sanctæ E. Crucis ad Arcem Pragensem solenniter deportârunt, magnáque cum religione in Ecclesia S. Viti è regione Altaris Virginis Mariæ in Cœlos assumptæ sepeliverunt, & lapide contegi jusserunt. F. Post multa, & varia patrata sunt ibidem miracula, id-

cir-

circò multi eum Martyrem DEI, & Sanctum esse dicebant. Quicunque verò ejus Sanctitati resistebat, & à quo Crux in lapide ejus sepulchrali incisa petulanter calcata fuit, is idem eâ die opprobrium, & ignominiam passus est, ideóque Prælati sepulchrum ejus Cratibus ferreis circumdari fecerunt. G.

Sequitur tenor Privilegij gloriosæ memoriæ Ferdinandi Primi Imperatoris præfixi supradictæ Historiæ, in quo authenticatur fides Hagecij, compulsat, in Proc. fol. 304.

NOtificamus præsenti paginâ Universis, qualiter Honôrabilis Sacerdos Wenceslaus Hageck de Liboczan fidelis nobis dilectus ex multis Libris, & Chronologijs desumendo, unum Volumen de Rebus Bohemicis conscripserit, &c. Attamen priusquàm idem Hageck hos Libros imprimi curet, dignati sumus ad id Illustrem Joannem seniorem Popel de Lobkovitz, in Zbirow supremum Feudorum Judicem in Regno Bohemiæ, & ornatos Joannem Hodiegowsky de Hodieiowg Vice-Judicem Regni Bohemiæ, ac Hermannum Sedleczy à Duba fideles Nobis dilectos deputare, quatenus hanc Historiam cum diligentia perlustrarent, & accuratè reviderent, & quod in illa inordinati reperirent, illud cassarent, ac delerent, & ubi ità id jam fuerit peractum, tunc primò idem Hageck poterit hanc Historiam curare imprimi, & liberè divendere. In horum fidem minus nostrum Regium Sigillum apprimi jussimus. Datum in Castro Pragensi feriâ tertiâ Pentecostes Anno 1539. &c. H.

Joannes senior Poppel de Lobkowitz, & in Zbirow supremus Feudorum Judex Regni Bohemiæ.

Joannes Hodiegowski de Hodieowg Vice-Judex Regni Bohemiæ.

Hermannus Sedieczky à Duba.

Ex Historia Regni Bohemiæ Joannis Dubravij Episcopi Olomucensis impressâ anno 1552. compulsat. process. fol. 328. tergo, & 329.

Fol. 144.

CUra externa de animo posita, quò securiorem se esse viderat, eò desidia, & inertia major, atque libido intemperantior ipsum invasit, ac ut nè à fædis quidem lustris, nedum

à Thoris alienis abstineret, imò sæpius in lupanari, quàm in adulterio deprehensus; adeò prostitutis amoribus delectatum ferunt. Ab hac turpitudine Joanna Uxor Maritum dehortari conata, offensionem tantam subijt, ut audiret minantem, se quoque in lupanar ab illo transferendam esse, si hac dehortatione non supersederet, ac paulò post, irâ adhuc flagrans, accersit Ioannem Sacerdotem, audire Reginam solitum, quoties delicta fidelibus auribus committeret. Quæ quidem delicta Rex ab eò, dum authoritate, minis, carcere frustrà explorat, victus iracundiâ Ioannem de Ponte Pragensi deijci, ac submergi jubet; quàm verò Sanctus, & Innocens Sacerdos ille fuerit, ipse
K. fluvius ostendit, ità de repentè arefactus, ut Corpus nudaret submersi, in statúque illo triduum permanens donec submersus ad Sanctum Vitum sepeliretur, ubi in hunc diem, quicunque
L. Sepulchro temerè insultaverit, immunis ab infamia non evadit. Mortua deinde Regina quoque ex mæstitia, & dolore fuit, quem ex antiquissima Regis suspicione, cum maximo animi cruciatu toleravit.

Auctor hic fuit Acatholicus process. fol. 279. tergo.

Ex Chronica Bohemiæ Martini Boregk impress. VVittenbergæ anno 1787. compulsat. Process. fol. 297. & tergo.

Fol. 335.

M. WEnceslaus Rex externarum curarum liber, tractu temporis prolapsus &c. & adhuc irâ ardens, accersivit Ioannem Reginæ Confessarium, à quo sibi aperiri vult ea, quæ sua Conjux confessa fuisset. Dum autem hæc, nec authoritate, nec minis, nec carceribus rescire potuisset, jussit Sacerdotem è Ponte Prageno in Moldavam Fluvium præcipi-
N. tari, & submergi; scribitur, quòd aqua ipsa Sacerdotis inno-
O. centiæ Testis fuerit, dum subitò arefacta Corpus submersi per triduum nudaverit, usque dum Sacerdos exinde levatus in Sancti Viti Ecclesia sepultus fuerit; & hodiedum quicunque ejus Sepulchrum temerè calcat, ab infamia inmmunis non evadit.

Ex

Libro, cui Titulus: Successio Ducum, & Regum Bohemiæ Bartholomæi Paproczki) impresso de consensu Reverendissimi Archi-Episcopi Pragensis tanquam Supremi Correctoris anno 1602. compulsat. Process. fol. 329. tergo 330, & tergo.

Fol. 337.

Ost illud Bellum, quod Clerus peregerat, Rex Wenceslaus dedidit se magnæ dissolutioni, & petulantiæ, quæ perso- P.
m ipsius nullatenus decebant. Correptus in hoc à sua Con-
ge, utpote DEUM timente Dominâ, concepit adversùs eam
gnum odium, & irâ accensus, quærebat causas, quomodo
m posset de Mundo tollere, vocavit ergò ad se Presbyte-
n Joannem Nepomucenum, qui fuit Magister studij Pragen-
, Canonicus ejusdem Ecclesiæ, & Reginæ Confessarius, Vir
s, & Dominum DEUM timens. Occultè ex eo quæsivit,
alia peccata Regina illi fuisset confessa, respondit Sacerdos
annes: Mi Domine Rex, Ego id certè memoriâ non teneo,
etiamsi tenerem, id facere mihi non competit, ut Secretum
onfessionis manifestare deberem, DEO tantùm id scire com-
tit, quod mihi homo in Confessione dicit. Quarè scito Rex
òd de hoc inquirere res non sit conveniens; commovit sermo
e Regem, qui statim Sacerdotem Ioannem ad duros manda-
t detrudi Carceres, & mittens pro Carnifice, jussit illum cru-
liter torqueri. Non valens autem ex ipso, nec blandis ver-
s, neque gravibus tormentis quidquam rescire, curavit illum
rmentatum, & ligatum de nocte ad aquam ex Ponte deijci,
submergi, quod dum factum est, mox hâc nocte, & alterâ
ulta luminaria supra Corpus ejus in aqua jacens visa fuerunt,
hoc cùm audivisset Wenceslaus miraculo, perrexit ad Ar- Q.
m Zebracensem, & Prælati Ecclesiæ Pragensis levantes Corpus
aqua apud Monasterium Sanctissimæ Crucis ad Castrum Pra-
nse illud deportârunt, & in Ecclesia Sancti Viti è regione Al-
ris Beatæ Virginis in Cœlos Assumptæ sepeliri, & lapidem
per imponi curârunt. Hìc multa facta sunt miracula, quo- R.
m intuitu pro DEI Martyro habitus fuit, & quicunque adver- S.
s hoc erat, ac frivolè cum contemptu super Crucem in lapide
sectam conscendit, hâc die Mundi infamiam non evasit, ex qua
usa jusserunt Prælati hoc Sepulchrum ferreâ crate circumdari.

Ex libro, cui Titulus: Bohemia Pia Georgi Bartoldi Pontani impress. anno 1608. compulsat process. fol. 333. & tergo.

Fol. 48.

DE SANCTIS PATRONIS.

Sanctos Patronos præcipuos ponimus, quorum habemus memoriam celebrem, &c.

Fol. 50.

SAnctus Ioannes Eleemosynarius, qui ex Nepomuk hujus terræ Oppidò oriundus, hujúsque Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, cùm Wenceslao Quarto Regi ad instantiam suam
T. ante, & in tormentis confessionem peccatorum Conjugis suæ sibi Sacramentaliter factam (sic enim ille liberiùs in eandem Conjugem suam, piè eum transgressionum suarum sæpiùs monentem, sævire voluit) nollet patefacere, de Ponte in Moldavam Fluvium præcipitatus est, & luminibus noctu supra aquam, ubi Corpus suum latuit, corruscantibus, certissimis innocentiæ, Sanctitatísque suæ Testibus manifestatus, in Ecclesiam sanctam
V. Metropolitanã solemniter ab omni Clero, & Populo translatus, ubi etiam hodie, qui Sepulchrum temerè dehonestat, publicæ ignominiæ protinus subijcitur. Hic verò admirabile, & inauditum, perpetuúmque inviolati Sanctæ Confessionis Sigilli, & Confessionis tam faciendæ, quàm audiendæ monumentum hoc ipsô reliquit.

Ex Postilla diversarum Concionum, impressa per Sessum de anno 1629. compulsat. Proc. fol. 308. tergo 305.

IOannes Eleemosynarius, & Martyr Nepomuci sub viridi Monte natus, Ecclesiæ Sancti Viti in Castro Pragensi Canonicus nolens ad instantiam, & mandatum Wenceslai Quarti
X. Regis Sigillum Confessionis Uxoris ipsiusmet tormentis cruciatus ullatenus violare, ex Ponte Pragensi in Fluvium Moldavam dejectus fuit, cujus, & innocentiam, & probæ Vitæ San-
Y. ctitatem nocturna luminaria super illo visa, sunt contestata, ità ut Corpus ejus ex certo signo luminarium in aqua repertum, Clerus cum omni Populo ad Castrum Pragense cum magno honore deportaverit, & in Ecclesia Sancti Viti tumulaverit, cujus Sepulchrum si quis dehonorat, mundi infamiam non evadet hodiedum.

Ex

Ex Historia Monasterii Sedlicensis Sacri Ordinis Cisterciensis edita per P. Simeonem Kapihorsky Ordinis supradicti impress. apud Paulum Sessium anno 1630. compulsat. Process. fol. 291. tergo 292. & tergo.

Pag. 33.

ANno millesimo tercentesimô octuagesimo Tertio. Rex Wenceslaus vitam dissolutam amplectens, variis disordinibus. & absurditatibus viam aperuit; ex quo dum ejus Conjux illum correxisset, magnam aversionem erga ipsam concepit, & qualiter illam vitâ privare posset, causas inquirebat. Atque deo crastino mane post Solemnitatem Sancti Sigismundi accersens ad se Sacerdotem Joannem Nepomucenum, qui fuit Canonicus Ecclesiæ Pragensis, & Reginæ Confessarius, ex illo qualia peccata ipsa Regina confessa fuerit, rescire voluit, sed is sui Juramenti, & Officij memor, Confessionem nullatenus manifestare voluit. His Rex accensus, jussit illum ad Carceres subterraneos imponi, & ibi ipsum crudeliter affligi; cúmque illum nec hoc modo, ad manifestandam Confessionem perducere potuerit, misit pro Carnifice, & illum torqueri mandavit. Ast dum neque his quidquam efficere, & lucrari poterat, jussit eum nocturno tempore de Ponte in Moldavam præcipitari, & submergi. Quo facto hâc, & alterâ nocte magna luminaria super ipsius Corpore visa fuêre. Propterea Prælati Sancti Viti Corpus hoc in Fluvio apud Monasterium Sanctæ Crucis inventum cum debita reverentia ad Castrum Pragense deportari, & ad latus majoris Altaris tumulari fecerunt. In hoc loco fiebant magna, & frequentia miracula, & quandocunque aliquis irreverenter, ut ex contemptu supra ejus Sepulchrum calcavit, nullus Mundi infamiam evitavit; ex qua causa Domini Prælati jusserunt ejus Sepulchrum Crate ferreâ cingi.

Z. AA. BB.

Ex Libro, cui Titulus : Vir Apostolicus, seu Vita, & Virtutes Reverendi P. Alberti Chanovvsky è Societate Jesu, Joannis Tanner impress. annò 1660. compulsat.
Process. fol. 334. ad 336.

Fol. 14.

EST in Regiæ Pragensis Arcis Templo Metropolitano, olim ab ipso Christo Domino favore singulari, & tam admirando primùm consecrato, dein verò à Sancto Wolffgango Ratisbonensium Antistite jussu ejusdem Salvatoris DEI, rogatu verò Sancti Wenceslai Martyris tunc Bohemiæ Principis honorifice dicato, humatus Beatus Joannes à Patria cognominatus Nepomucenus, ejusdem Ecclesiæ quondam Canonicus, & Joannæ Imperatrici Wenceslai Cæsaris, Regísque Bohemiæ cognomento Pigri Conjugi à Confessionibus, & Eleemosynis, qui dum ea, quæ pro Sacro Tribunali apud ipsum Regina pœnitens sub Sigillo Sacramentali deposuerat, nollet Sacrilego Cæsari ullo modo manifestare, noctu est latenter è Ponte Pragensi in præter labentem
CC. Moldavam gloriosus Martyr præcipitatus. Sed pretiosam apud se mortem ejus DEus latere noluit, nam & Moldava Flumen (ut in manuscripto suo Codice oculatus testis Paulus Zidek Sacræ
DD. Theologiæ per quinque Accademias Doctor, & in communi Fidei Catholicæ post Hussit tempora per Bohemiâ ruinâ ipse ad senectam ultimam mille inter incommoda, medios inter hæreticos, atque in ipsa Georgii Regis Schismatici Aula constantissimus palam semper, & invictus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ filius annotatum reliquit) Flumen inquam Moldava cursum stitit, adeò, ut
EE. siccis vestigijs totus ejus alveus posset perambulari, & Imperatrix ad fenestram precibus intenta ternis noctibus continuis lumen eò loci, quo mersus fuerat, super stagnantes aquæ reliquias aspexit; quæsitum proindé mandato ejus est, quid illic sub aquis lateret, repertúmque illud Venerabile Corpus, & in Templo Sancti Viti sepultum, miraculis etiam quibbusdam ad monumentum ejus consecutis. Quare Populi in eum Veneratio

FF.

tio ità crevit, ut tametsi à Sancta Sede Apostolica (cujus solius est de vera Viri hujus Sanctitate sinè periculo erroris decernere) nulla accesserit authoritas, tantæque ab hæresi per duo sæcula intercurrerint in Bohemia tenebræ, pro Sancto tamen, & vero Martyre sit semper habitus cultu publicô, & appensis ad ejus Sepulchrum Anathematis, adeo ùt ad illud etiam non secus, quàm ad reliquorum in ea Ecclesia sepultorum Sanctorum monumenta lampas ignem ex pia Serenissimi Leopoldi Guilielmi Austriæ Archiducis munificentia foveat perpetuum, cujus pientissimi Principis etiam mandato Candelabrum æneum, opere perquàm eleganti elaboratum ibidem super vetustissimi artificij, & ex ipso sacratissimo illo Salomonis Templo Hierosolymæo adhuc superstes, olim è Mediolanensibus spolijs huc allatum, atque in Regni Bohemiæ Gazophylacio hactenus conservatam basim itidem æneam erectum, inter reliquorum Sanctorum Statuas, etiam Beatum Joannem Nepomucenum supernè ostentat. Quia tamen reperti sunt nonnuli, qui Cultum Sancti, & Martyris, Venerabili huic Viro denegarent, ejúsque apud DEUM merita despicerent, adeóque locum Sepulturæ ejus per contemptum auderent calcare, fiebat, ut mox Divina in eos ultio subsecuta, ostenderet, quo loco Martyr ille esset in Cœlis; deprehensium námque, & vulgò observatum est, eâ ipsâ adhuc die publicam aliquam homines illos pati solitos ignominiam, & gravissimo aliquo coram plebe affici à DEO consuevisse pudore, quæ res in causa fuit primùm quidem, ut quibus ignominiæ aut erubescentiæ periculum imminet, eum sibi passim, hodiéque apud DEum implorent Patronum, deinde verò ut authoritate publicâ humus illa tota rudibus, & raris quibusdam Cratibus ferreis cingeretur in signum Populo, nè Sacrum locum incauti facilè calcarent; sed quia adhuc petulantiæ patebat aditus, supperadditæ sunt elegantiores, ac densiores ferreæ Crates alteræ, quæ ità nunc locum altè ambiunt, ut videantur omnem injuriam à monumento illo satis prohibere. Non poterant tamen satis prohibere Calvinisticum furorem, qui cùm anno millesimo sexcentesimo decimo nono Bohemiam miserrimè invasisset, ausus est & Crates illas invadere, atque, ut priùs imagines, sacráque omnia propè per summum scelus ex Metropolitana illa Ecclesia proturbaverat, etiam hoc Catholicæ pietatis mo-

GG. HH. II. KK.

monumentum tentare demoliri, perfecissétque Turcicum, facinus, nisi DEUS vindex adfuisset in tempore, qui ex scelestissimis illis Iconoclastis nonnullos, dum Crates illas furiosi demoliuntur, & lacerant, repentinò in Terram abjecit impetu semianimes, quos Socii jam propè, & ipsi exanimes ex Templo pro Cratibus extulerunt, &c.

Ex Annalibus Bojicæ Gentis Joannis Adelsreiter impress. annò 1662. compulsat. process. fol. 306. tergo 307.

Liber sextus fol. 113.

JOanne Sacerdote, qui Reginæ erat à Sacris Confessionibus, iussò prodere inviolabilia Sacrosancti Tribunalis arcana, & palam facere, quid erratorum Joanna ejus Judicio auribúsque secretò commisisset, Sacerdos Regis impietatem detestatus, negavit tam sibi nefas esse, quicquam per Sacram Exomologesim cognitum, edere, quàm Regi inquirere, se proindè leges Sacerdotis servaturum, hortari verò Regem nè vanis suspicionibus, & iniquâ quæstione innocentiam uxoris, & ipsum adeò Numen pergeret offendere. Eâ responsi libertate Wencelaus
LL. actus in rabiem, mox illum jussit de ponte Pragensi præcipitatum profluentis Moldavæ aquâ necari. Sacerdotis virtutem,
MM. simúlque Sacramenti Sanctitatem DEUS prodigiò asseruit; nam undæ Moldavi locum cessêre exanimato Corpori, triduóque detectum præbuêre publicò, spectaculò, donec honestâ elatum pompâ, in S. Viti fuit æde tumulatum, &c.

Ex P. Bohuslao Balbino in Vita B. Joannis impressa anno 1670. apud Continuatores Operis Bollandi compulsat. in Processu super fama Sanctitatis, fol. 578. & tergo.

DEcimò quartò. Paucis post diebus Beatus Joannes Boleslaviam ad antiquissimam totius Bohemiæ Divæ Mariis effigiem à Sanctis Slavicæ Gentis Apostolis Cyrillo, & Methudio Christianis traditam, & commendatam, quæ eò loci religiosissimè recolitur, iter suscipit. Hic quàm liquidò pietatis, et amoris sensu Cœli Reginam (cui à prima ætate consecraverat sese,

&c in

& in qua spes omnes suas habebat repositas) oravit, ut sibi paulò post morituro adesset, ut filium propitium redderet. Quisque ex Joannis in DEI Matrem veteri amore, ex periculi ingruentis magnitudine, ex vicinæ mortis horrore, vel de se conjecturam facere posset. Pragam vespertinis horis revertentem Boleslaviâ Joannem, Wenceslaus Cæsar tum fortè, ùt erat otiosus Princeps, è fenestra prospectans observat; recurrunt extemplo furioso Principi omnes illæ tristes de Regina Joanna Conjuge immagines, dolet acceptæ toties à Beatò Joanne repulsæ, neque jam animum regere poterat. Ergo non hominem; sed malum Dæmonem spirans, mittit continuò, qui Joannem accersant, neque multis, ùt in præcipiti ira, verbis est usus, *audi*, inquit, *Sacerdos, moriendum tibi est, nisi è vestigio, jam hic Conjugis meæ Confessionem, & quidquid unquam illa tibi confitens dixit, ex ordine exponas: actum est, periisti. Juro DEUM aquam potabis*, mersionem in flumine eâ voce Cæsar volebat intelligi, Beatus Joannes indignum ratus cedere, toties obtundi; non verbis; sed totô capite, & severô vultu sacrilegium aversatus est. Vix signum dederat Imperator, jam Sanctissimum Virum validissimi Satellites circumsistunt, Rege vociferante, atque inter manus in aliud cubile sublimem deportant. Vetusti Codices significant silentium suppliciô quæsitum, & vitatum esse Populum, nè quis arbiter interveniret. Nocte igitur ad Pontem, qui Pragensi Flumini Moldavæ impositus, Urbes duas majorem, & minorem conjungit, deducitur; tum manibus, & pedibus vinctis, (quod disertè expressum legitur) in subjectum Flumen ex Ponte deiicitur in pervigilio Ascensionis Domini annô 1383.

Ad Articulum primum Interrogatorium secundum processf. fol. 127. *terg.* 128.

Num. 6. *Dicta Testium deponentium de suprad. Martyrio B. Joannis, & ejus causa. Interrogatoria*

UNde & illud scit, quod propter servatum Sigillum Confessionis, & quod Regi Wenceslao Pigro nuncupato peccata, quæ Regina ipsi sacramentaliter confessa fuit, prodere noluerit, jussu nominati Regis post toleratos Careeres, & perpessam torturam de Ponte Pragensi in superfluentem Fluvium Moldavam annô 1383. noctu dejectus, & aquis submersus fuerit?

Interrogatorium tertium, Processf. fol. 128.

Cùm Testis id totum, quod supra dictum fuit, de pro-

 pria

pria scientia habere non possit (siquidem illud plus quàm ante tria sæcula contigisse dicitur) dicat igitur, unde hæc omnia toto tempore suæ vitæ, & quidem pro certa, & genuina veritate narrari audiverit?

Interrogatorium quartum, Process. fol. 128.

Quod si ità à Majoribus suis audivit, nominet, & specificet hos suos Majores, quinam illi, cujus, sexus ætatis, & conditionis fuerint?

Interrogatorium quintum, Process. fol. 128.

Potest nè Testis tutissimâ conscientiâ dicere, quòd hi sui Majores hæc omnia (quæ suprà recensentur) iterum à majoribus suis ità, & non aliter, & pariter pro genuina veritate narrari audiverit?

Interrogatorium sextum, Process. fol. 128. ter.

Recenseat igitur horum Majorum Majores, cujus conditionis, ætatis illi fuerint, & an sinè interruptione hi Majores Majorum hæc omnia ità narrari audiverint, & quòd hæc à Majoribus suis per genuinam traditionem habuerint, circumstantialiter recensuerint?

Interrogatorium septimum, Process. fol. 128. ter.

Si verò Testis præter auditum à Majoribus de his, quæ suprà scripta sunt, ex Historicis, Scriptoribus, tam antiquis, quàm recentioribus notitiam habet, nominet hos Anthores, cujus fidei, & an Classici, atque approbati sint?

Interrogatorium octavum, Process. fol. 128. ter.

Dicat Testis, an hi nominati Historici, & Scriptores de propria scientia scripserint, an verò sua scripta ex alijs Historicis excerpserint?

Interrogatorium nonum, process. fol. 128. ter.

An Testis nullum legerit Historicum, Scriptorem, qui de his omnibus in contrarium scripsisset?

Interrogatorium decimum, Process. fol. 128. ter, 129.

Responsiones Testium, Unde Testis tutâ conscientia asserere potest, quòd nun-

§. 1. quam in contrarium quidquam dictum, factum, & auditum,

Martyrium B. sed de his omnibus prout recensentur, quòd semper publica

Joannis observatum sigillum Sac. Confessionis De auditu à. vox & fama, communis reputatio, & inconcussa traditio fuerit?

I. *Testis super dicto Articulo ad secundum process. fol. 367. & terg.*

Re-

Respondit. Ex auditu, habeo, & in historicis id ipsum legi. *majoribus, qui ab alijs majoribus audiverant*

Ad tertium.

Respondit: Jam dixi, quòd hoc habeam à Parentibus, qui id ipsum à suis Parentibus se audivisse dicebant, & prout audivi avum meum paternum circa nonaginta sex annos ætatis suæ habuisse. *Ætas majorum*

Ad quartum.

Respondit. Jam dixi in præcedenti interrogatòrio meos majores: Parens fuit octaginta octo annorum ætatis, & vocabatur Guilielmus Albertus. Avus autem paternus nomine Alexander (prout audivi) dicitur nonaginta sex annorum ætatis suæ fuisse.

Ad quintum. *Confirmat secundum auditum, ut supra. Specificatio majorum.*

Respondit. Possum salvâ conscientiâ hoc dicere, & dico.

Ad sextum.

Respondit. Prout suprà dixi, audivi à Parente meo, qui dicebat, vicissim à suo Parente se audivisse, sinè interruptione.

Ad septimum. *Specificatio Historicorum ex quibus refertur d. Martyrium.*

Respondit. Legi in Hajecio, in Paprochio, Pessina, & alijs Authoribus, omnibus fidei Catholicæ, &; in hoc Regno Classicis.

Ad Octavum.

Respondit. Quantum scio, hi omnes authores, ab antiquioribus Authoribus hoc excerptum habent.

Ad nonum. *Nullus Auctor scripsit in contrarium. Nil gestum vel auditum in contrarium.*

Respondit. Nullum legi, nec de ullo audivi.

Ad decimum.

Respondit. Sic semper audivi, & nunquam aliud in contrarium. II. *Testis super primo Articulo ad secundum Process. fol.* 385. *& terg.* 386.

§. 2. *Martyrium, ut supra ex auditu a majoribus, & lectione Historicorum expressorum.*

Respondit. Ex auditu, & lectione Historicorum, prout sunt Hagecius, Paprochius, Carolus à Grobendanck, Soc. JESU, Natione Belga, & in Carolo-Ferdinandea Universitate Pragensi Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, ac Professor publicus, quem optimè novi, & cum illo conversatus sum, sicut & Balbinus etiam Societatis JEsu, qui se ad alios refert.

Ad tertium.

Respondit. Jam dixi supra à meis majoribus, & ex Lectione Authorum mox nominatorum.

Ad quartum.

Specificatio majorum, eorumque ætas, & dignitas.

Respondit. Dixi jam supra à meo Patre Adamo Matthia Comite à Trauttmansdorff, qui fuit Regius Locumtenens, supremus Regni Mareschalchus, & suæ Cæsareæ Majestatis intimus Consiliarius & Cubicularius, ætatis suæ sexaginta sex annorum. *Ad quintum.*

Secundus auditus majorum.

Respondit. Infallibiliter Pater meus id ipsum audivit à suis majoribus, nempe Patre suo, & meo respectivè Avo Paterno Maximiliano Comite à Trauttmansdorff, Ferdinandi Secundi, & Tertij Imperatorum gloriosissimæ memoriæ supremo Aulæ Præfecto, ad Pacem Monasteriensem Legato Plenipotentiario, qui (prout memini me audivisse) fuerat ætatis sexaginta aliquot annorum.

Ad sextum.

Respondit. Majores meos jam recensui, & illi interruptim, & necessariò, quæ suprà interrogata sunt, unus ab altero per traditionem habebat; aliàs enim nec ad me nepotem hæc scientia pervenire potuisset.

Ad septimum.

Quinam fuerint Historici agentes de Martyrio & quomodo id expleverint.

Respondit. Jam suprà nominavi Authores, ex quibus hæc omnia habeo. *Ad octavum.*

Respondit. Hi omnes Historici necessariò ex alijs Authoribus hæc scripta habere debuerunt, cùm nullus illorum præsens esse potuerit.

Nullus Auctor in contrarium scripsit.

Ad nonum.

Respondit. Nullum Authorem in contrarium scripsisse legi, nec etiam in contrarium ipse audivi.

Nil factum, vel auditum fuit in contrarium.

Ad decimum.

Respondit. Quia nunquam meâ vitâ contrarium legi, vel audivi, nec etiam à majoribus, & me senioribus horum aliquid percepi, sed semper fuit publica vox, & fama, communis reputatio, & inconcussa traditio. IV. *Testis super primo Articulo ad secundum process. fol. 457. & terg. 458.*

§. 3.

Martyrium ut supra de auditu à majoribus, & ex lectione.

Respondit. Hoc semper audivi sic à juventute mea, & etiam legi. *Ad tertium. Respondit.* Sicut dixi à Patre meo, Præceptoribus, & Professoribus, à quibus etiam monitus fueram, ut hunc Sanctum venerarer. *Ad quartum.*

Specificatio majorum, illorumque ætas, & qualitas.

Respondit. Pater meus fuerat pariter in hoc Officio, in quo Ego nunc sum, ætatis ut supra propè sexaginta annorum, unus Præceptorum meorum vocabatur Samuel Tatirek vir devotissimus, & ultra septuaginta annos ætatis suæ à professore meo quartæ Scholæ humanioris Societatis JEsu Religioso Magistro Roblitio. In Philosophico Studio autem, à Patre Georgio Weissa Societatis JEsu Religioso etiam viro grandævo.

Ad

Ad quintum.

Respondit. Non dubio, quòd, & ipsi id habuerint ex traditione suorum majorum, aliàs ad me transmittere non potuissent.

Ad sextum.

Respondit. Avi mei quidem non recordor, sed hoc scio, quia vocabatur Carolus Hlozek de Zambach, & erat officialis Reginæ ad Tabulas Regni, ætatis suæ pariter circa sexaginta annos, & citra dubium ab illo habuit hanc traditionem de Sancto Joanne Nepomuceno, & iterum ad me Pater meus transmisit.

Ad septimum.

Respondit. Hagecium legi, qui est approbatus Author, & Classicus, sicut, & Paprocium, Pessinam, & alios, qui se referunt super vetustioribus Authoribus.

Specificatio Scriptorum in quibus Testis legit enarrationem suprad. Martyrii.

Ad octavum.

Respondit. Procul dubio ab alijs antiquis Scriptoribus hoc excerpserunt, cùm tam senes non fuerint, ut ipsius actus potuissent recordari.

Ad nonum.

Respondit. Meâ vitâ nullum.

Nemo ex Scriptoribus contradixit.

Ad decimum.

Respondit. Quia nec legi, nec audivi meâ vitâ aliquid in contrarium, sed semper vox publica, & fama, communis reputatio, & inconcussa traditio talis fuit.

Nil actum fuit vel auditum in contrarium.

IX. *Testis super primo Articulo ad secundum Process. fol.* 594. *ter.* 595. *& ter.*

Respondit. Hoc etiam à Parentibus meis in juventute mea audivi.

§.4. Martyrium ut supra ex auditu à Parentibus, & lectione librorum.

Ad tertium.

Respondit. Dixi jam à Parentibus meis, & etiam ex lectione Librorum.

Ad quartum.

Respondit. Parens meus vocabatur Jacobus Petker, & fuit Bohemus, Brodæ Cæsareus Judex, qui (prout audivi) plus quàm sexagenarius erat, Mater mea vocabatur Anna octuaginta annorum, Avus autem meus maternus vocabatur Melchior Kalenda Civis, Vetero-Pragensis, ætatis penè octuagenarius,

Specificatio majorum, & quo modo ab iis audiverit.

si non ultra; & ab illo, sicut, & à matre jam sene, hæc Ego Juvenis audiveram, quia narrabant hoc instar alicujus specialis piæ Historiæ ad me incitandum ad Devotionem.

Ad quintum.

Respondit. Hoc firmiter credo, quòd, & ipsi habuerint id totum à suis majoribus, aliàs non potuissent hæc recensere.

Ad sextum.

Respondit. Majorum Majores superiùs recensui, quinam, & cujus conditionis, & ætatis fuerint.

Ad septimum.

Specificatio Historicorum.

Respondit. Ego legi Hagecium, & Paprocium, qui de his scribunt, & præterea etiam alios Libros, in quibus pariter de Sanctitate illius multa leguntur.

Ad octavum.

Respondit. Procul dubio ab aliis Historicis, & documentis publicis id habuerunt.

Nemo scripsit in contrarium.

Ad nonum.

Respondit. Nullum, DEUS avertat.

Nil auditum fuit in contrarium.

Ad decimum.

Respondit. Semper fuit publica vox, & fama, nec unquam aliquid in contrarium audivi, vel legi.

X. *Testis super primo Articulo ad secundum Process. fol.* 611. *tergo* 612. *& ter.*

§. 6.

Martyrium, ut supra, ex auditu à majoribus, & lectione librorum.

Respondit. Hoc etiam à Majoribus meis habeo, & ex lectione Librorum.

Ad tertium.

Respondit. Jam sæpius dixi à majoribus meis, & ex lectione Librorum.

Ad quartum.

Specificatio majorum, eorúmque ætas, & qualitas.

Respondit. Pater meus Georgius Michael Terman erat ætatis septuaginta novem annorum, qui fuit ultra triginta annos Vir Consularis Neo-Pragensis, Avus Paulus Daniel Terman ætatis suæ octuaginta quinque annorum, Primator ejusdem Civitatis. Pro-Avus autem meus Joannes Termann fuit centum unius anni, & omnes semper sincerè Fidei Catholicæ, quod ipsum Cæsareô Diplomate hic adiacente probo. Et quæcunque suprà interrogata sunt, hæc à Patre, & Avo meo constanter audivi.

Auditus ut supra.

Ad

Ad quintum.

Respondit. Possum, & credo firmiter, quòd hæc, & Avus meus, à Patre suo respectivè Pro-Avo meo per traditionem habuerit.

Secundus auditus

Ad sextum.

Respondit. Jam suprà respondi.

Ad septimum.

Respondit. Authores legi Martinum Borgek Acatholicum Wratilaxiensem, Hagek Præpositum Vetero-Boleslaviensem, Joannem Dubravium, Georgium Pontanum Præpositum Pragensem, PaulumSessium, Henichenium, Albertum Kanowskyum Societatis JEsu Pessinam, ac Balbinum, nec non Crugerium, qui omnes sunt Classici Authores, & approbati.

Specificatio Scriptorum, in quibus Testis legit narrationem Majorii.

Ad octavum.

Respondit. Necessariò ex alijs Authoribus, & documentis.

Dicti Auctores narrationem hauserunt ab aliis.

Ad nonum.

Respondit. Nullum legi.

Nullus Scriptor contradixit.

Ad decimum.

Respondit. Sic semper audivi, & nihil in contrarium.

Nl auditum fuit in contrarium.

XIV. *Testis super primo Articulo ad secundum. Process. fol. 532. ter. 543. & tergo.*

Respondit. Hoc etiam adhuc parvulus audiebam ab iisdem Parentibus, & Majoribus meis, dum Scholam frequentabam.

§. 6.

Martyrium ut supra de auditu à Majoribus

Ad tertium.

Respondit. Indè hoc scio, quia cum adhuc parvulus essem Scholam frequentans, & hodierna Ecclesia ex ipsius domo ex integro ædificata esset, omnes pueri, Scholares virgas accepimus in memoriam finitæ fabricæ istius Ecclesiæ, & unum Cruciferum, atque libunculum panis.

Occasio specialis, unde Testis scientiam habuit de d. Martyrio.

Ad quartum.

Respondit: Pater meus vocabatur Blasius Karazek septuagenariô major, Senior Plebis Mater mea Regina Karaskiana, etiam propè septuagenaria, Avia Materna autem Maria Magdalena Schroanzaciana, octagenariâ major. Ab his omnibus majoribus meis hoc audivi, Idque à pueritia.

Specificatio Majorum.

Ad quintum.

Respondit. Dicere bonâ conscientiâ possum, quòd à modo

Secundus auditus Majorum

do nominatis meis Majoribus audiverim narrari, quod & ipsi hæc, & tali modò narrari audiverint à suis Majoribus.

Ad sextum.

Respondit. Avum meum non recordor, sed Aviam Maternam, de qua suprà dixi, à qua audivi, quod talia ipsa à suis Majoribus audiverit.

Ad septimum.

Specificatio Scriptorum, qui agunt de supra d. Martyrio.

Respondit. Ego quidem Historicos non legi, sed audivi legi de Sancto Joanne Nepomuceno ex Hagek, Paprochio. Et habeo etiam libellum, in quo scribitur de ipsius cruciatibus, & morte, qui Scriptores, seu Historici sunt Catholici, & approbati.

Ad octavum.

Respondit. Non aliter existimo, quàm quòd talia desumpserint ex antiquis Chronicis, & monumentis.

Ad nonum.

Nullus Scriptor contradixit.

Respondit. Non legi, neque audivi.

Ad decimum.

Nil gestum, vel auditum fuit in contrarium.

Respondit: Cùm nihil totâ vitâ in contrarium audiverim, nec legerim, imò à pueritia audivi, quòd pro Sancto, & Patrono divulgatus fuerit.

Cum supradictis Testibus concordant III. Process. fol. 402. tergo, 403. & tergo, IV. fol. 420. & tergo, V. fol. 437. tergo, 438. & tergo. VII. fol. 473. terg. ad 475. VIII. fol. 491. terg. 492. IX. fol. 509. & tergo. XII. fol. 525. & tergo, XIII. fol. 620. & terg. 630. XIV. fol. 542. tergo 543. & tergo, XV. fol. 560. ter. 561.

Num. 7. *Dicta Testium magis exprimentia veritatem Causæ præd. Martyrii, ejusque heroicitatem.*

Ad Articulum secundum Interrogatorium undecimum.

Process. fol. 129.

Quomodò Testis scire potest, quod causa (propter quam Venerabilis Servus DEI Joannes Nepomucenus morte affectus fuit) absolutè, & indubitanter alia non fuerit, quàm quòd Regi Wenceslao Pigro peccata, quæ Conjux illius, & Regina sacramentaliter confessa fuit, revelare voluit;

Interrogatorium duodecimum Process. fol. 129.

Interrogatoria.

Di-

Dicat Testis, quàm importunè, aut severè sæpenomina- Wenceslaus piger Rex à fideli Servo DEI Joanne Nepomu- no confessa extorquere voluerit, & à quo de hac severa ex- rsione audiverit, aut in quo libro legerit?

Interrogatorium decimum tertium Procesf. fol. 129.

Dicat Testis, quàm heroicè huic petioni fidelis Servus EI Joannes Nepomucenus in contrarium steterit, & à quo jus heroici actus notitiam Testis habeat?

Interrogatorium decimum quartum, Proc. fol. 129. & tergo.

Intelligit nè Testis, quid sit actus heroicus, & quænam ad um requirantur, ut perfectus esse dicatur.

Interrogatorium decimum quintum, Proc. fol. 129. tergo.

A quibus Majoribus de hoc actu heroico Testis notitiam bet, & an hi Majores iterum à Majoribus suis per veram tra- ionem hæc omnia habuerint, vel in quibus Authoribus, & an afficis, vel fide dignis Testis id ipsum legerit, & an non ali- is contra hunc actum heroicum in contrarium locutus fuerit, l etiam scripserit?

Responsiones Testium.

I. *Testis super dicto Articulo ad* 11. *Proc. fol.* 367. *terg.* 368.

§. 1. Veritas Causæ Martyrij ex auditu Majorum & lectione Historicorum. Quod heroicè repugnaverit Regis Instantiæ B. Joannis. Actus Heroicus in quo consistat. Nil contrarium auditum est.

Respondit. Ex fama communi, & auditu à Senioribus meis os recensui, & ex Historicis.

Ad 12.

Respondit. Sicut antè dixi, legi idipsum in præfatis Autho- ius, & constanter audivi à meis Majoribus.

Ad 13.

Respondit. Ab Historicis, & Majoribus, prout sæpius dixëram.

Ad 14. *Respondit.* Est constantia in virtute resistens pericu- vitæ, & mortis.

Ad 15.

Respondit. Sicut frequentiùs dixi à Majoribus meis, & pa- n ex Historicis, & nunquam in contrarium aliquid audivi.

§. 2. Veritas prædictæ causæ Martyrij ex auditu Majorum, & lectione Historicorum.

II. *Testis ad* 11. *Proc. fol.* 386. *& tergo.*

Respondit. Ex constanti auditu, & ex lectione librorum.

Ad 12.

Respondit. A Majoribus audivi, & in prænominatis Histo- is legi. Ad 13.

Constantia Heroica B. Joannis

Respondit. Æquè à Majoribus, & ex lectione librorum, i Authores enarrant heroicam constantiam in carceribus, & rmentis usque ad dejectionem in Moldavam.

Ad 14. Ll Re-

Actus Heroicus in quo consistat.

Respondit. Constans animus etiam in periculo vitae & mortis. Ad 15.

Specificatio Majorum, de quibus in praesenti Summario numero superiori §. 2. & Scriptorum.

Respondit. Majores meos, & eorum Majores jam recensui, à quibus haec habeo. Authores autem in quibus legi, nominavi, superiùs, & quod sint omnes Classici, nullum dubium est, cùm sint in Regno à Statibus admissi, & approbati. In contrarium autem huic actui heroico nihil audivi, nec legi.

Nil contra auditum est.

VI. *Testis ad* 11. *Process. fol.* 458. *& tergo.*

Respondit. Quia semper sic audivi, & legi.

§. 3.

Ad 12.

Veritas praedicta causa ex audito & lectione.

Respondit. A Majoribus meis audivi, & in Historijs legi, quòd tam per Carcerem, quàm per torturas Sigillum Confessionis extorqueri voluerit.

Heroica responsio B. Joannis facta Regi instanti pro revelatione Confessionis.

Ad 13.

Respondit. A Majoribus meis, & ex lectura librorum; qui tradunt respondisse Regi interroganti, nec decet tibi Rex hoc à me petere, nec me revelare.

Actus Heroicus in quo consistat.

Ad 14.

Respondit. Est perseverentia, & constantia contra minas, non obstante quocunque respectu; nec ipsis tormentis.

Specificatio Majorum, de quibus in praesenti summario numero superiori §. 3.

Ad 15.

Respondit. Majores meos jam recensui, sicut & Historicos, quos legi, & non dubito, quòd & illi hoc habuerint à suis Majoribus, nec unquam contra hunc actum heroicum in contrarium aliquid audivi, vel legi.

Nil auditum fuit in contrarium.

§. 4.

IX. *Testis ad* 11. *process. fol.* 595. *& terg.* 596.

Veritas praedicta causa Martyrij ex auditu à Majoribus.

Resp. Ego nullam aliam causam à meis suprà recensitis Majoribus audivi, quàm ob non revelatum Sigillum Confessionis. Ad 12.

Heroica repugnantia B. Joannis ut suprà.

Resp. A Majoribus meis, & etiam ex lectione Historicorum.

Ad. 13. Resp. Pariter à majoribus, & ex lectione librorum.

Actus Heroicus in quo consistat.

Ad 14.

Respondit. Est perseverantia heroica in virtute, quam nec tormenta, nec ipsa mors vincere potest.

Specificatio Majorum, & quod nil in contrarium auditum fuerit.

Ad 15.

Resp. Jam dixi ab Avo, & Avia, & ex lectione librorum, nec in contrarium unquam aliquid audivi, vel legi.

§. 5.

X. Testis ad 11. Process. fol. 612. terg. 613.

Veritas praedicta causa ex

Respondit. Sic ex auditu Majorum continuè, & ex Historicis habeo.

Ad

Ad 12.
Respondit. A Majoribus meis, & ex libris suprà citatis. *auditu Majorum, & lectione Historicorum.*
Ad 13.
Respondit. Ex auditu Majorum, & ex lectione librorum. *Constantia heroica B. Joannis, ut supra.*
Ad 14.
Respondit. Est perseverantia in virtute, contra quascun-e minas, & usque ad ipsam mortem. *Actus heroicus in quo consistat.*
Ad 15.
Respondit. Jam dixi à Patre meo, & ab Avo meo, & n dubito, quin Avus meus idipsum à Patre suo, & respectivè o-Avo habuerit. Historicos supra recensui, nec contra hunc um aliquid audivi, vel legi. *Specificatio Majorum* *Nil auditum est in contrarium.*

§. 6.

XIV. *Testis ad 11. Process. fol. 543 ter. 544. & tergo.*
Respondit. Ego à sæpedictis Majoribus meis, & illi ite-m à suis; nullam aliam causam audivi, quam istam unicam, odSacram Confessionem Regi manifestare noluerit. Sic gi etiam audivi, & in supradicto libello etiam ipse legi. *Veritas prædictæ causæ Martyrii ex auditu Majorum, & lectione Scriptorum.*
Ad 12.
Respondit. Audivi à Majoribus meis, quòd primò eum in gastulum conijci, deinde torqueri, & cruciari mandaverit, ita proditionem Confessionis extorqueret; cúmque nihil ef-cisset, quòd eum in Moldavam deijci jusserit.
Ad 13.
Respondit. Hoc & audivi, & etiam legi. *Constantia Heroica B. Joannis.*
Ad 14
Respondit. Hunc actum heroicum in Sancto Joanne Ne-omuceno invenio ex eo, quòd non solùm tormenta, sed e-am mortem ipsam maluerit sustinere, quàm à constantia se-eti Sacramentalis servandi recedere. *Actus heroicus in quo consistat.*
Ad 15.
Respondit. Hoc jam supra dixi, quòd nimirum Majores ei, à suis Majoribus, hoc audiverint. Etiam edixi Histori-s, quos de his audivi legi, & etiam ipse legi, quòd autem a-quis contra hanc aliquid scripserit, aut locutus fuisset, non ntùm ego, sed neque à Majoribus meis quidquam audivi, nec gi. *Auditus Majorum etiam secundus.* *Nil scriptum vel dictum est contra.*

Cum supradictis Testibus concordant. III. process. fol. 403. tergo 04. IV. fol. 421. & ter. V. fol. 439. & tergo VII. fol. 475. tergo VIII. l. 492. terg. 493. XI. fol. 509. terg. 510. XII. fol. 526. & tergo

XIII. fol. 630. & tergo XV. fol. 561. terg. 562. XVI. fol. 578. t.
Ex P. Bohuslao Balbino apud Continuatores Bollandi compulsat. in processu super fama Sanctitatis, fol. 579. & tergo 580.

Num. 8.
Scriptor Historicus, & dicta Testium super prodigiosa manifestatione Cadaveris B. Joannis.

§. 1.
Apparatio flammarum super d. Cadavere.

§. 2.
Wenceslaus ad monitum Reginæ aspiciens flammas conturbatur.

§. 3.
Inventio supradicti Cadaveris

§. 4.
Delatio Cadaveris facta per Canonicos Metropolitanæ ad Ecclesiam S. Crucis.

DEcimoquintò, Mortem, quam occultissimam esse Cæsar voluerat, cælestia statim prodidère miracula. Ignes & flammæ, quæ olim Beatum Joannem nascentem significaverant, mortuum cinxerunt; totus continuò Moldava Fluvius reluxit, videre erat innumera, & miri candoris lumina innoxiè toto fluvio innatare, commodum enim id temporis, excreverat flumen, & latiùs, atque altiùs fluctus attollebantur. Corpus verò Beati Martyris, secundò flumine lentissimè descendens numerosires, & exporrectæ magis comitabantur faces, inde aliæ, alięque sequebantur, quasi pompam funeris deducerent. Effusa ad spectaculum Pragensis Civitas, quid factum esset, aut quid fieret cogitabat; Reginam quoque Joannam ex Arce Regia despectantem, & omnis rei hactenus ignaram, tam novum spectaculum attraxit, cursu illa ad Cæsarem Maritum contendit, miracula luminum ostendit, & innocenti simplicitate, quæ istud sibi ostensum velit, interrogat. Percussit illicò animum sceleris conscientia, & visò cælesti miraculò, velut fulgure ictus proripuit ex conspectu sese, ac seu timore, seu dolore verò aut fictò, triduum publicò abstinuisse dicitur, neminem nisi necessariò admittens. Totâ illâ nocte circum Corpus Beati Martyris luxerant flammæ, sed dies, quid factum, ostendit. Jacebat in arena Corpus exanime, suo in habitu, velut placido, ac renitenti decentissimè compositum; statim tota Urbe spargitur rumor, neque diu cædis auctor latere poterat; cùm plura ejus crudelitatis edidisset exempla; ad hæc conscii Carnifices, Aulici, Satellites nesciebant tacere. Tandem ad Canonicos Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ atrocis rei fama pervenit; sic protinùs adornatâ supplicatione, Sanctum Fratris sui Corpus ex flumine summô honore levantes, ad proximam Ecclesiam Sanctæ Crucis Religiosorum, quos vocant de Pœnitentia, tantisper deposuerunt, dum gloriosum Sepulchrum in Ecclesia Metropolitana pararetur, &c.

Ad Articulum Tertium Interrogatorium decimum sextum Processf. fol. 129. terg.

DictaTestium.

Interrogatoria

REcenseat Testis ex qua, & an fide digna relatione, vel traditione id ipsum habeat, quòd DEUS hujus Servi sui Sanitatem, atque adeptam cælestem gloriam per multa lumina, quæ supra aquam apparuisse dicuntur, nec non per arefaionem Fluvii miraculosè manifestaverit?

Interrogatorium decimum septimum Processf. fol. 129. terg.

Etiamnè Testis id ipsum in Historiis, vel quibusdam Chrocis legit, dicat in quibus?

Interrogatorium decimum octavum Porcesf. fol. 129. terg. 130.

Unde hæc omnia (quæ in præsenti Articulo de levatione, tumulatione Corporis fidelis Servi DEI Joannis Nepomucescripta sunt) Testis vera esse dicere potest, manifestet ratioem scientiæ suæ?

Responsiones Testium.

§. 1.

Manifestatio Sanctitatis secuta ex aspectu flammarũ & arefactione fluminis de auditu, & ex lectione Historicorum, & fama publica.

II. *Testis ad 16. Processf. fol. 386. terg. 387.*

Respondit. Sic habeo ex auditu, & lectione Librorum.

Ad 17.

Respondit. Nominavi jam sæpius Hagecium, Paprotkium, rolum à Grobendanck, & Balbinum, in quibus hæc legi.

Ad 18.

Respondit. Non possum aliter dicere, quàm ex constanti na publica, & lectione Librorum.

IV. *Testis ad 16. Processf. fol. 421. terg.*

§. 2.

Supradicta manifestatio.

Respondit. Ex auditu, fama publica, & Lectione Historium.

Ad 17.

Respondit. In Hagecio, Paprotkio, Pessina Balbino, & aliis.

Ad 18.

Respondit. Non possum aliud dicere, nisi ex relatione Serum me, à quibus semper ità audivi, & ex lectione Libron.

§. 3.

Supradicta manifestatio.

X. *Testis ad 16. Processf. fol. 613. & terg.*

Respondit. Hæc omnia à supra recensitis majoribus audivi, n Historicis legi.

Ad 17.

Re-

Respondit. Jam suprà dixi.

Ad 18.

Respondit. Quia sic semper audivi, sic semper in Historicis legi, & de hoc semper fuit fama publica, communis reputatio, & inconcussa traditio.

§. 4. *Supradicta manifestatio.*

XI. *Testis ad 16. Proc. fol. 510. & terg.*

Respondit. Hæc etiam à majoribus audivi, & legi.

Ad 17.

Respondit. In supra citatis.

Ad 18.

Respondit. Quia sic passim à majoribus meis, & aliis audivi, & in supra recensitis Historicis legi.

§. 5. *Supradicta manifestatio.*

XII. *Testis ad 16. Processſ. fol. 426. terg. & 527.*

Respondit. Sic audivi, sic legi.

Ad 17.

Respondit Jam suprà Historicos nominavi, in quibus ista legi.

Ad. 18.

Respondit. Quia sic constanter à Patruo meo, apud quem ab adolescentia moratus sum audivi, & etiam ab alijs Dominis Canonicis, & sic etiam legi.

§. 6. *Supradicta manifestatio.*

XIV. *Testis ad 16. Processſ. fol. 544. tergo.*

Respondit. De his omnibus à sæpedictis Majoribus, & Antecessoribus meis in infantia audiebam.

Ad 17.

Respondit. Jam suprà recensui, ex quibus Chronicis hæc legi audivi.

Ad 18.

Respondit. Hæc omnia à sæpememoratis meis majoribus narrari audivi, & ipse etiam legi.

Cum supradictis Testibus concordant I. *Processſ. fol.* 368. III. *fol.* 404. *& terg.* V. 439. *terg.* 440. *VI. fol.* 458. *terg. VII. fol.* 476. *VIII. fol.* 493. *IX. fol.* 596. *terg. XI. fol.* 510. *& terg.* XIII. *fol.* 631. *XV. fol.* 562. *XVI. fol.* 579. *& terg.*

Ad

Num. 9.
Dicta Testium deponentium de Miraculis patratis ad Tumulum Beati Joannis ab ejus obitu, vel ex ejus intercessione.

Interrogatoria

Ad Articulum quintum Interrogatorium vigesimum nonum Process. fol. 131. terg.

UNde Testis scit apud Tumulum fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni mox à tempore Martyrij multa prodigia, & miracula contigisse, & an id ipsum à suis majoribus, ii verò iterum à suis majoribus sic, & non aliter, atque pro genuina veritate narrari audiverint?

Interrogatorium vigesimum sextum process. fol. 131. terg.

A quo tempore Testis recordatur, & de propria scientia testificari potest, apud Sepulchrum multifati Servi DEI Joannis Nepomuceni multa miracula, vel prodigia contigisse, & quidem usque in tempus præsens?

Interrogatorium trigesimum, process. fol. 131. terg.

Recenseat Testis aliquas species horum prodigiorum, vel miraculorum, vel ipse aliquorum meminit, vel saltem de iisdem narrari audivit, vel ex Historiis legit.

Interrogatorium trigesimum, primum process. fol. 131. terg. 132.

An non aliquis his miraculis, vel prodigiis in contrarium locutus fuerit, vel scripserit, & vanas hominum imaginationes esse asseruerit, qui, & quando?

Interrogatorium trigesimum secundum process. fol. 132.

Poteſtnè Testis genuinè asserere de his prodigiis, vel miraculis, nullatenùs interruptam, sed semper constantem famam, & inconcussam traditionem fuisse?

§. 1. *Perpetratio miraculorum ut supra, de auditu à majoribus, & ex lectione Historicorum.*

III. *Testis ad 28. process. fol. 405. terg. 40.*

Respondit. A meis majoribus, & ex lectione Librorum, proùt sæpius dixi, id ipsum, & quidem pro veritate habeo.

Ad 29.

Respondit. Ab annis propè quinquaginta, & etiam ab auditu majorum, & ex lectione Librorum.

§. 2. *Cælestis animadversio in Hæreticũ violantem prædictum Tumulũ tempore palatini.*

Ad 30.

Respondit. Specialiter audivi, & legi, tempore Insultûs Palatini, aliquem Acatholicum temerariè, & contemptibiliter ad Sepulchrum insultasse, morte subitaneâ correptum fuisse.

Nil scriptum, vel auditũ est in contrarium.

Ad 13.

Respondit. Nihil horum audivi, nec legi.

Ad

Miraculorum fama cum augmento.

Ad 32.

Respondit. Possum dicere, non tantùm constanter continuari, sed etiam augeri.

§. 3. Perpetratio miraculorum ut supra de auditu à majoribus, & ex fama publica.

IV. *Testis ad 28. process. fol. 422. terg. 423.*

Respondit. Quia sic semper à Senioribus me constanter audivi, & semper de hoc fuit vox, & fama publica, & judicio, quòd infallibiliter hi Seniores me à suis Senioribus de hoc audiverint.

Ad 29.

Respondit. A Juventute mea.

§. 4. Cælestis animadversio in Hæreticum ut supra in §. 2.

Ad 30.

Respondit. Audivi, & legi, quòd tempore Insulcitus Palatini, dum quidam Acatholicus Sepulchrum S. Joannis Nepomuceni temerè tractâsset, à DEO repentinâ morte punitus fuerit.

Nil auditum fuit in contrarium.

Ad 31.

Respondit. Nihil audivi in contrarium, nec legi, sed semper hæc omnia pro veritate habebantur.

Fama constans & inconcussa traditio.

Ad 32.

Respondit. A Juventute mea hanc famam semper constantem, & inconcussam recordor.

§. 5. Perpetratio miraculorum ut suprà de auditu à majoribus, & ex lectione Historicorum.

VII. *Testis ad 28. process. fol. 477. & terg.*

Respondit. Sic à majoribus meis pro genuina veritate, semper, & constanter audivi, & etiam in Authoribus legi, nec dubito, quin etiam majorum majores hanc notitiam habuerint, & suis tradiderint.

Ad 26.

Respondit. A Juventute mea, & à Parentibus meis, qui frequenter ad Sepulchrum ejus suas Devotiones peragebant, & me eò stimulabant, datâ pro Missæ Sacrificiis pecuniâ, & pro oblatione Cereorum.

Ad 30.

Respondit. De plurimis audivi, & etiam in Historicis legi.

Nil fuit contrà auditum.

Ad 31.

Respondit. Nunquam aliud audivi, nec legi.

Fama Constans ut suprà.

Ad 32.

Respondit. Possum, & dico.

VIII. *Testis ad 28. process. fol. 494. & terg. 495.* Re-

Respondit. Hoc audivi à majoribus, & non dubito, quin, & illi hanc notitiam à suis majoribus habuerint. §. 6. *Perpetratio Miraculorum, ut supra, ex audita a majoribus.*

Ad 29.

Respondit. Recordor id ipsum à sexaginta annis me audivisse.

§. 7. *Liberatio condemnati ob crimen prævaricationis ex intercessione B. Joannis.*

Ad 30.

Respondit. De multis miraculis à meis majoribus audivi, & in Historicis legi, de propria autem scientia mea recenseo unicum, quod nimirum quidam ante triginta annos, ob crimen prævaricationis, ad ensem in prima instantia condemnatus fuerit, & ab hac sententia ad Inclytum appellationum Tribunal provocans, gravaminibus suis, effigiem Sancti Joannis Nepomuceni (quam hic in Originali produco, & allego) cum annexa scheda propriâ manu condemnati scriptâ (quam etiam depono) in formalibus; Sancte Joannes Nepomucene nè confundar, ora pro me, desuper evenit, quòd idem condemnatus ad ensem, in secunda instantia ab hac pœna mortis absolutus, & ad unius anni Arrestum condemnatus; inde verò ad suam Majestatem recurrens, non tantùm ab hoc Arresto absolutus, sed etiam honori, famæ, & Officio Procuratoris restitutus fuerit.

§. 8. *Punitio personæ quæ in Statuam B. Joannis contumelias jecerat.*

Item Annô millesimô septingentesimô octavô, dum quidam contra Statuam Sancti Joannis Nepomuceni in Ponte positam, malè locutus fuisset, & Truncum nominasset, intrà breve tempus ob perpetratas rixas, ad unius anni opus publicum per sententiam condemnatus, tandem errorem suum agnovit, & contritò corde professionem fidei elicuit.

Ad 31.

Respondit. Nihil unquam de hoc audivi. *Nil auditum in contrarium.*

Ad 32.

Respondit. Possum.

X. *Testis ad 28. Processf. fol. 614. terg. 615.*

§. 9. *Perpetratio miraculorum ex audita à majoribus.*

Respondit. Sic audivi à Patre, & Avo meo; prætereà me reflecto, quòd piè defunctus Dominus Suffraganeus, & Præpositus Pragensis Joannes Dlauhowesky de Longa Villa, se in scriptis Antecessoris sui Præpositi Brosij ab Horitein legisse dixerit, quòd aliquot libri, in quibus miracula Ven. Servi DEI Joannis Nepomuceni annotata fuerunt, tempore Insultûs Palatini, dum Canonici fugam dare debuerunt, amissi, & deperditi fuerint.

Ad 29.

Respondit. A quo vivo sic semper audivi tam extra Pragam, quàm hic Pragæ.

§. 10.
Liberatio condemnati ob crimen prævaricationis, ut supra §.7.

Ad 30.

Respondit. Sunt quàm plurima, inter cætera duórum recordor, unius in puncto prævaricationis ad ensem condemnati, qui per intercessionem Sancti Joannis Nepomuceni, non tantùm à pæna mortis absolutus, sed etiam Officio restitutus fuit. Item de quadam Domina, quæ certas gemmas amiit, & dum Missam celebrari ad Sepulchrum Divi Joannis Nepomuceni curâsset, gemmas perditas recepit, & deinde dolens de stipendio dato pro Missa, illud ipsum in scrinio iterum invenit.

§. 11.
Recuperatio amissarum gemmarum ope B. Joannis.

Nil fuit auditum in contrarium.

Ad 31.

Respondit. Nullum audivi.

Ad 32.

Respondit. Omninò possum.

§. 12.
Perpetratio miraculorum ut supra ex auditu à majoribus.

XII. *Ad 28. Process. fol. 528. & terg.*

Respondit. A Patruo meo, & multis alijs constanter audivi.

Ad 29.

Respondit. Ab annis quinquaginta novem, à quo hic Pragæ moror, hoc constanter audivi.

§. 13.
Prodigiosa punitio hæretici, tempore Palatini ut supra.

Ad 30.

Respondit. Prodigiorum ego ipse non memini, sed audivi, & legi specialiter, quæ tempore invasionis Palatini apud Sepulchrum Divi Joannis Nepomuceni contigerint.

§. 2.
Nil fuit auditum in contrarium, vel lectum Item constans de miraculis.

Ad 31.

Respondit. Nunquam horum aliquid audivi, nec legi.

Ad 32. *Respondit.* Possum asserere, & assero.

Cum supradictis Testibus concordant I. Process. fol. 369. terg. 370. II. fol. 388. & terg. V. fol. 441. & terg. VI. fol. 460. & terg. IX. fol. 597. terg. 598. XI. fol. 511. terg. XIII. fol. 632. & terg. XIV. fol. 546. & terg. XV. fol. 563. terg. 564. XVI. fol. 580. & terg. 581.

Num. 10.
Dicta Testium, & Scripta ex Historicis, qui specifice agunt de punitione

Ad Articulum Octavum Interrogatorium quadragesimum primum Process. fol. 133. & terg.

A Quo tempore Testis recordatur, quòd quicunque Sanctitatem multum memorati fidelis Servi DEI Joannis Nepomu-

muceni negare, vel ejus Tumulo in contemptum pedem intrudere præsumpsit, à DEO mox punitus fuerit, & temeritatis pœnam luerit, recenseat aliqua exempla à Deo punitorum?

contemnentiũ Sanctitatem, vel sepulchrũ B. Joannis.

Interrogatorium quadragesimum secundum process. fol. 113.

Interrogatoria

Potestnè bonâ conscientiâ dicere, quòd à majoribus suis (qui referebant se audivisse ab eorum majoribus) audiverit, quòd mox post tumulationem sæpememorati fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni à Deo illi puniti fuerint, qui etiam eo, id est antiquo, vel primævo tempore pedem temerè Sepulchro ejus intruserunt?

Interrogatorium quadragesimum tertium, process. fol. 133. tergo.

In quibus Historicis Testis id ipsum legerat, aut legi audivit, & an illi Historici de hac re veram, & genuinam habuerint informationem, cùm experientia doceat, Historicos, & Scriptores persæpè multa erronea scripsisse?

Interrogatorium quadragesimum quartum, process. Fol. 133. tergo 134.

Annon his omnibus contradictum, vel in contrarium scriptum fuerit, adeò ut Testis positivè dicere possit, de his fuisse semper famam publicam, communem reputationem, & inconcussam traditionem?

Responsiones Testium.

III. Testis ad 41. Process. fol. 407. terg.

§. 1.

Respond t. A quinquaginta annis præter propter recordor me idipsum semper audivisse. Exemplum puniti jam supra recensui. Ad 42.

Punitio eorum, qui Sanctitatem Servi Dei, vel Tumulum contempserunt de auditu à majoribus. A tempore tumulationis.

Respondit. Possum id bonâ conscientiâ dicere, quòd id à majoribus meis, & Præceptoribus audiverim, qui vicissim id à suis majoribus audire debuerunt.

Ad 43.

Respondit. Authores jam sæpiùs recensui, qui Classici, & approbati sunt, & non dubito quin ab alijs Scriptoribus id ipsum authenticè habuerint.

Ad 44.

Nil contra fuit auditum, sed semper stetit fama.

Respondit. In Contrarium nihil unquam audivi, nec legi, sed quantum memini, & scio, semper fuisse famam publicam, communem reputationem, & inconcussam traditionem.

§. 2.

VII. Testis ad 41. Process. fol. 478. terg. 479.

Supradicta puniti. De auditu à majoribus qui referebant de antiquo tempore.

Respondit. Hoc audivi a quinquaginta annis, & legi in supradictis Authoribus exempla Punitorum.

Ad 42. Respondit. A majoribus meis audivi, quòd jam ab antiquo tempore qui pedem sepulchro ejus temerè intulit, punitus

nitus fuerit, an autem mox post tumulationem, hoc asserere non possum. Ad 43.

Ex lectione Historicorum.

Respondit. Historici, quos recensui, & id ipsum in illis legi, sunt omnes Classici, Fidei Catholicæ, præter Boregk, qui vix aliquid erroneum scripsissent. Ad 44.

Nil unquam fuit auditum in contrarium, sed semper fuit fama constans.

Respondit. Nihil unquam audivi in contrarium, sed semper constans fama publica, communis reputatio, & inconcussa traditio fuit. X. Testis ad 41. Procesf. fol. 616. & terg.

Respondit. Sic audivi à juventute mea, sic & Avus meus; qui tempore Insultûs Palatini vixit, & ob Fidem Catholicam eô tempore arrestatus fuit, recensuit, quòd postquam voluisset Sculretus superintendens Palatini etiam Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni violare, & Crates ferreas jam in una parte perfringi curâsset, quòd unus ex violatoribus repentè corruerit, & se totum ardere exclamaverit, at paulò post animam efflaverit. Ad 42.

§. 3. Punitio supradicta de auditu à majoribus, cum relatione casus specialis tempore invasionis Palatini.

Respondit. Quæ ab avo meo audivi, jam mox recensui, & non dubito, quin, & ille à suo patre audiverit, quòd qui temerè Sepulchro pedem intulit, à Deo punitus fuerit.

Ad 43.

Respondit. Historicos jam suprà recensui, ad quos etiã Pessina se refert.

Ad 44.

Nil fuit contradictum, sed semper stetit fama inconcussa.

Respondit. Nihil fuit contradictum, nec in contrarium scriptum, sed semper fuit fama publica, communis reputatio, & inconcussa traditio.

§. 4. Punitio supradicta cum relatione casus specialis, ut in §. 3.

XII. Testis ad 41. Procesf. fol. 529. terg. 530.

Respondit. A quinquaginta novem annis hoc semper audivi, sicut & de illo casu, qui tempore Insultûs Palatini contigit. Ad 42.

Item circa tumulationis Servi DEI.

Respondit. Sic audivi constanter, & legi.

Ad 43.

Scivit ex lectione Historicorum

Respondit. Historicos jam suprà recensui, & cùm omnes Classici, & approbati sint, credo, quòd nihil fabulosi, sed veritatem scripserint.

Ad 44.

Nil factum, vel dictum fuit contra.

Respondit. Nunquam quidquam audivi factum, vel dictum in contrarium, sed semper fama publica, communis reputatio, & inconcussa traditio talis fuit.

XIV.

XIV. *Testis ad* 41. *Processſ. fol.* 547. ter. 548. *§.5.*

Respondit. Hoc ab infantia mea audiebam, ſicut etiam, *Unitio ſupra-*
quæ tempore Palatini contemptoribus evenerint, ſuperiùs di- *dicta cum re-*
xi. *latione casûs*

Ad 42. *ſpecialis.*

Respondit. Hoc Ego à majoribus meis, & Avia mea à ſuis *De auditu à*
majoribus audivit, quòd quisquis inhonoravit Sepulchrum ejus, *majoribus*
publicam confuſionem non evaſerit. *etiam ſecundò*

Ad 43.

Respondit. Hiſtoricos, quos legi audivi, & ipſe legi, no- *Scivit ex le-*
minavi ſuperiùs, & quia ea, quæ mihi majores mei, & majores *ctione Hiſto-*
Aviæ meæ narrabant, ſinè diſcrepantia ſcribunt, judico ea vera *ricorum.*
eſſe debere.

Ad 44.

Respondit. Ut quis huic in contrarium quid ſcripſiſſet, aut *Nil in contra-*
locutus fuiſſet, nunquam audivi, nec legi. *rium auditum*

Cum ſupradictis Teſtibus concordant I. Proceſſ. fol. 371. *& terg. II.* *fuit.*
fol. 389. *terg.* 390. *IV. fol.* 424. *& terg. V. fol.* 443. *VI. fol.* 461. *terg.*
VIII. fol. 496. *terg. IX. fol.* 599. *& terg. XI. fol.* 513. *XIII. fol* 633. *terg.*
634 *XV. fol.* 564. *terg. XVI. fol.* 582. *& terg.*

Ex Parte Bohuslao Balbino apud Continuatores Bollandi compulſat. in Proceſſu ſuper Fama Sanctitatis. fol. 592.

Vigeſimo tertiò. Illud permirum, neque minùs certum, *Scriptores Hi-*
& privilegiatum: quicunque Beati Joannis Tumulum cal- *ſtorici.*
carint, præſertim ſi contempſerint, eos ipsâ die infamiam incur- **A.**
rere, & vitare non poſſe, id omnium Catholicorum Pragenſium
noſtræ, & ſuperioris ætatis conſenſu, atque exemplis plurimis conſtat.

Vigeſimoſeptimò. Ob hanc igitur cauſam, & ſæva in calcantes exempla edita, cùm jam pridem ferri Clathri ad unius ferè ulnæ altitudinem prætenti eſſent, Canonici novis aliis Cratibus Sepulchrum cinxerint qui Clathri facilè tres ulnas altitudinem prætenti eſſent, Canonici novis aliis Cratibus Sepulchrum cinxerint, qui Clathri facilè tres ulnas altitudine æquant, ut niſi ægerrimè vix eſſe cuiquam improbo, & injurio liceat, &c.

Ex Joanne Thoma Pessina de Czechorod in Phosphoro Septicorni pagin. 583. impress. anno 1673. & compulsat. Process. fol. 313.

B. ID porro quòd ultionem divinam non evitent, qui locum Sepulturæ eius temerè, & per contemptum calcant, pluribus exemplis recentioribus, juxta, ac vetustis, & quidem tot, ut facilè justum volumen efficerent, ostendere possem, sed propositæ brevitatis memor, cujus limites jam anteà me hic non semel excessisse fateri oportet, alterius operi, ut suprà aliquoties jam monui, stylò uberiori, & ex constituto describenda relinquo, &c.

Ex Joanne Jacobo de VVeingarten in Speculo Principum, seu Monarchia Serenissimæ Domûs Austriacæ part. 2. fol. 221. impress. annô 1673. & compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 618.

C. AC circa hunc locum Crates factæ sunt, ne ullus hunc locum dishonorare posset; siquidem sæpiùs miracula contigerunt, atque etiam hoc, ut ille, qui datâ operâ, seu studiò tantummodò unicum pedem super lapidem sepulcralem posuit, hanc diem sinè infamia consumare non potuerit.

Concordan. cum supradictis Scriptoribus alii sequentes.

Laurentius Beirlink Theatro Vitæ Humanæ lib. 10. fol. 173. lit. L. compulsat. Process. fol. 294. terg.

D. Bzovius in Annalibus Ecclesiasticis Tomo 15. pag. 214. compulsat. Process. fol. 295. terg.

P. Odoricus Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis Tomo 17. pag. 248. compulsat. in Proc. super Fama Sanctitatis fol. 550. terg.

Joannes Thomas Pessina in Marte Moravico fol. 473. compulsat. Process. fol. 344.

P. Georgius Ferus in Fama Posthuma Joannis Nepomuceni compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 624. tergo.

Ex

[redacted]

Ex Parte Bohuslao Balbino apud Continuatores Bollandi [compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 595. & sequen.]

Num. 11.

Vigesimosextò Venio nunc ad narran... exemplum, quô tristius ad Beati Joannis Tumulum accidit nullum. At nescio sanè, quid illud esse oporteat, quod tantò semper odiô in Beati Joannis memoriam, & Sepulchrum hæretici ferantur. In illo, de quo modò dixeram, Hæreticorum in Bohemiæ Regno post annum millesimum sexcentesimum decimum octavum, cùm Calviniani Pragensis Ecclesiæ Metropolitanæ dimidium, partem scilicet posteriorem occupâssent, suáque profanâ, & umbratili cænâ contaminâssent, habeant illi sine dubio præ oculis Sanctorum Patronorum, Viti, Sigismundi, & aliorum Divorum Corpora, ac ferebant placidè, unius tantùm Beati Joannis Nepomuceni humilem Tumulum videre non sustinebant. Nequè modò Crates circa Tumulum evelere, sed ipsum Beati Martyris Corpus (facinus profectò etiam in quocunque humano corpore indignum) exhumare, & in communem locum abjicere statuerunt. Sed Joannes egregiè locum tutatus est. Mittuntur ad certam diem valentissimi, & confidentissimi Satellites, quibus id datum erat negotii. Vix sacrilegium tentârant, & Crates ferreas ligonibus convellere cœperant, cùm ecce duo quasi è Cælo percussi, rep ntè in terram concidunt, alter omniò exanimis, nunquam vitam recepit. Alter operi præfectus, Anglus homo Ephœborum Friderici Palatini (qui sese Regem Bohemiæ ferebat) Præceptor, semivivus, ac ægrè spirans è Templo inter manus elatus, paulò post & ipse misera n animam e avit: cæteri periculô, & damnô suorum admoniti, unâ tantum Sepulchri parte Cratibus dejectis, opus imperfectum reliquêr . Res est tragica, sed eorum testificationibus firmata, qui adf ére, quos inter vivit, hodiéque senex, Capanis in Ecclesia Sancti Viti præfectus, rei gestæ olim spectator. Historia hæc tota ante Beati Joannis Nepomuceni Sepulchrum tessellatô opere pereleganter in ligno expressa cum admiratione Peregrinorum spectatur. Recenset hoc etiam triste miraculum Germanicus Liber, cui titulus est Veridici, Augustæ anno millesimo sexcentesimo trigesimo typis editus, pagi-

Scriptores Historici, & dictantium deponentium de punitione capitis sumpta in Hæreticum, qui tempore Palatini ausus fuit demoliri Crates appositas Sepulchro B. Joannis. Scriptores Historici.

A.

paginâ octuagesimâ nonâ, & sequentibus, ac primùm Angli illius Calviniani Sepulchro insultantis sacrilegas voces, tum [illegible] ultionem humi illisô corpore, demum eâdem nocte inter hom[illegible] vociferationes, ac ejulatus, ab igne quasi aliquo ureretur, infelicissimam [illegible] multis verbis describit. E.

B. Ejusdem prodigij plenè meminerunt Continuatores Bollandi in adnotatione sub litt. E. referentes ex aliis Authoribus, ut videre est ibidem in Processu super Fama Sanctitatis fol. 604. & seq.

C. *Cum supradictis concordant nempè, Carolus Caraffa olim Nuncius Apostolicus in Commendariis de Germania Sacra restaurata compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 516. & seq. Joannes Thomas Pessina in Marte Moravico compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 613. & in Phosphori Septicorno ibidem fol. 524. & sequen. Georgius Bertholdus Pontanus in Bohemiâ Pia compulsat. in dicto Processu fol. 578. Joannes Adelsreiter. par. 3. Annalium Bogicæ Gentis lib. 5. pag. 80. compulsat. in d. Processu. fol. 538.*

Ex Extractu Literarum, quæ Pragæ scriptæ fuerunt ad quendam notum amicum super devastatione Metropolitanæ Ecclesiæ impress. anno 1620. & compulsat. in Process. super Fama Sanctitatis fol. 620.

Paginâ secundâ.

D. FEriâ secundâ Natalis Domini ex utraque parte penes Chorum, quâ ad Sepulchrum Divi Confessoris Joannis, uti, & ex altera parte apud Sacristiam, quâ ad Sanctum Vitum circuitur, omnia tabulis, & asseribus, ac clavis fuerunt obfirmata; de causa hujus rei, ratus, & diversus in communi discursus, totum celatur & supprimitur; nonnulli dicunt, quod quidam, qui temerè supra Sepulchrum Divi Joannis ivit, sicut furiosus ceciderit, & rugiebat, alii dicunt, quod præcipua quædam persona apud Sepulchrum Sancti Viti subitaneâ morte fuisset demortua, alii dicunt, quod aliquid mirabile circa hæc loca apud hos Sanctos contigerit.

Interrogatorium quinquagesimum tertium Process. fol. 135.

Ex qua traditione Testis evidenter scit, violationem Se-lchri fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni sub Friderico Pa-ino Regni Bohemiæ usurpatore contigisse, si id ipsum à ma-ibus suis habet, recenseat fideliter, unde illi majores hanc no-am acquisiverint? *Dicta Testium*

VIII. *Testis ad* 53. *Process. fol.* 497. *tergo.*

Respondit. Excellentissimi Domini Maximiliani Comitis à lowrat Dominus Parens, qui fuit octuaginta octo annorum, m moreretur, & qui insultum Palatini recordabatur, ille so-at narrare de illo casu Invasionis, & violationis Sepulchri fi-lis Servi DEI Joannis Nepomuceni, sic contigisse, prout Se-ltura in tessellato labore ostendit.

IX. Testis ad 53. Process. fol. 600. tergo.

Respondit. De Insultu Palatini Avus, & Mater, qui tunc nporis vixerunt, sæpiùs mihi narrarunt, & addiderunt, quod a pars, ubi Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni est, ex ndato Friderici, asseribus clausa fuerit, quia nocturno tem-re Cantus audiebantur, & Processiones visæ fuerunt.

XI. Testis ad 53. Process. fol. 514.

Respondit. De hac re audivi à majoribus, & legi.

XII. Testis ad 53. Process. fol 531.

Respondit. De Insultu Palatini audivi specialiter à Patruo eo, & etiam legi.

XIV. Testis ad 53. Process. fol. 549.

Respondit. De Insultu Palatini Parentes mei, & Avia mihi rrabant, quódque cum Sepulchro Sancti Joannis Nepomu-ni malè processerint, & ideò à Deo puniti fuerint.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol. 372. go II. fol. 391. III. fol. 409. IV. fol. 425. V. fol. 444. VI. . 463. VII. fol. 487. X. fol. 617. tergo XIII. fol. 635. V. fol. 566. XVI. fol. 583. tergo.

Actis Visitationis Reliquiarum in Altari Visitationis B. rginis è conspectu Sepulchri B. Joannis, aliorumque monumentorum ex-pletæ per Reverendissimum Archi-Episcopum cum assistentia Promo-toris fiscalis & Peritorum die 26. Junij 1719. Process. fol. 241. & fol. 245

Osteà perventum fuit ad Opus, seu laborem tessellatum mi-

Num. 12.

Recognitio Operis tessellati positi è regione Sepulchri B. Joannis, ubi repræsentatur punitio sub dicti Hæretici, qui violare illud tentaverat, ac dicta Testium de eodem opere.

rô artificiô in ligno quercino constructum. & sculptum, in cujus operis una parte directè è regione Sepulchri Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni videre est Viros duos, ex hac, & illa parte elevatis malleis instare percussioni, & dejectioni majoris Clatri ferrei, quô Tumulus dicti fidelis Servi DEI cingitur, alij duo viri dejectam partem, quæ stetit versùs Arcem Pragensem humeris impositam exportant. Alij itidem duo viri è loco asportati Clathri, foràs ejectum, & prostratum sacrilegum, unus apud humeros, alter apud pedes apprehensum, & humo levatum quasi exanimem capite, & manibus dependulis exportant. Adstat vir alius, levatâ dextrâ manu (prout graviter consternati, & de repentino malo indolentes facere consueverunt) caput fricans, non procul indè stant duo alij attoniti ad invicem conversi, & mirabundi, quorum unus extensô brachiô alteri indigitat tristem casum.

§. 1. Descriptio supradictæ animadversionis cælestis in opere sculpta.

§. 2. Judicium Pictorum, quod opus prædictum fuerit confectum anno 1620.

Ubi memorati Statuarij lustrato penitus ejusmodi opere tessellatô, seu sculpturâ in ligno quercino facta, unanimiter edixerunt, hunc laborem, seu opus tessellatum omninò correspondere anno in ultima parte hujus tessellati operis insculpto, nempè millesimo sexcentesimo vigesimo.

Consequenter judicarunt, & judicant prænominati Statuarij, opus hoc, seu tessellatum laborem circa hoc tempus, & annum supradictum fuisse factum, ac constructum.

§. 3. Inscriptio per antiqua posita sub dicto opere exprimens Martyrium Sepulturam, & miracula B. Joannis.

Sub quo tessellato opere, seu labore, vicinissimè ad Tumulum, seu Sepulchrum sæpememorati Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, exstat, & reperitur Inscriptio Idiomatis Germanici, antiquis litteris trabalibus (prout intuenti paret, & supranominati Scriptores, seu Antiquarij illas omninò ex forma, & positione earum perantiquas esse judicarunt, & judicant) in muro colore nigro exarata, quæ Inscriptio est, & consistit, in his formalibus.

Hic jacet sepultus Beatus Sacerdos Magister Joannes de Nepomuk, hujus Ecclesiæ Canonicus, & Confessarius Reginæ, qui jussu regis Wenceslai Quarti, quia secretum Confessionis nullis tormentis revelare voluit tandem de Ponte Pragensi in Fluvium Moldavam præcipitatus fuit annô millesimô tercentesimô octuagesimô tertiô, cujus Corpus à DEO prodigiosis Lampadibus, & luminibus in aqua, atque etiam in hoc loco multis miraculis inclaruit.

ad Articulum nonum Interrogatorium quinquagesimum secun-cundum Process. fol. 135.

Viditnè Testis hunc tessellatum laborem, qui è regione sepulchri fidelis Servi DEI Joannis Nepomuceni in Tabula lig-nea extare dicitur, recenseat quàm antiquus hic tessellatus la-bor sit, & an in illo annus sculptus reperiatur? Num. 13. *Dicta Testium deponentium de supradicto opere tessellato.*

II. Testis ad 25. Process. fol. 390. tergo.

Respondit. Vidi hunc tessellatum laborem meis proprijs oculis, & judico ex ipsa fabrica admodùm antiquum, & vetu-stum esse, de anno autem Sculpturæ non recordor.

III. Testis ad 52. Process. fol. 408. tergo.

Respondit. Vidi hunc tessellatum laborem frequentissimè, & est omninò vetustus, annum Sculpturæ autem non vidi.

IV. Testis ad 52. Process. fol. 425. tergo.

Respondit. Hunc tessellatum laborem oculis proprijs vidi, & apparet ideo vetustus, quia moderno tempore in ligno sic non sculpitur, annum autem Sculpturæ me recordor non vidisse.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol- 372. tergo V. fol. 444. VI. fol. 462. tergo VII. fol. 480. VIII. fol. 497. tergo IX. fol. 600. tergo X. fol. 617. tergo XI. fol. 514. XII. fol. 530. tergo XIII. fol. 635. XIV. fol. 549. XV. fol. 566. XVI. fol. 583. Num. 14.

Die decimâ quintâ Aprilis anno millesimo septingentesi-mo decimo nono, horâ nonâ de mane, & subsequentibus habi-ta fuit, præmissis præmittendis, ac observatis observandis, Vi-sitatio Sepulchri, & Corporis, seu Reliquiarum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, in Sancta Metropolitana Eccle-sia ad Divum Vitum in Castro Pragensi, coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Ferdinando, Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ Archi-EpiscopoPragensi, Domino Pro-motôre Fiscali Joanne Francisco Blovwky, Domino Procura-tore causæ Bernardo Henrico à Germeten. Ministris & Peri-tis, & alijs, vi Instructionis à Domino Judice deputatis, nec non Testibus pro sessione alias adhiberi solitis, & me Notario Actuario præsentibus, ubi clausis foribus Ecclesiæ, & omni-bus alijs exclusis, deinde processum fuit ad præassertam Visita-tionem modo sequenti. *Acta Visitationis Sepulchri, & Corporis B. Joannis expletæ à Reverendissimo Archi-Episcopo process. fol. 209. & seq.*

Posteaquam Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Dominus Archi-Episcopus, quà Judex, supradictâ die, horâ di-midâ nonâ de mane, ex Palatio, seu Residentia Archi-Episcopa-li comitantibus eundem suis, quos habet, Aulicis, & alijs, ad supra-

memoratam Ecclesiam Metropolitanam Divi Viti in Castro Pragensi advenisset, & coram majori Ara ibidem genuflexus aliquantùm oràsset, comparuerunt deindè admodùm Reverendi Domini Joannes Florianus Hammerschmidt actualis Vetero-Pragæ in Theyn Curatus, & Wenceslaus Constantinus Potutzjek dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Divi Viti in Castro Pragensi Sacristanus ad perhibendum testimonium veritatis, de loco Tumulationis, seu Sepulchri Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, & eo designando per Nuncium deputatum juratum Michaëlem Zastiera pridie oretenus citati. Quibus tàliter, ut suprà comparentibus, Illustrissimus & Reverendissimus Dominus, Dominus Archi-Episcopus, quà Judex, detulit Juramentum veritatis dicendæ, & secreti servandi. Quod juramentum etiam sibi delatum & acceptum, ipsi in continenti in manibus altefati Illustrissimi & Reverendissimi Domini, Domini Archi-Episcopi, qua judicis, singillatim, & unus post alterum flexis genibus deposuerunt, ac præstiterunt in forma.

Sequitur Tenor Formæ Juramenti.

Post quod juramentum ab utroque supranominatorum singillatim, ac unus post alterum corporaliter præstitum, & depositum, fuit unus post alterum interrogatus.

§. 11. *Depositio Testis circa identitatem Sepulchri B. Joannis.*

Primò quomodo vocatur, & cujus est ætatis? Respondit: Vocor Florianus Hammerschmidt actualis Vetero-Pragæ in Theyn Curatus, sum annorum sexaginta sex die quarta Maij præsentis millesimi septingentesimi decimi noni anni complemendorum.

Secundò interrogatus, Scitne locum Tumulationis, seu Sepulchri Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, an, & ubi illud in hac Metropolitana Ecclesia existat?

Respondit, Semper audivi & legi, & fuit talis fama publica, quod hic in Ecclesia Metropolitana Sancti Viti, in ambitu versùs Portam ex parte sitam sepultus jaceat, estque hoc publicum, & notorium, & vidi etiam ad hoc illius Sepulchrum homines flectentes, & orantes.

§. 2. *Depositiò consimilis alterius Testis.*

Post hoc vocatus est alter, interrogatùsque:

Ad primum quæsitum, ut supra.

Respondit. Vocor Wenceslaus Constantinus Potutzjek Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ actualis Sacristanus, ætatis meæ sum annorum triginta quinque.

Ad secundum quæsitum autem.

R. &c.

Respondit. Scio usu quotidianò, quia video homines ad Sepulchrum hoc flectentes, devotionem peragentes, sicut & Sacerdotes Missas legentes, & etiam sic semper audivi, & legi, estque de hoc publica vox, & fama.

§. 3. Præstatio Juramenti veritatis dicendæ, & servandi secreti admissa per Medicos, Chirurgos, & Antiquarios Visitationis Sepulchri assistentes.

Post hanc factam depositionem, vocati fuerunt tres Medici, & duo Chirurgi superius in actis jam nominati, videlicet D. Joannes Franciscus Leo, seu Löw ab Erlsfeldt, D. Joannes Carolus Puchmann, & D. Sebastianus Fuchs Medicinæ, & respectivè Chirurgiæ Doctores, nec non D. Joannes Jacobus Schutzbreth, & D. Ferdinandus Schoberth de Hochenorth jurati Chirurgi; prætereà duo Scriptores, seu Antiquarii, nominatim admodùm Reverendi Domini Joannes Florianus Hammerschmidt, & Wenceslaus Constantinus Porutziek supradicti.

Quibus omnibus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Dominus Archi-Episcopus detulit Juramentũ veritatis dicendæ, servandi secreti, quod Juramentum etiam sibi taliter delatum, & acceptatum, illicò in manibus altememorati Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Domini Archi-Episcopi, quà Judicis, in primis Medici, & Antiquarii supradicti, posteà Chirurgi, ut infrà singillatim, & unus post alterum flexis genibus præstiterunt, & corporaliter deposuerunt in forma.

Sequitur Tenor Formæ Juramenti.

Postmodum accesserunt supra recensiti duo jurati Chirurgi, & unus post alterum genuflexus præstitit Juramentum.

Sequitur Tenor Formæ Juramenti.

Quo Juramento à dictis Dominis duobus juratis Chirurgis, nempe Domino Joanne Jacobo Schutzbreth, & Domino Ferdinando Schoberth de Hochenorth corporaliter præstito, postea deductus fuit Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus, Dominus Archi-Episcopus, qua Judex, omnibus, qui ad Visitationem, & aperitionem Sepulchri spectabant, & necessarii erant, eundem à majori Ara ad ambitum supra nominatum, in dicta Metropolitana Ecclesia situm comitantibus, cui ibidem constituto à Domino Joanne Floriano Hammerschmidt, & Domino Wenceslao Constantino Porutzjek jurató, (ut suprà) hoc in passu, auditis, ac examinatis, monstratus fuit locus tumulationis, seu Sepulchri, in quo Corpus Vene-

§. 4. Existentia Mausolei, seu Cinctura eleganter factæ an. 1692 ad præfatum Sepulchrum.

 Vene-

Venerabilis Servi DEI Joannes Nepomuceni sepultum jacet; ubi remoto, die antecedente per Fabros murarios, post depositum ab eisdem (ut suprà in actis) corporali juramentū, Mausolæo, seu Cincturâ circa prædictum Sepulchrum venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni, de anno millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo affabre factâ ut forma ejus in Cupro excisa, & in rubro taffeta expressa, infrà in actis apposita, plurimis Lampadibus potissimum ex argento, item Anathematibus, & Tabellis, atque Cereis magnæ crassitudinis, & ponderis suprà, & circa prædictum Sepulchrum respectivè pendulis, & appositis (de quibus, uti & de insigni Candelabro, ex aurichalco, in lapide sepulchrali sæpedicti Venerabilis Servi DEI Ioannis Nepmucceni collocato, nunc autem inde levato, ac remoto in visitatione, & recognitione Lampadum, monumentorum, &c. infrà agetur) indicatáque per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum, Dominum Archi-Episcopum, quà Iudicem, ad captum omnium ibidem præsentium deputatorum, & qui aliàs necessarii erant, pœnâ excommunicationis latæ sententiæ contrà quemlibet, qui auderet, cujusvis devotionis prætextu, ex dicto Sepulchro, seu corpore, aut Vestibus Venerabilis Servi DEI Ioannis Nepumuceni aliquid etiam minimum auferre, aut ibiquidpiam apponere.

§. 5. *Existentia Lampadum, Anathematū, Tabellarum, Cereorum, & & insignis Candelabri ubi suprà.*

§. 6. *Aperitio Sepulchri B. Joannis.*

Posteà deventum fuit ad aperitionem Sepulchri, levato priùs à Sepulchro ejusmodi superimposito lapide Sepulchrali formâ oblongâ, coloris fusci ex marmore; longitudinis propè quatuor, & latitudinis propè duarum ulnarum, crassitudinis autem aliquid supra ulnæ quadrantem: una cum Clathris, seu Cratibus ferreis minoribus rudis operis lapidi infixis, longitudinis tantæ, quanta est lapis sepulchralis, nimirum propè quatuor ulnarum, & altitudinis unius ulnæ, per Fabros ferrarios, & ferrarios expost ad vicinum Sacellum depositis. Quòd autem memoratus lapis sepulchralis, in sui per Fabros murarios factâ, ex Sepulchro remotione, per medium fractus fuerit, dederant iidem Fabri murarii rationem scientiæ, quòd lapis iste, sit antiquissimi laboris, & per temporis diuturnitatem hinc indè attritus. Post hoc vocati fuerunt Fabri serarii, & ferrarii supranominati, qui de antiquitate dictorum Clathrorum, seu Cratium fer-

§. 7. *Antiquitas lapidis Sepulchralis.*

§. 8. *Antiquitas cratium ferre-*

terrearum, vi à se præstiti Iuramenti unanimiter edixerunt, quòd opus hoc Cratium sit ab aliquod Fabro serario confectum, idque propter ligaturas, judicéntque ex ipsiusmet operis ruditate, esse ducentorum, vel trecentorum annorum; has Crates autem seuClathros ferreos, ideò fuisse appositos, ne dehonoraretur hocSepulchrum, & circa hujusmodiSepulchrum singulare esse id, quòd apud alia, etiam Archi-Episcoporum & Episcoporum, atque Canonicorum in Sancta Metropolitana Ecclesia Pragensi existentia Sepulchra, quid simile non inveniatur. Quoad lapidem sepulchralem, autem testati sunt, & judicarunt, testantur, & judicant Periti, quòd lapis iste sepulchralis jã trecentis, aut ducentis annis, & ultra videatur fuisseSepulchro superimpositus, cùm ferme totus hinc inde sit multilatus, & ab igne, & incendio, quod hic Pragæ de anno millesimo quinquagesimo quadragesimo primo in Arce Regia exortum, est, adeò læsus, ut hinc inde suprà illum sint foramina ad crassitiem unius digiti.

arum appositarum dicto Sepulchro, & ratio per Peritos allegata circa eandem appositionem

§. 9. Antiquitas prædicti lapidis.

Et quia per sedulam inspectionem compertum fuit, quòd super eodem lapide Sepulchrali, in summitate ejusdem incisa, seu insculpta sint charactere prorsus antiquissimô, sequentia videlicet:

JOANNES DE POMVK.

§. 10. Inscriptio nominis B. Joannis apposita lapidi prædicto cum recognitione antiquitatis characterum.

HInc auditi, & éxanimati desuper Antiquarij, seu Scriptores practici characterum antiquorum supradicti, nempè Dominus Joannes Florianus Hammerschmidt, & Dominus Wenceslaus ConstantinusPorutzjek, vi sui à se (ut supra in actis) corporaliter præstiti juramenti, judicarunt, & censuerunt, judicant, & censent, quòd sit in hoc lapide sepulchrali talis character, prout illô tempore, videlicet de anno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio in usu erat, ac etiam ex ea ratione, quòd apices literarum, in Sacello Sternbergico Beatissimæ Virginis Annuntiatæ, Sepulchro Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni vicino, suprà murum colore nigrô scripti, & appositi de anno millesimo bisentesimo trigesimo, & ex parte adversa de anno millesimo biscentesimo, septuagesimô octavo sint consimiles, & ejusdem formæ, cujus sunt apices lite-

literarum super lapide sepulchrali d. Ven. Servi DEI Joannis Nepomuceni incisi, seu exsculpti.]

His peractis, deinde processum est ad ejectionem Terræ, seu expositionem de Sepulchro præfato, cujus longitudo trium ulnarum, latitudo autem unius ulnæ, & unius quadrantis fuit observata. Et postquam ejusmodi Terra ad bonas duas ulnas infra lapidem sepulchralem, ut supra, levatum, ac remotum, exposita fuisset, inventum fuit Corpus, quod jacuit in pleno ordine, prout positum erat, versus Orientem, sicut Sacerdotes tumulari solent, capite ad dextram partem aliqualiter inclinatô, positis per Crucem manuum Ossibus sine carne, & sarcophago, præter aliquas minutias ejusdem lignei sarcophagi, quas jurati arcularii, circà hoc examinati partim ex quercu, partim ex pinu esse deposuerunt; sicut & minutias nigri coloris, quæ creduntur ex veste Clericali, & particellam materiæ subrubræ.

§.11. Inventio corporis B. Joannis.

Demum ad instantiam D. Promotoris Fidei Joannis Francisci Blowsky Juris Utriusque Doctoris vocavit Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus, Dominus Archi-Episcopus, qui Judex, Dominos Medicos, juramentô obstrictos, una cum Chirurgis pariter juramentô obstrictis; & petit d. Dominus Promotor Fidei, ut tam iidem Medici, quàm Chirurgi, in virtute gravissimi Iuramenti circumstantialiter edicant, quid, & qualiter, de hoc Corpore sentiant, & an aliquid particulare, ac ultra naturale penes illud inveniant, & sentimenti sui congruam reddant rationem; lustrato igitur Corpore, edixerunt ad infrascripta quæsita; Medicus primus D. Ioannes Franciscus Leó, seu Löw ab Erlsfeldt.

§.12. Depositio Medici pro recognitione d. Corporis.

Quæsitum primum.

Quomodò vocatur, & cujus ætatis?

Respondit. Vocor Ioannes Franciscus Leo ab Erlsfeld (sic enim Romæ in Academia de anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto in anno Sancto immatriculatus invenior) ætatis septuaginta unius anni.

Quæsitum secundum.

Quot annis in Professione Medica persistit?

Respondit. Quadraginta octo anni lapsi sunt, à quo in Univers

ſitate Carolo-Ferdinandea Pragenſi in Doctorem Medicinæ motus ſum! Profeſſor autem in eadem Medicina, triginta uot annis. Senior verò, annis viginti, pluries Rector Magcus, & facultatis Decanus, Aulæ Cæſareæ Medicus, & ſuæ ræ Cæſareæ, Regiæque Catholicæ Majeſtatis Conſiliarius.

Quæſitum tertium.

Multasnè per hoc tempus exercuit Anatomias.

Reſpondit. Romæ, & Paduæ plures. Hic autem Pragæ ni plures, partim etiam præparavi.

Quæſitum quartum.

Reſpondeat in virtute gravis præſtiti Juramenti, quid de rpore hic exhibito Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomu-i, & qualiter ſentiat? §. 13.

Reſpondit. Ego omni, quâ humanâ poteſt fieri obſervan-, & ſedulitate, circumſpectione, & dexteritate, hocce Cor-s, omni quidem Carne orbatum deprehendo. Oſſa verò egerrimè, ità ſibi unita, ut nullâ arte melius, & firmius jun-ac componi potuiſſent. Unicum tamen Os Thoracis, rnum dictum (quod meô judiciô videtur à pondere lapidis, copioſæ terræ incumbentis compreſſum) à Coſtis aliàs ipſi ertis, deſunitum, & ſeparatum invenio; Coſtæ autem omn s è integræ à parte poſtica Vertebris dorſi firmiſſimè, & natu-iter ju ctæ ſunt. Imo (quod admiratione dignum invenio) eris ſiniſtri Coſtæ propemodum adhuc omnes ſucculentæ vi-, & tactu apparent; Caput à multitudine incumbentis ter-versus Nucham, obliquè depreſſum, ſubmiſſe aliqualiter ens, conſpicio externè integrum maxillis utriſque cum Den-us ad invicem rite unitis, internè Oſſibus Palati Æthmoidis, u Naſi, aliiſque vicinis, nonniſi ſine ſpeciali DEI diſpoſitione nſumptis, nam dum Calvariam Terrâ repletiſſimam, ſed e-acuatam intueor, ad ſtuporem, & admirationem maſſam uandam in figura, ſubſtantia, textura fibroſa, nec non colore bro, adæquatè veram linguam repræſentantem conſpicio, reperio, qualem etiam tutâ conſcientiâ eſſe aſſero, tanquam eô judiciô Inſtrumentum, quo Sanctum Sacramentum ſerva-it, cuſtoditam eſſe firmiter credo. Prætereà in Calvariæ oc-ipite, ex ſiniſtra parte maculam quandam rubrofuſcam, in nagnitudine duplicati aurei, ſimilem paulò ſupra maculam nagis nigricantem undiquè mollem (quæ compreſſa in fora-

§. 13. Obſervationes circa prodigioſam formam d. Corporis.

§. 14. Præcipuè quoad Coſtas lateris ſiniſtri, quæ repertæ ſunt plenæ ſuccô.

§. 15. Status linguæ B. Joannis, ac ſi adhuc is viveret.

§. 16. Exiſtentia maculæ in occipite, & eſſe lateris ſiniſtri.

 mel-

quæ judicatur causam habuisse ex allisione Corporis a lapide, quando B. Joannes è Ponte dejectus fuit.

mellum concidit) Calvariam penetrantem observo, prout in Osse (lateris ejusdem) scapulæ. Quas maculas forsitan ex dejectione tantæ altitudinis Pontis, & allisione in lapidem quendam, aut aliâ violentiâ illatâ inde subsecutas judico. Cæterùm toti Corpori nihil prorsùs deesse sedulò observo, prætérquam dextri genu patellam, ac unum, alterumve Ossiculum metatarsi, quæ sensum meum hucusque effugerunt. Posteà ad novam factam à D. Promotore Fiscali instantiam ex eodem D. Medico.

Quæsitum quintum.

Potestnè Excellentissima Dominatio Vestra optima conscientia, & pro genuina veritate hæc omnia mox recensita edicere, præcipuè autem ratione Linguæ; & unde scit, quòd ratione ejusdem Linguæ aliquid plane extraordinarium, & supernaturale inveniatur? Desuper.

§. 17. *Asseritur esse miraculosa prædicta linguæ conservatio, reddita optima ratione.*

Respondit. Possum, & edico, quòd autem linguam concernit, quòd hæc citra miraculum, naturaliter conservari non potuerit, inde infero; quia apud alia Corpora membrum linguæ primum putrefactioni obnoxium est. Hic verò in tanta temporis intercapedine, quæ tria Sæcula excedit cum hac substantia, figura, & integritate, atque colore naturaliter conservari non potuit.

Quæsitum sextum.

Unde eredit vestra Dominatio, quòd præsens Corpus sit Corpus Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni?

§. 18. *Attestatio identitatis Corporis B. Joannis.*

Respondit. Hoc ego ideò credo, quia inscriptum est lapidi Sepulchrali JOANNES DE POMUK. Item quia hoc toto tempore vitæ meæ ità audivi. Idem ex Historicis probatissimis legi, vidique Venerationem fieri ad hunc Tumulum. Item quia vidi particulas vestimenti nigri, & subrubei coloris, quod sepulturam Viri Sacerdotis denotat. Maximè autem me convincit tam succositas inconsueta Ossium, quam supernaturalis conservatio Linguæ, & signa Concussionis Calvariæ, & Ossis Scapulæ sinistræ. Firmum autem est, quòd violenter de Ponte dejectus fuerit, & hinc hæc signa vulnerum, & concussionis monstrant.

§. 19. *Depositio alterius Medici pro recognitione,*

Medicus secundus D. Joan. Carolus Puchmann.

Ad quæsitum primum ut suprà.

Respondit. Vocor Joannes Carolus Puchmann, ætatis meæ quinquaginta quatuor annorum.

Ad

Ad quæsitum secundum, ut supra. *ut supra.*

Respondit. In Professione Medica persisto triginta annis. Promotus autem sum in Carolo-Ferdinandea Universitate Pragensi ante annos viginti quatuor, fui verò in praxi ante promotionem aliquot annis, quia apud D. Doctorem Medicinæ quondam Jacobum Dobrzansky de Nigroponte Socerum meum eandem praxim frequentavi, & cum ipso practicavi.

Ad quæsitum quartum ut suprà.

§. 20. *Observationes circa statum dicti Corporis.*

Respondit. Dum omni sedulitate, & cum omnibus circumstantijs hocce Corpus sufficienter intuitus fuissem, video quidem sine Carne esse; Ossa autem ità articulata sibi invicem, ut nullo modo meliùs componi potuissent; & ita quidem, quòd nulla suspicio subesse possit, cum Ossibus his nunquam motum fuisse. Hoc tamen observo, quòd os Sterni, seu Thoracis deorsum compressum sit à pondere Terræ; Costæ verò ferè integræ, partim protuberantes, partim fractæ, & partes in Terra intra Thoracem existentes inventæ; attamen Vertebris Spinæ Dorsi firmissimè, & prorsus naturali modò cohærentes, & quod singulare est à parte lateris sinistri, Costæ propemodùm omnes adhuc succulentæ visu, & tactu quasi oleoginosæ apparent. Caput respectu visæ peripheriæ externæ totum integrum; Maxilla utraque, superior nempe, & inferior, Dentibus in utraque integris adeò arctè clausis reperitur, ut nè tenuissimum filum intra dentes imponi possit. Maxilla autem inferiore amotâ, adverto, terram intus esse, hac seperatâ, Calvaria exposita, adverto copiam terræ in eadem Calvaria esse, hac effusâ, invenio adhærentem paululum excidere aliquam peculiarem substantiam, eámque mollem, laxam, raram, & spongiosam, adeò quòd nihil aliud judicem esse, nisi veram linguam, maximè cum ad radicem Linguæ, quatuor propaginationes advertam, quas nil aliud esse judico, nisi quatuor musculos, in principio cuspidata, debitè sicut lingua solet esse, in medio latior, color verò prorsùs linguæ conveniens, rubellus. Calvariâ exemptâ, & à parte exteriore considerata, in Osse Occipitis parte dextra est macula subnigra duplex versùs partem magis inferiorem major, & dura; acsi tantum esset quædam suffusa nigredo; magis superius pars prorsùs nigra, & mollis, quam dum premo, pertingo usque ad peripheriam interiorem Calvariæ adeò quòd perfectum foramellum maneat. Ex quibus judico, tam foramellum hoc, quàm maculam hanc magis infrà sitam, esse factam ab ictibus ad Venerabile caput impactis, an verò citiùs,

§. 21. *Costa lateris sinistri plena succo.*

§. 22. *Conservatio linguæ ut supra.*

§. 23. *Maculæ cum parvo foramine in parte occipitis, & lateris indicantes percussionem.*

 quàm

quàm deorsum ad Flumen præcipitatus fuerit, facti sint hi ictus; an serius dum in flumen decidisset contusione facti fuerint, dici non potest, nam certum est, quòd pars contusa citiùs corrumpatur, quàm non contusa, & inde etiam totam reliquam Calvariam immunem mansisse judico.

Ad quæsitum quintum ut suprà.

§. 24. *Judicium, quod sit miraculosa linguæ conservatio.*

Respondit. Possum, & etiam dico, quòd autem linguam attinet, Deus peculiari, & linguæ taciturnæ convenienti miraculo hanc reposuit ad Occiput, quia Ossa Palati omnia consumpta sunt; Ita ùt Calvaria exempta, sine omni fornice, seu sine omnibus Ossibus palati existat, & tantum Dentes in Maxilla superiore hæreant; quòd autem quid speciale, & supernaturale sit circa hanc Linguam, apparet exinde, cùm lingua peculiaris sit substantia, eàque mollis, laxa, rara, spongiosa de saliva multùm participans, adeòque facillimè corruptibilis, consequenter in quartum Sæculum, circa miraculum conservari non potuisset.

Ad quæsitum sextum ut suprà.

§. 25. *confirmatur identitas corporis.*

Respondit. Ego credo Corpus hoc esse Corpus Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, ex eo, quòd non tantùm super lapide Sepulchrali oculis meis viderim, & legerim inscriptionem JOANNES DE POMUK, sed etiam quia hoc loquuntur omnes Historiæ, & per totum tempus vitæ meæ ità audivi, quòd in hoc ipso loco jaceat Corpus Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni; cultum etiam ibi vidi, & signum Martyrii, dejectionis nimirum violentæ in aquam ex foramello, & concussionibus duabus quæ in Osse Occipitis observo, me convincit, ac demum conservatio Linguæ mihi tollit omne dubium.

Medicus tertius Dominus Sebastianus Fuchs.

Ad quæsitum primum ut suprà.

§. 26. *Depositio tertij Medici pro recognitio, ut supra.*

Respondit. Vocor Sebastianus Fuchs, Medicinæ, & Chirurgiæ Doctor, ætatis meæ quadraginta sex annorum.

Ad quæsitum secundum ut suprà.

Respondit. Chirurgiæ Doctor promotus sum Romæ anno millesimo sexcentesimo nonagesimo, Medicinæ autem in universitate Carolo Ferdinandea Pragensi anno millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo; praxim medicam sequor ab isto tempore.

Ad quæsitum tertium ut suprà. *Respondit.* Exercui hic publicè in Universitate Pragensi binas, & plures privatas, & intersui tempore studiorum in diversis Universitatibus, in specie Romæ, Patavij, & alijs plurimis. Ad quæsitum quartum ut suprà.

Respondit. Video, quòd Corpus Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni ità jacuerit, ut non possit Corpus magis naturaliter compositè jacere, in illo loco, ubi per Historiam fide dignam, scimus, illud ante tercentum triginta sex annos religiosè depositum fuisse. Ab omni Carne quidem esse orbatum, integerrimè tamen ità esse conjunctum, ut nullâ arte etiam anatomicâ, ita naturaliter conjungi Ossa invicem potuissent. In sterno autem tanquam Os Thoracis à pondere Terræ compressum deprehenditur, ita ùt à Costis illud ipsum Os sternum necessariò disjunctum sit. De cætero Costæ sunt omnes ferè integræ in parte postica vertebris Dorsi firmissimè, & naturaliter connexæ. Admiratione autem dignum est, quod Costæ sinistri lateris propemodum omnes succulentæ, & verè oleogino-sæ visu, & tactu sint, Caput in suo situ, & figura per suas vertebras Colli debitè annexum est, solummodò, quòd parùm versùs dextram partem obliquè depressum fuerit. Externæ maxillæ sibi invicem mediantibus dentibus limpidissimis correspondent; internè Ossa Palati Athmoidis, seu Nasi cum reliquis vicinis consumpta sunt nonnisi speciali gratiâ DEI sic disponentis, ut conservaretur Lingua, quam, postquam Caput involutum fuisset cum copia Terræ ex Calvaria decidentem, reperio; quam linguam secundùm figuram, substantiam, texturam fibrosam, nec non colore rubeô naturali constitutam, aliam partem Corporis, vel aliud quid heterogennij minimè suspicari possum. In Calvaria prætereà, & quidem in Occipite ex sinistra parte observo maculam quandam rubrofuscam in magnitudine duplicati aurei, proùt aliqua macula paulò supra aliqualiter subnigricans, tota mollis, ita ùt parùm compressa in foramellum deciderit. Quas maculas, proùt, & illam, quam in Scapula sinistra observo, judico obvenisse ex aliqua violentia ante mortem introductas, sive ex allisione ad lapidem in dejectione, sive ex ictibus ante dejectionem illatis.

§. 27. Observationes circa formam dicti Corporis.

§. 28. Costæ lateris sinistri plenæ succo.

§. 29. Conservatio Linguæ ut supra.

§. 30. Macula in occipitis parte, & latere sinistro, ut supra.

Ad quæsitum quintum ut suprà.

Respondit. Possum, & dico; quoad miraculosam conservationem, & durationem Linguæ, quòd Lingua sit substantiæ tenerrimæ, & maximè corruptioni obnoxiæ; Omnis autem reliqua pars carnosa densior, tenacior, proùt, & ipsa Ossa Palati, alio-

§. 31. Judiciũ, quod sit miraculosa Linguæ conservatio.

aliorúmque consumpta fuerunt, hæc non nisi miraculosè conservata dici potest.

§. 32. Ad quæsitum sextum ut suprà.

Confirmatio identitatis Corporis B. Joannis.

Respondit. Credo primò ex inscriptione super lapide Sepulchrali, quam vidi, & legi tenoris sequentis JOANNES DE POMUK. Item secundò ex fide historica, ex monumentis ibi positis, & Cultu, qui quotidiè fit ipsi. Item ex istis particulis vestimenti nigri, & cerulei coloris, ex quo conjecturam capio, Sacerdotem ibi depositum fuisse. Tollit mihi autem omne dubium miraculosa conservatio Linguæ, & Maculæ in Calvaria repertæ, quæ sufficiens testimonium mihi præbent, Corpus Venerabilis Servi DEI Joannis Nepomuceni illud ipsum esse.

§. 33. *Depositio Chirurgi pro recognitione, ut supra.*

Postmodum vocati Chirurgi infrà nominati, qui singillatim, & unus post alterum ad eadem quæsita, ut suprà in Idiomate Germanico proposita deposuerunt, & edixerunt, ut sequitur.

Chirurgus primus D. Ioan. Iacobus Schutzbreth.

Ad quæsitum primum.

Respondit. Ego vocor Joannes Jacobus Schutzbreth, ætatis meæ sexaginta quinque annorum.

Ad Quæsitum secundum ut suprà.

Respondit. Ego ab infantia penes hoc sum educatus, siquidem meus defunctus Parens etiam Regni Chirurgus fuerit. Hic autem fui examinatus, & approbatus in hujate Universitate Carolo-Ferdinandea Pragensi.

Ad quæsitum tertium, ut suprà.

Respondit. Ego diversis Anatomiis interfui, & etiam ipsemet ejusmodi operi manum apposui.

§. 34. Ad quæsitum quartum, ut suprà.

Observationes ejusdem Chirurgi quoad Corpus.

Respondit. Ego aliter edicere non possum, quàm quòd Corpus hoc quidem sine carne; Ossa tamen taliter sibi unita sint, quòd meliùs, & firmiùs jungi, & componi non potuissent. Præter os thoracis, quod sternum vocatur, & fortè ex pondere Terræ à Costis separatum invenitur. Costæ sunt omnes ferè integræ, & à parte postica vertebris dorsi firmiter, ac modò naturali sibi cohærentes, & quod singulare est, Costæ sinistri lateris sunt ferè omnes adhuc succulentæ, & quodammodò oleo-

§. 35. *Costa lateris sinistri plenæ succô.*

ginosæ. , Caput externè est integrum , ambabus maxillis n dentibus ad invicem unitis ; internè autem ossa Palati cum s vicinis consumpta. Ex Calvaria Terræ repleta, sed evacta prodit quædam massa in figura, substantia, & colore ru-, veram linguam repræsentans, prout etiam , quòd hoc ipsa vera figura sit, bonâ conscientiâ judico , & dico. Ultra eniuntur in Calvariæ Occipite duæ maculæ , quarum una ro fusca, & aliquantum dura, altera autem magis nigricans, ideò mollis, ut digitò compressa , foramellum apparuerit. æ maculæ conjecturaliter , vel ab impactis duris ictibus , in violenta illa præcipitatione ad aquam provenire de-it. *§. 36. Conservatio Lingua ut suprà.* *§. 37. Existentia macularum in occipite.*

Ad quæsitum quintum, ut suprà.

Respondit. Ità est, hoc possum edicere, & dico vigore à præstiti Juramenti; quòd autem lingua miraculosè fuerit servata, hanc reddo rationem. Cùm lingua sit talis pars, membrum corporis , quod facillimè corrumpi solet ; ista s autem jam ultra trecentos annos incorrupta reperiatur , ò aliter judicare nequeo, quàm quòd hæc ejusd.m conservafit supernaturalis, & vel eò magis , cùm aliæ carnosæ , & riores partes, præsertim autem Os Palati, corrupta sint, conuenter lingua citiùs in cavitatem Calvariæ decidere, & corpi potuerit ; nihilominùs tamen incorrupta fuerit conserva- *§. 38. Affirmat, quod conservatio Linguæ sit miraculosa.*

Ad quæsitum sextum.

Respondit. Hoc inde judicò, primò ex Inscriptione super pide sepulchrali facta, quam vidi, & legi sequentis tenoris :)ANNES DE POMUK. Secundò, quia hoc ipsum ità , à io Pragæ sum , nempè quadraginta tribus annis constanter divi, quòd iste Sanctus in hoc loco sepultus jaceat. Tertiò nit me extra omne dubium supernaturalis conservatio Linæ, uti, & illæ in Calvaria inventæ maculæ [quas ego digito :o compressi] & desuper foramen apparuit. Quæ maculæ njecturaliter, ex violenta præcipitatione , aut aliis duris pertionibus provenire debent. *§. 39. Confirmat identitatem corporis B. Joannis.*

Chirurgus Secundus D. Ferdinandus Schober.

Ad quæsitum primum, ut suprà.

Respondit.

§. 40. *Depositio alterius Chirurgi pro recognitione, ut suprà.*

Respondit. Ego vocor Ferdinandus Schober de Hochenvurt, quinquaginta unius anni senex.

Ad quæsitum secundum ut suprà.

Respondit. Sum juratus Cirurgus, quam professionem jam viginti annis exerceo, & practico. Sum in hac Arte Chirurgica ab hujate Carolo-Ferdinandea Universitate Pragensi examinatus, & approbatus, prout etiam ibidem Juramentum deposui.

Ad quæsitum tertium, ut suprà.

Respondit. Ego multas Anatomias tam in Italia, Anglia, quàm in Hollandia, & in Bohemia vidi, & ipsemet etiam multoties manum apposui, & etiam diversa Corpora anatomizavi.

Ad Quæsitum quartum ut suprà.

§. 41. *Observationes circa formam corporis.*

Respondit. Quamvis Corpus hoc sine carne inveniatur, nihilominus tamen ita integraliter est conjunctum, ut Ossa melius, & firmiùs componi non potuissent; Os Thoracis autem sternum dictum, à pondere Terræ compressum deprehenditur, ità ut à Costis necessariò sit separatum, & disjunctum. De reliquo Costæ præfatæ inveniuntur ferè omnes integræ, à parte postica, Vertebris dorsi firmiter, & prorsùs naturali modo connexæ; & quod mirandum, Costæ sinistri lateris, potiori ex parte succulentæ, & oleoginosæ visu, & tactu apparent. Caput in sua situatione, & figura per suas vertebras Collo debitè annexum est. Ambæ maxillæ externæ, mediantibus dentibus, sibi invicem correspondent. Internè autem ossa Palati cum vicinis consumpta sunt sinè dubio, ex speciali DEI gratia, ut conservaretur Lingua, quæ cum copia Terræ ex Calvaria decidentis prodiit, quam ego secundùm figuram, substantiam, colorem rubeum, veram linguam judico, & firmiter pro tali teneo. Præterea reperio in Calvariæ occipite duo vulnera, seu maculas, harum unam rubrofuscam, & aliqualiter duram, alteram autem magis nigricantem, & adeò mollem, ut modicè digito pressa, in foramellum deciderit. Quæ vulnera, maculæ, meô judiciô, vel ex duris percussionibus, aut ex violenta præcipitatione deorsum ad aquam proveniunt.

§. 42. *Costæ lateris sinistri plenæ succô.*

§. 43. *Conservatio Linguæ.*

§. 44. *Maculæ in parte occipitis*

Ad

[redacted]

Ad quæsitum quintum. §. 44.

Re . . . Ego possum dicere, & edico, in virtute gravis à m . . . juramenti. In quantum autem ad linguam attinet, ratione . . . , quòd conservatio illius miraculosa sit, hanc reddo; cùm a . . . lingua sit subtilis substantiæ, atque ità facilè corruptibilis, prout ego plura demortuorum capita in manibus meis habui, & observavi, ac animadverti, quòd ibi internæ partes primùm fuerint consumptæ; Hic autem contrarium invenitur, ubi nempè Os Palati , & reliquæ carnosæ partes consumptæ fuit. Lingua autem in capite, seù Calvaria, ultra trecentos annos incorrupta reperitur.

Judicium, quòd conservatio Linguæ sit miraculosa.

Ad quæsitum sextum. §. 45.

Respondit. Id me credere facit Inscriptio super lapide Sepulchrali, quam ibi vidi, legi & audivi. Item quia à juventute mea semper, & constanter audivi, quòd Corpus hujus S., nempè Joannis Nepomuceni, in hoc loco quiescat; etiam conspexi, & vidi qualiter Is in eodem loco colatur, & honoretur. Præcipuè autem in hoc me dubitare non finit illa supernaturalis conservatio Linguæ. Item illa supra recensita vulnera, seu maculæ, quas ego supra Calvariam inveni, quæ procul dubio in tortura, vel ex violenta eidem impacta percussione, aut ex dejectione deorsùm in aquam provenire debent.

Confirmatio Identitatis Corporis B. Joannis.

Posteà examinati supra nominati Murarij, & interrogati, quid sentiant de antiquitate Sepulchri Ven. Servi Dei Joannis Nepomuceni? qui, in virtute à se præstiti Juramenti, unanimiter edixerunt: Illud esse antiquissimum ex ratione, quòd ab illo tempore, à quo fossum fuit, non fuerit apertum, & etiam quòd hoc appareat ex ipsa super lapide sepulchrali apposita inscriptione, charactere antiquissimò factà, & denique quòd lapis sepulchralis in sui remotione, ut supra in actis, per medium fractus semper manserit superimpositus dictoSepulchro, & nunquam ante hoc remotus. §. 46.

Judicium Peritorum circa antiquitatem Sepulchri.

Deindè repositum fuit Corpus, seu Reliquiæ, & Ossa vener. Servi Dei Joannis Nepomuceni suo ordine in Tumbam stanneam ad id ex professo constitutam, unà cum Sacra Lingua Pyxidi argenteæ strictè acclusæ imposita. Quæ Tumba stan- . . . serà clausa, & clavi Illustrissimo, & Reverendissimo D.D. . . . ad manus consignata, iterum im- . . . quercinam Sigillò Illustris- §. 47.

Repositio sacri Corporis in Tumba, & lingua in Pyxide argentea.

rissimi, & Reverendissimi D. D. Archi-Episcopi supradicti, quà Judicis, & Sigillô Prænobilis, & Clarissimi D. Joannes Francisci Blovvsky Juris utriusque Doctoris Promotoris Fiscalis Curiæ Archi-Episcopalis Pragensis Deputati obsignatam, quæ Capsa lignea, cum dicta Tumba stannea, in illam (uti suprà) imposita, in locum pristinum, ubi Sacrum Corpus, exceptâ patellâ, seu Reliquia Ven. Servi Dei Joannis Nepomuceni postea reperta reposita, & Sepulchrum terrâ, quæ ex illo effossa fuit, iterum repletum, ac contectum, & lapis sepulchralis, super quo Inscriptio -- JOANNES DE POMUK (de qua supra) eidem Sepulchro fuit superimpositus.

Ex Patre Bohuslao Balbinio apud Continuatores Bollandi compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 580. tergo 581. & tergo.

Num. 15. *Scriptores Historici, & dicta Testium de solemni translatione corporis B. Joannis expletâ statim post ejus Martyrium ab Ecclesia S. Crucis ad alteram Metropolitanam S. Viti Scriptor Historicus.*

Decimosextò. At inferiùs in Sanctæ Crucis Ecclesia innumera hominum vis ad tantum Corpus videndum affluxit, primùsque ille cultus Beati Martyris à Populo fuit: constantiam, & fortitudinem deprædicare, pedes, manúsque certatim osculari, ejus sese precibus commendare, Sacrum Corpus reverenter contingere, nullum faciebat finem, præsertim quòd ipsa Ascensionis Domini dies à laboribus vacua majus otium, & facultatem præberet. Non ità se in familiares tenebras addiderat Imperator, ut quæ circa Corpus fierent, ignoraret, itáque (ut sunt omnium, qui tyrannicos habent animos, suspiciosa, & violenta consilia) ad Religiosos illos Viros Sanctæ Crucis Satellites cum mandatis dimittit. Nova re abstinerent, Tumultum non concitarent, arcerent Turbam, & Joannis Nepomuceni Corpus procul è conspectum in angulum aliquem abijcerent. Factum, quod Rex imperarat, sollicitè: sed majore Beati Joannis gloriâ; siquidem clausum Corpus tantam ex sese cælestis odoris fragrantiam effundebat, ut occultari non posset, magnóque iterum hominum concursu locus celebraretur. Jam parata erant funeri dicendo omnia, Canonici, Clerúsque universus, comitante innumerâ Populi multitudine, Campanis totâ Urbe personantibus, supplicationem instruunt, & Beati Viri Corpus ex Sanctæ Crucis Ecclesia (tantô intervallô) ad Arcem Sancti Wenceslai in Ecclesiam Metropolitanam deportant. Obsequendum Populo petenti fuit, rursúsque apertâ funerali Arca ad

ad venerationem ostensus est, ægros plurimos contactu Sacri Corporis curatos, vetera manuscripta testantur. Tandèm, ut aliquando finis fieret, humatus est cum lacrymis. Pauperes præcipuè, quorum erat Pater, planxerunt, grandis lapis superjectus, inscriptio seriùs apposita, quam hodiéque legimus -- *Honorabilis Dominus Magister Joannes Nepomucenus hujus Ecclesiæ Canonicus, reginæ Confessarius, qui Sacrosancti confessionis Sigilli Custos usque ad mortem fuit, à Wenceslao Quarto Bohemiæ Rege, Caroli Quarti Filio, tormentis tentatus, ex Ponte Moldavam præcipitatus, miraculis clarus hic jacet sepultus Annô Domini millesimô tercentesimô octuagesimô tertiô.* A.

Concordat cum supradicto Scriptore quoad Solemnem transportationem, Joannes Thomas Pessina in Phosphoro Septicorni impress. de anno 1673. & compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 521. ter. B.

Dicta Testium

Ad Articulum tertium Interrogatorium decimum nonum Process. fol. 130.

Interrogatoria

Poteſtnè tutâ conscientiâ, dicere, quòd sæpedictus fidelis Servus Dei Joannes Nepomucenus mox post submersionem, & ex aquis levationem, cum communi opinione Sanctitatis, tamquam Martyr, & Sanctus specie publicæ, ac religiosæ Venerationis, & Cultûs à clero ipsam Ecclesiam repræsentante tumulatus fuerit?

Interrogatorium vigesimum secundum Proc. fol. 130. ter.

A quibus Majoribus Testis per veram traditionem habet; tumulationem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni nullatenùs luctuosam, vel funebrem, sed gloriosam tamquam invicto Martyri debitam, idque in signum publici Cultûs exhibitam fuisse?

Interrogatorium vigesimum tertium Proc. fol. 130. ter.

Etiamnè hi Majores ad ipsum sic, & non aliter, neque cum alijs circumstantijs à Majoribus suis narrari audiverunt? reflectat se Testis super præstito gravi juramento &c.

Interrogatorium vigesimum quartum Proc. fol. 130. ter.

Quod si Testis scit de hac pompa gloriosæ sepulturæ se aliquid in Authoribus legisse, recenseat hos Authores, an rationi (quam Testis se à majoribus suis, illi verò iterum à suis Majori-

bus habere dicit) in hac materia conformiter, an verò difformiter scripserint?

Interrogatorium vigesimum quintum Proc fol. 131.

An igitur verum sit, quòd super hac sæpedicta gloriosa tumulatione tanquam Martyris, & Sancti semper fama publica, communis reputatio, inconcussa traditio, & nihil unquam in contrarium dictum, aut scriptum fuerit?

Ad Articulum sextum Interrogatorium trigesimum tertium Process. fol. 132.

An non concursus Populi, & Cleri alia de causa fieri potuerit, quam Martyrii, aut Prodigiorum causâ, quæ in deportatione Corporis fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni palàm, & notoriè facta fuisse asseruntur; cùm Populus novitatum amans ad omnia alia funera, sicut & ad quæcunque temporalia spectacula ex sola consuetudine copiosus concurrere soleat?

Responsiones Testium.

II. Testis. Ad 19. Processł. fol. 387.

5. Solemnis transportatio cadaveris facta per clerum absque ullo signo luctus ex fama publica auditu Majorum, & lectione Historicorum.

Respondit. Non possum aliter dicere, quàm ex constanti fama publica, & lectione Librorum.

Ad 22. fol. 387. & ter.

Respondit. Ex constanti auditu Majorum, & ex lectione Librorum. Ad 23.

Respondit. Bonâ conscientiâ assero, me omne id, quod interrogatur, à meis Majoribus, & Senioribus audivisse.

Ad 24.

Respondit. Omnes Authores, quos legi, concordant de pompa gloriosæ Sepulturæ.

Ad 25. *Respondit.* Ego nunquam in contrarium aliquid audivi, & semper fuit talis fama publica communis reputatio, & inconcussa traditio. Ad 33. Processł. fol. 388. ter.

Respondit. Nunquam aliter audivi, nisi quòd hic concursus fuerit ex sola devotione causâ Martyrii & prodigiorum.

III. Testis. Ad 19. Processł. fol. 404. ter.

5. 11. Solemnis transportatio cadaveris absque signo luctus, ut supra.

Respondit. Hoc idem ex auditu, & lectione Librorum, bonâ conscientiâ dicere possum.

Ad 22. Processł. fol. 405.

Respondit Hoc habeo ab auditu Majorum, ac etiam à Sæcularibus, & Spiritualibus, nec non ex lectione Librorum.

Ad 23. *Respondit.* Nullum dubium quin majores mei id ipsum à suis majoribus, sicut ego à meis narrari audiverim.

Ad

Ad 24.

Respondit. Authores, quos legi, ut supra recensui, scribunt conformiter, & sic sicut ego à Majoribus audivi, qui pariter conformiter mihi hæc narrabant.

Ad 25.

Respondit Verùm est, quòd semper fama publica fuerit, communis reputatio, inconcussa traditio, nec unquam quidquam in contrarium audivi.

Ad 33. *Process.fol.*406.*ter.*

Respondit. Hoc non est præsumendum, nec unquam legi, nec audivi, imò quòd Populus semper ex pura devotione concurrerit, prout & nunc concurrit.

IV. Testis Ad 19. *Process. fol.*421. *ter.*

Respondit. Sic audivi, & legi. *§.3. Solemnis transportatio cadaveris, & absque signo luctûs ut supra.*

Ad 22. *Process.fol.*422. *& ter.*

Respondit. Sic semper à Senioribus, & non aliter audivi.

Ad 23.

Respondit. Semper audivi, & aliter dicere non possum.

Ad 24.

Respondit. Historicos jam suprà recensui, qui conformitèr de hac pompa gloriosæ sepulturæ scripserunt, & de hoc etiam semper fuit fama publica, proùt à juventute recordor.

Ad 25

Respondit. Ità est, & nihil in contrarium unquam audivi dictum, vel scriptum.

Ad 33. *Process.fol.*423.*ter.*

Respondit. Ego nullam aliam causam audivi, nisi Cultûs, & venerationis, nullatenùs autem curiositatis.

IX. *Testis. Ad* 19. *Process. fol.*596 *ter.* *§.4. Solemnis transportatio cadaveris ut supra.*

Respondit. Sic semper audivi, quòd cum summa solemnitate, & opinione Sanctitatis, & Martyrii ad Ecclesiam Metropolitanam deportatus, & ibidem tumulatus fuerit.

Ad 22. *Process. fol.* 597.

Respondit. Hoc habeo ab Avo, & Aviâ meâ, prout suprà dixi.

Ad 23.

Respondit. Majores mei, & illorum Majores erant homines devoti, & qui hunc Sanctum colebant, & sic non aliud,

[illegible] ; quæ quod ex [illegible] Sanct[illegible] tu.

Ad 24.

Respondit. Auctores jam suprà recensui, qui eidem narrationi Avi, & Aviæ scripserunt.

Ad 25.

Respondit. Ita, & verum est.

Ad 33. Process. fol. 598.

§. 5. *Solemnis transportatio cadaveris, ut supra.*

Respondit. Hoc nullatenus fuit ex curiositate, sed quia [illegible]tim pro Sancto, & Martyre habitus fuit.

XIV. *Testis Ad 19. Process. fol 545 & ter.*

Respondit. Etiam hoc audivi, & legi.

Ad 22.

Respondit. Hæc omnia à meis Majoribus, & aliis Senibus referri, & legi audivi, atquè etiam ipse legi.

Ad 23.

Respondit. Nolo animam meam lædere, sed puram dico veritatem, quòd mea defuncta Avia narraverit, quòd hoc ita, & non aliter audiverit à suis Majoribus, & Senioribus.

Ad 24.

Respondit. Sicut Majores mei mihi narrabant, & à suis Majoribus audiverunt, sic etiam unanimiter scribunt Historici.

Ad 25.

Respondit. Hæc pura veritas est, & in contrarium nequè à Majoribus meis, nequè ab ullo alio quidquam audivi, nec legi.

Ad 33. Process. fol. 546. ter.

§. 6. *Solemnis translatio cadaveris ut supra.*

Respondit. Ego nullam aliam causam audivi, quàm de devotione, & quòd illum pro Sancto habuerunt.

XVI. *Testis Ad 19. Process. fol. 579. ter.* 580.

Respondit. Possum, quià sic semper audivi, & legi.

Ad 22.

Respondit. Jam sæpius dixi, à recensitis Majoribus, & Magnatibus.

Ad 29.

Respondit. A Patre, & Matre, & Avia mea hæc audivi; & prorsus non dubito, quin & ipsi id ipsum à suis Majoribus audiverint.

Ad

Ad 24.

Respondit. Authores jam supra recensui, & etiam Majores, qui conformiter traditioni, quam accepi, scribunt.

Ad 25.

Respondit. Est verissimum.

Ad 33. Processſ. fol. 581.

Respondit. Ego nunqum de concursu ex curiositate facto; quidquam audivi, sed benè ex devotione ergà hunc Sanctum.

Cum supradictis Testibus concordant I. Processſ. fol. 368. ter. 369. 370. V. fol. 440. & ter. 441. ter. VI. fol. 459. & ter. 460. VII. fol. 476. & ter. 477. ter. VIII. fol. 493. & ter. 495. ter. X. fol. 613. ter. 614. 615. ter. XI. fol. 510 ter. 511. 512. XII. fol. 527. & ter. 528. ter. XIII. fol. 631. & ter. 632. ter. XV. fol. 562. ter. 563. 564.

Num. 16. *Scriptor Historicus de cultu ejusque variis speciebus præstitis B. Joanni ab ejus obitu.*

Ex Patre Bohuslao Balbino apud Continuatores Bollandi compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 585., & seq.

§. 1. Concursus Personarum cujuscunq; conditionis ad Tumulum B. Joannis.

Sciendum in primis est; & si Beati Joannis memoria nulla, nequè Sacrificiò, nequè divinò Officiò honor, & mos in Templis, (quod sinè S. Sedis auctoritate fieri non solet) reliquat tamen omnia, quibus Divorum nomina consecrantur, ad Sacrum ejus Tumulum adhiberi; itáque quotiès ad salutandos Sanctos Bohemiæ Patronos, Vitum Wenceslaum, Sigismundum, Adalbertum, eorúmque Tumulos in Metropolitana Ecclesia honorandos Proceres, Nobiles, Sacerdotes Prælati, Canonici, Religiosi, Matronæ, verbo, - - minimi, maximique conveniunt, *Beati Joannis* Tumulum nunquam omitti videas. Hic provoluti genua supplicant, preces ad Deum fundunt, ejus opem implorant. Suspensa est ad Tumulum Tabella, Latinò, Bohemicò & Germanicò Idiomate, in qua Oratio majusculis litteris ad *Beatum Joannem Nepomucenum* descripta it; eam recitare Populus consuevit. Pendent hinc inde cerea lumina, & varia Anathemata, tum *Beati Joannis* Imago radiata. Tumulus Cratibus ferreis duplici ordine præmunitur, laminis depictis, in quibus *Beati Joannis* nomen legitur vox Martyris, & Beati, Lampas ab omni memoria Tumulo imminet, argéteque, alias faces cereas

§. 2. Oratio affixa eidē Sepulchro cum titulo B.

§. 3. Lumina, Anathemata, & Imago radiata.

§. 4. Titulus Beati, & Martyris, & accensio Lampadis, & cereorum.

§.5. *Effigies B. Joannis tanquã patroni in candelabro.*

cereas ferè quotidiana piorum hominum devotio accendit: earum quædam humani corporis magnitudinem æquant; his tacibus consumptis, novæ aliæ liberaliter apponuntur ab iis præsertim, qui se ad Beati Joannis Tumulum cælestè aliquod beneficium accepisse lætantur.

Serenissimus Leopoldus Austriæ Archidux Candelabrum perelegans (de quo postea sermo recurret) huic Divo statuit, & in eo Beati Joannis effigiem æream cum cæteris Bohemiæ Patronis affabre fieri fecit. Reges, ac Principes nostri Beatum Joannem coluêre semper. Ferdinandus Primus Imperator, quoties Pragensem adiret Ecclesiam, antè hunc Tumulum genua ponebat: idem actitasse pium Principem Ferdinandum Secundum, atquè etiam Tertium multi meminerunt. Hic postremus Cardinali Archi-Episcopo Pragensi Ernesto Secundo in Consilium vocato, sæpius de publico Beati Joannis Cultu, déque ejus ab Apostolica Sede petendo Canonismo (ut vocant) egisse narratur, sed piam optimi Cæsaris mentem primum Bella, deindè mors abrupit.

§.6. *Veneratio exhibita Sepulchro B. ab Augustissimis Imperatoribus.*

§.7. *Ferdinandus Tertius studuit promovere canonizationem.*

§.8. *Cultus B. Joannis præstitus ab ejus obitu.*

Decimo octavo. Jam verò Imagines B. Joannis ære incisæ habentur in manibus, in his, *& Beati titulus Joanni* apponitur, & capiti apex ardens cælesti lumine, ac circumfusis radiis spectatur. Neque honores isti nuper inventi, novíque dici possunt, sed jam ab ipsa statim morte, & ab omni memoria hodiè viventium Hominum, & ab omnibus impensi. In Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis ara quædam est: super eam (ut fieri solet) depictæ in pariete antiquâ manu SS. Bohemiæ Patronorum viduntur Imagines Viti, Wenceslai, Adalberti, ac cæterorum, Pictura [quod appositi indicant numeri annorum, & pingendi ipsa ratio Sæculis nostris ignota] centum, & octuaginta annos superat antiquitate. His ergò inter Imagines Divorum Joannes Nepomucenus palmam sustinet manibus, radiatô capite undique illustris. Neve dubitare possis, quem cogitavit artifex, & quem Canonici depingi jusserint, trabalibus literis titulus legitur *Sanctus Joannes Nepomucenus.* Paucis passibus à Beati Joannis Tumulo in Ecclesia Metropolitana Pragensi Capella, seù Sacrarium est pretiosis Imaginibus ab arte, & mausolæo Berkarum Baronum Bohemiæ antiquorum spectabile; in eo Sacrario sub marmore porphyretico al è educto conditus jacet Joannes Wlaschimius Secundus ab Ernesto Primo Archi-Episco-

§.9. *Imago ab antiquissimo tempore depicta cum signis cultûs, & titulo Sancti inter Bohemiæ Patronos in Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ.*

iſcopus Pragenſis. In Capellæ Altari vetuſtiſſimô certis die-
us Sacra faciunt Sacerdotes. Altaris titulus manu propria Ci-
iari Arſenii Sacræ Theologiæ Doctoris, & Eccleſiæ Metropo-
tanæ Decani ſcriptus hæc habet -- *Anno milleſimo ſexcenteſimo* §. 10.
geſimo primo 16. Julij per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Domi- *Conſecratio Al-*
m Joannem ejus nominis tertium Archi-Epiſcopum Pragenſem conſec- *taris in hono-*
tum eſt Altare in Capella è regione Sepulchri Beati Joannis de Nepo- *rem B. Joannis.*
uk Confeſſarij in honorem Viſitationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac
nctarum Virginum, & Martyrum Luciæ, & Ottiliæ, nec non Sancti
ementis Papæ, & Martyris, & Beati Joannis Nepomuceni, in quo in-
ſæ ſunt iſtæ Reliquiæ &c. -- hanc tabellam Arſenij à ſe deſcrip-
m nuper mihi dedit in manum Reverendiſſimus Dominus
homas Joannes de Czechorod Metropolitanæ ejusdem Eccle-
æ Decanus Archidiæceſeos Pragenſis Officialis &c. Vir O ſi-
, Libris editis, aliisque meritis clarus; eúmque titulum in
nc hiſtoriam juſſit imponi. §. 11.

Vigeſimo. Pridem narraveram, Beatum Joannem Nepo- *Conſtructio Sa-*
uci in Bohemia ortum eſſe. Ex ea igitur Domo, in qua Jo- *celli facta in do-*
nes primam vitæ lucem aſpexit, Oppidanorum pietas Sacel- *mo, ubi ortus*
m Beati Joannis honori ſtatim ab ejus morte extruxit; tra- *eſt B. Joannes*
ntque veteres memoriæ, neminem in ea Domo nocturnam *à tempore illius*
ietem capere potuiſſe, omnésque inſomnijs fatigatos ſemper *obitus.*
actos abſcedere, donec ea in Sacrarium verſa fuiſſet. No-
a ætate Illuſtriſſimus Baro Franciſcus de Sternberg, Nepo-
uci Dominus, Rev. P. Georgio Fero incitante, Sacellum §. 12.
c vetuſtate paulatim concidens, totum dirui juſſit, novámque *Eadem Domus*
formoſam Eccleſiam Beati Joannis Nepomucenſis honori *exinde in Eccle-*
agnis ſumptibus extruxit. Benedici Eccleſiam illam Erne- *ſiam converſa*
is Archi-Epiſcopus Pragenſis, & Cardinalis per alios voluit, *ibique auctſt I-*
m ipſemet per invalitudinem adeſſe, & conſecrare non poſ- *mago.*
. In ſumma novi hujusce Templi Ara Beati Joannis Imago §. 13.
diata conſpicitur, atquè in veneratione habetur. Per hanc *Libellus enco-*
cens extructi Templi cauſam idem Rev. P. Georgius Ferus *miaſticus Vitæ*
no milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo libellum e- *B. Joannis.*
dit, quem Famam poſthumam Beati Joannis Nepomuceni §. 14.
ſcripſit, in quo venuſtis Imaginibus ſummô Pictore Carolô *Celebratio Feſti*
treta Bohemô operam commodante, vitam & mortem Beati *quot annis fieri*
annis breviſſimis titulis triplici idiomate, Latinô, Germani- *ſolita à tempore*
immemorabili,
& concurſus

co, & Bohemicò comprehendit. Aditur Beati Joannis Ecclesia supplicationibus multis. Parochi à multis passuum millibus ad certam diem ab operibus vacuam, Dominicis inter Pascha, & Pentecosten Populum adducunt, idque agitur à tempore immemorabili, Sacra de Beato Joanne non leguntur quidem, sed de Sanctissima Trinitate: Concio tamen ad Populum de Beati Joannis virtutibus habetur. Appensa visuntur ad ejus Aram Anathemata plurima, fatentúrque diversi, ejus se meritis varia beneficia cælitùs impetrasse. Prò comperto est, si Campi siccitate laborent, supplicatione unâ, alteràve ad hanc Ecclesiam publicè ductâ pluviam impetrari celeriter. Cantio quædam pervetusta de Beato Joanne per hanc Viciniam circumfertur, quam Plebs rustica modulatur, libenter Beato Joanni Pecudes suas, & Jumenta cætera commendare solita, opèmque sentire. In Peste, quæ Bohemiam anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono pervagata gravissimè afflixit, omnes, qui sese Nepomuci Beato Joanni commendârant, periculô sunt erepti.

§ 15. *Panegyrica oratio habetur dicta die.*

§. 16. *Anathemata Altari appensa.*

§. 17. *Beneficiorum impetratio ex intercessione Beati Joannis.*

§. 18. *Veneratio Sepulchri ab immemorabili tempore.*

Vigesimo primo. Pragæ quóque Beati Joannis Tumulus ut antè dixeram, in summo habetur honore, & quamvis imperiti quidam, & in Religione nimium cauti, timidíque ipsius Religionis prætextu in Beati Ioannis veneratione obturbare aliquid tentârint; Populus tamen, cæterìquè omnes de constantiâ justæ pietatis dimoveri non potuerunt, rediitque semper sua Beato Ioanni gloria, quidquid unus, & alter timidi conarentur. De ejusmodi vetusta Religione, & Cultu Beatorum antiquo optimè dixit Vir eruditissimus, & in Gestis Divorum describendis, & illustrandis diligentissimus rerum istarum peritissimus Godefridus Henschenius: Venerationi Divorum, inquit, à tempore memoriam unius sæculi excedente Urbanus VIII. Pontifex Maximus nihil voluit derogatum, quò minus perpetua deinceps esset &c.

Ad Articulum tertium Interrogatorium vigesimum Process. fol. 130.

Num. 17. *Dicta Testium deponentium de prædicto Cultu à tempore immemorabili.*

Poteſtne Testis tutâ conscientiâ dicere, quòd mox post Sepulturam illi Cultus tanquam Beato, & Martyri exhibitus fuerit, & an non potiùs alicujus curiositatis gratiâ Populus ad Ecclesiam Metropolitanam concurrerit, ut tantùm videre posset, ubi tumulatus jaceat?

[illegible]

Interrogatorium vigesimum primum Process. fol. 130. & ter. *Interrogatoria*

Dicat Testis, an verum sit, & undè id ipsum scire possit, quòd multùm memorato fideli Servo Dei Ioanni Nepomuceno post suam tumulationem, nèc in Metropolitana, nec alibi solitæ ali s exequiæ habitæ, aut suffragia pro eius anima celebrata, aut preces pro refrigerio animæ persolutæ fuerint? *Responsiones Testium.*

III. Testis ad 20. Process. fol. 404. ter. 405.

Respondit. A Majoribus quoque meis, & ex lectione Librorum id ipsum dicere possum, quòd non ex curiositate, sed ex devotione, & Cultu Beato, & Martyri exhibito Populus tunc ad Tumulum concurrerit. Ad 21.

Respondit. Hoc nunquam nec à Majoribus audivi, nequè unquam legi.

IV. Testis ad 20. Process. fol. 421. ter. 422.

Respondit. Quòd Cultus exhibitus fuerit tanquam Beato, & Martyri, sic semper audivi, & ut concursus fuisset curiositatis gratia, nunquam audivi, sed ex mera devotione.

Ad 21.

Respondit. Quia nunquam de hoc audivi à Senioribus meis nec legi.

VI. Testis ad 20. Process. fol. 459.

Respondit. Possum tuta conscientia dicere ex constanti auditu, & lectione Librorum, quòd Populus non curiositatis gratiâ, sed ex devotione, & instinctu divino ad Ecclesiam Metropolitanam concurrerit. Ad 21.

Respondit. Quia nunquam de his à Majoribus audivi, nec legi.

IX. Testis ad 20. Process. fol. 596. ter.

Respondit. De concursu populi ex curiositate nunquam audivi, sed ex pura devotione tanquam ad magnum Sanctum.

Ad 21. *Respondit.* Nunquam de his Exequiis ab Avo, & Avia mea quidquam audivi, vel legi.

XV. Testis ad 20. Process. fol. 562. ter.

Respondit. Semper audivi, quòd à tempore Martyrij, & Translationis pro Beato, & Martyre habitus fuerit, & quòd Populus ex devotione, & non ex curiositate concurrebat ad locum, in quo positus erat.

Ad 21. Resp. Nunquam hoc audivi, nec legi.

XVI. Testis ad 20. Process. fol. 579. ter.

Respondit. Non possum dicere, quòd concursus factus fuerit ex aliqua curiositate, quia semper à Majoribus audivi, ex pura devotione tanquam ad Sanctum. & Martyrem.

Ad 21.

Respondit. Nunquam à Majoribus meis de hac re audivi.

Cum supradictis Testibus concordant I. process. fol. 368. ter. II. fol. 387. V. fol. 440. VII. fol. 476. VIII. fol. 493. X. fol. 613. ter. XI. fol. 510. ter. XIII. fol. 613. XIV. fol. 545.

Num. 18.

Testium dicta super appellatione Joannis tanquam Beati, Sancti & Martyris ab ejus demersione.

Ad Articulum septimum Interrogatorium trigesimum septimum. process. fol. 132. ter. 133.

Ex qua, & an fide digna relatione Testis scit, quòd Venerabilis Servus Dei Ioannes Nepomucenus mox à tempore demersionis in Moldavam, publicè fuerit nuncupatus, & habitus *Beatus, Sanctus, & Martyr*, an idipsum Testis à Majoribus suis narrari audiverit, & unà simul concientiosè dicere valeat, à suis Majoribus audivisse, quòd, & illi id ipsum iterum à Majoribus suis audiverint?

Interrogatoria.

Interrogatorium trigesimum octavum process. fol. 133.

Dicat Testis candidam veritatem, à quot annis post suam adeptam pubertatem audivit, fidelem Servum Dei Joannem Nepomucenum *Beatum, Sanctum, & Martyrem* nominari?

Interrogatorium trigesimum nonum process. fol. 133.

Responsiones Testium.

Recenseat Testis, à quibus personis, & an fide dignis, & quàm frequentèr illum sic nominari audiverit?

Interrogatorium trigesimum nonum process. fol 133.

Specificet Authores, in quibus legerat, quòd *Martyr, Sanctus, & Beatus* nominetur, quàm antiqui, vel recentes sint hi Authores? Et an non his titulaturis *Sancti, Beati, & Martyris*, aliquis contradixerit, reflectat se Testis bene.

I. Testis ad 37. Process. fol. 370. ter. 371.

§. 1.

Denominatio Sancti de auditu à Parente.

Respondit. Aliter respondere non possum, quàm quòd Parens meus semper ipsum *Sanctum* appellavit, & ut talem veneratus fuerit.

Ad 38.

Respondit. A quinquaginta annis aetatis meae semper ipsum audivi nominari *Beatum, Sanctum, & Martyrem.*

Etiam ab aliis.

Ad 39.

Respondit. A Parentibus, & aliis omnibus, quos nosco.

Ad 40.

Re-

Respondit. Legi in Hagecio, Paprochio, & alijs, quorum nominum non recordor, Hagecius satisvetustus est, quià scripsit sub Ferdinando I. & est approbatus paritèr, & Paprochius, qui scripsit sub Rudolpho II. & ambo approbati à Statibus Regni.

IV. *Testis Ad* 37. *process. fol.* 424.

Respondit. Jam sæpiùs respondi, me hoc totum à Senioribus me; constanter audivisse, & illi, cùm de visu scientiam habere non potuerint, necessariò iterùm ab auditu suorum Seniorum id habere debuerint.

Ad 38.

Respondit. Circitèr à quinquaginta annis.

Ad 39.

Respondit. A Senioribus me, & passim ab omnibus fide dignis.

Ad 40.

Respondit. Authores, quos legi, jam suprà recensui, ut autem his titulaturis Sancti, & Beati, & Martyris aliquis contradixisset, nihil audivi, nec legi, nec etiam ipse recordor.

VI. *Testis Ad* 37. *Process. fol.* 461.

Respondit. Sicut etiam superiùs sæpiùs dixi, quòd hæc omnia à Patre meo, Præceptoribus, & Professoribus habeam, qui indubiè id ipsum à suis Majoribus habuerint.

Ad 38.

Respondit. Plusquàm à quinquaginta annis.

Ad 39.

Respondit. Jam dixi à Majoribus, & passim ab omnibus me Senioribus, qui sempèr *illum, vel Beatum, vel Sanctum* vocabant.

Ad 40.

Respondit. Authores nominavi suprà, ex quibus aliqui illum *Martyrem, Sanctum, & Beatum* dicunt, de aliqua contradictione autem mihi non constat.

VIII. *Testis Ad* 37. *Process. fol.* 495. *ter.* 496.

Respondit. Alitèr dicere non possum, nisi quòd sic à Majoribus meis audiverim, & in Authoribus legerim.

Ad 38.

Respondit. Antè, & post adeptam pubertatem constantèr audivi illum nominari *Sanctum, Beatum, & Martyrem.*

Et ex lectione Historicorum. §.2. Denominatio Sancti, B. & Martyris *de auditu à Senioribus. §.3. Testis ipse audivit per spatiũ 50. annorum à dictis Senioribus, & alijs fidedignis. Nemo contradixit. §.4. Denominatio prædicta de auditu à Patre, & Præceptoribus, etiam de secundo auditu. §.5. Testis audivit per spatiũ 50 annorũ à Majoribus, & Senioribus. §.6. Percepit etiã ex lectione Authorũ, nec ulla fuit contradictio. §.7. Denominatio prædicta de auditu à Majoribus, qui audiverant etiã à suis Majoribus et in Inte*

§. 8. *Testis legit Martinum Borgk, qui de Martyrio Servi Dei scripsit.*

Ad 39.

Respondit. Jam supra dixi passim à Majoribus, & omnibus Senioribus meo, & universim ab omnibus.

Ad 40.

Respondit. Martinum Boregk Acatholicum Wratislaviensem de anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, qui in sua Historia Bohemica, de suo Martyrio scripsit.

§. 9. *Denominatio prædicta de auditu à suis Majoribus.*

IX. *Testis Ad 37. process. fol. 598. ter. seq.*

Respondit. Majores meos à quibus audivi, jam supra recensui, sicut & etiam dixi, quòd aliter non credam, quàm quòd illi Majores hoc vicissim à suis Majoribus audiverint.

§. 10. *Audivit ut supra per 70. annos ab ejus Majoribus, & aliis.*

Ad 38.

Respondit. Penè à septuaginta annis.

Ad 39.

Respondit. A meis Majoribus, & passim ab aliis omnibus.

§. 11. *Percepit etiā ex lectione Historicorum, & nunquàm auditum fuit aliquid contrà.*

Ad 40.

Respondit. Authores, & Libros suprà recensui, in quibus sic nominatur, nec aliquem contradixisse unquàm, audivi, nec legi.

XIII. *Testis Ad 37. Process. fol. 633. & terg.*

Respondit. Sic semper audivi à Domino Comite de Martinitz, & alijs & quomodò illi hæc mihi narrare poterant, nisi hoc à suis quoque Majoribus audivissent?

§. 12. *Denominatio prædicta de auditu à Viro primariæ Nobilitatis in regno Bohemiæ.*

Ad 38.

Respondit. Antè quinquaginta annos eum sic aplari audivi.

Ad 39.

Respondit. A sæpedicto Domino supremo Burgravio; & etiam ab aliis fide dignis tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus.

Prosequitur de eodem auditu.

§. 13. *Percepit etiā ex lectione scriptorum, & nil fuit scriptū, vel dictū in contrarium.*

Ad 40.

Respondit Hos Authores jam suprà nominavi, qui eum Martyrem, & Beatum appellant, neque recordor, ut aliquis in contrarium unquàm scripsisset, vel locutus fuisset;

Cum supradictis Testibus concordant II. Processf. fol. 389. ter. III. fol. 407. V. fol. 442. & ter. VII. fol. 478. & ter. X. fol. 615. ter. 616. XI. fol. 512. ter. XIV. fol. 547. & ter. XV. fol. 564. ter XVI. fol. 581. ter. 582.

Ad

Ad Articulum decimum, Interrogatorium quinquagesimum octavum Process. fol. 135. ter. 136.

Undè veritas fuit, & est, quòd ad Sepulchrum fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni à tempore immemorabili Clerus tàm Sæcularis, quàm Regularis, & Populus summi, atque infimi, non secus, ac ad aliorum in Metropolitana Ecclesia conditorum Sanctorum tumulos in genua profusi, ejusdem Servi Dei cælestem opem, & patrocinium devotè invocent.

Num. 19. Testium dicta supèr concursu tàm Cleri Sæcularis, & regularis, quàm populi cujuscunque Dignitatis, & conditionis ad Tumulum B. Joannis ab immemorabili tempore Interrogatoria.

Interrogatorium quinquagesimum nonum process. fol. 136.

A quo tempore testis id ipsum recordatur, & an quadraginta annis post adeptam pubertatem suam? &c.

Interrogatorium sexagesimum Process. fol. 136.

Viditnè Testis ipse propriis oculis Clerum tàm sæcularem, quàm Regularem, ac universum Populum ad tumulum hujus fidelis Servi Dei in genua profusum?

Interrogatorium sexagesimum primum Process. fol. 136.

Viditnè Testis ipsos Imperatores, Reges, Duces, aut alios Magnates ad sæpedictum Tumulum in genua profusos, & opem, ac patrocinium implorantes? recenseat omnia circumstantialitèr.

Interrogatorium sexagesimum secundum process. fol. 436 & ter.

Audivitnè Testis a Majoribus suis, hi verò etiam à Majoribus suis, quòd jam tempore illorum non solum universus Clerus, & Populus, verùm etiam ipsi Reges, & Principes, Comites, & Barones antè Sepulchrum multum memorati fidelis Servi Dei prociderint, & patrocinium devotè invocaverint?

Interrogatorium sexagesimum tertium process. fol 136. ter.

Undè Testis scit hunc Cultum immemorabilem esse, audivit ne id à suis Majoribus, ipsi verò à suis Majoribus, quòd non fuerint recordati temporis, à quo Cultus iste incepit?

Interrogatorium sexagesimum quartum process. fol. 136. terg.

Quomodò Cultus iste totaliter immemorabilis esse potest, cùm dicatur, & scribatur, quòd fidelis Servus Dei Joannes Nepomucenus annô millesimô tercentesimô octuagesimô tertiò (ob non revelatum sigillum Confessionis Regi Wenceslao Pigro) in Eluvium Moldavam præcipitatus sit?

Interrogatorium sexagesimum quintum process. fol. 136. tergo.

Scitnè

Responsiones Testium. Scirnè Testis positivè, quòd huic profusioni ad genua antè Tumulum nemo unquam contradixerit, audivitnè Testis hoc

§ 1. à suis Majoribus, isti verò vicissim à suis?

Concursus Cleri, & populi de visu, & auditu. I. *Testis Ad* 58. *process. fol.* 373. *& ter.* 374.

Respondit. Ego hoc meâ vitâ audivi, & vidi.

Ad 59.

Respondit. Non tantùm post adeptam pubertatem, sed etiam

§. 2. ab infantia ità recordor.

Specificat occasionem, qua vidit d. concursum, & deponit etiam de facto proprio. Ad 60.

Respondit. Vidi quasi omni die, quia, dum ad Consilium vado, sempèr præviè Sanctos Patronos, in Ecclesia Metropolitana visito, & ad Tumulum ejus ipsemet preces meas fundo, in genua profusus.

Ad 61.

Respondit. Vidi Imperatorem Leopoldum, Josephum,

§. 3. & Carolum, & credo etiam firmissimè me vidisse, & alios Principes ibidem etiam flectentes.

Vidit Imperatorem Leopoldum, Josephũ, & Carolum genua flectentes ad d. Tumulũ. Ad 62.

Respondit. A multis id ipsum audivi.

Ad 63.

Respondit. A Patre meo tantùm hoc scio, quòd illum coluerint, cæterùm de hoc Cultu immemorabili in Historicis legi.

§. 4.

Aliæ personæ prænobilis conditionis genua idem flexerunt, de auditu. Ad 64.

Respondit. Ego aliud respondere non possum, nisi semper immemorabilem fuisse Cultum.

Ad 65.

Respondit Ego nec ipse nec à Majoribus meis aliquid in contrarium audivi.

Nunquam aliquid in contrarium auditum fuit d. concursui. II. *Testis Ad* 58. *process. fol.* 391. *ter.* 392.

Respondit. Hoc meâ vitâ recordor, me audivisse, & ipsemet vidi.

Ad 59.

Respondit. Non tantùm à quadraginta, sed antè quinqua-

§. 5. ginta annos, horum recordor.

Concursus, ut supra de visu, & auditu. Ad 60.

Respondit. Hoc totò tempore apparet, & hujus concursûs à juventute recordor.

Ad 61.

Re-

Respondit. Leopoldum Imperatorem ibidem flectentem non vidi, quia illo tempore in Provincijs fueram, sed audivi flexisse. Vidi autem meis oculis Imperatorem Josephum, & modernum Carolum Sextum, & modernam Reginam Lusitaniæ (quæ adhùc, ad Altare, non in Oratorio, sed inferiùs in scabello flectens, duo Missæ Sacrificia audivit) flexisse, & orasse. Quantùm autem recordor, etiam omnes Magnates hujus Regni ibidem flexisse, & orasse, vidi, & adhùc moderno tempore, finitô cantatô Sacrô apud majus Altare, accedunt Tumulum, & ibidem flexis genibus orant.

§. 6. Audivit Imperatorem Leopoldum genua flexisse, ac vidit Josephum, & Carolum, ac Reginam Lusitaniæ hoc idem agentes, prout etiam Regni Magnates

Ad 62.

Respondit. Hoc non semèl, sed sæpissimè à Majoribus audivi.

§. 7. Quòd Reges, & Principes genua ibidem inflexerunt.

Ad 63.

Respondit. Cultum à Patre meo traditum habeo, & ipse necessariò eundem à suis Majoribus traditum habuisse videtur, ex quo patet, quòd hìc Cultus memoriam hominum excedat.

§. 8. Concursus prædictus servatus ab immemorabili.

Ad 64.

Respondit. Ego tempus immemorabile intelligo, illud in hoc casu specifico, quod memoriam, & Patris, & Avi mei excedit.

Ad 65.

Respondit. Nunquam quidquam in contrarium tam Ego ipse, quam à Majoribus audivi.

Nil unquam auditum est in contrarium.

VIII. Testis ad 58. Processſ. fol. 498. tergo 499.

Respondit. Hoc est palàm, & in dies fit ab omnibus, tàm à Regularibus, quàm Sæcularibus, & universô Populô.

§. 9. Concursus ad Tumulum, ut supra.

Ad 59.

Respondit. Ipsemet recordor à sexaginta annis.

De Visu.

Ad 60.

Respondit. Vidi sæpissimè.

Ad 61.

Respondit. Vidi ipsemet in Ecclesia existens Imperatorem Leopoldum, & modernum Augustissimum Carolum Sextum in genua profusos.

Ad 62.

Respondit. Vidi meum Avunculum, qui erat Canonicus,

§. 10. Vidit Imperatorem Leopoldum, & Augustissimum Carolum VI. ad prædictum Tumulum in genua profusos, aliosque Viros eximios.

ibidem flectentem, Supremum Burggravium Bernardum Comitem à Martinitz, & alios quàmplurimos.

§. 11. *Concursus prædictus ab immemorabili.*

Ad 63.

Respondit. Ego instanter audivi, quòd semper colebatur, & non dubito, quòd & Majorum Majores de eodem Cultu audiverint, absque quòd aliquis illorum initium Cultûs recensere potuerit.

Ad 64.

Respondit. Immemorabilem ego dico, respectu recordationis meæ, & Majorum meorum.

Nil auditum fuit in contrarium.

Ad 65.

Respondit. Nunquam audivi à Majoribus meis de contradictione, nec etiam ipse scio.

§. 12. *Concursus prædictus ad Tumulum, de visu*

X. Testis ad 58. Process. fol. 618. tergo 619. & tergo.

Respondit. A quo Ego vivo, semper hoc observavi, & observo, & de die in diem Cultus magis augetur.

Ad 59.

Respondit. Jam dixi à pueritia mea.

Ad 60.

§. 13. *Vidit, nec non audivit Augustissimos Imperatores veneratos fuisse prædictum Sepulchrum.*

Respondit. Vidi multoties tàm Regulares, quam Sæculares.

Ad 61.

Respondit. Leopoldum Imperatorem gloriosæ memoriæ meis oculis vidi ibi flectentem, & piè orantem. Item recordor, quòd anno millesimo sexcentesimo octuagesimo in ipso Festo Sancti Joannis Nepomuceni, id est decimâ sextâ Maij prædicto Augustissimo Leopoldo defunctus Dominus Suffraganeus, & Præpositus Pragensis de Longavilla Symbola, & Inscriptiones Mausolæi, ad Sepulchrum tunc erecti, impressas exhibuerit. De Imperatore Josepho audivi, quòd & ille dicatur ibidem flexisse. De Carolo autem moderno Imperatore hæc scio, quòd per Confessarium suum Patrem Crisam Societatis JESU, Rosarium, Crucem, & Imaginem membranaceam sicut ad aliorum Sanctorum Bohemiæ Patronorum Reliquias, ità etiam ad Crates Sancti Joannis Nepomuceni attingi curaverit, Ipso ex Oratorio spectante.

§. 14. *Sa. Cæsarea, & Catholica Majestas Caroli VI curavit insignum venerationis Crucem, Rosarium & Imaginem Sepulchro atteri.*

Ad 62.

Respondit. Hoc audivi à Majoribus meis.

§. 15. *Cultus prædictus ab immemorabili.*

Ad 63.

Re-

Respondit. Avus meus mihi nunquam recensuit, quando Cultus iste inceperit, ergò necessariò jam ante ipsum fuisse hic Cultus debuit. Ad 64.

Resp. Ego voco Immemorabilem, cujus initij, nec Avus meus recordabatur: Ad 65.

Nunqnam audita est contradictio.

Respondit. De contradictione, nec à Majoribus meis audivi, nec ipse recordor. XII. Testis ad 58. Processf. fol. 531. terg. 532.

§. 16. Concursus ad Tumulum, ut supra de visu.

Respondit. A tempore adolescentiæ meæ vidi, & observavi Clerum tàm Sæcularem, quàm Regularem, sicut & populum in genua profusos invocare ejusdem Servi Dei cælestem opem, & patrocinium. Ad 59.

Respondit. A quinquaginta novem annis ipsemet recordor. Ad 60. Respondit. Vidi semper.

§. 17. Vidit Augustissimos Imperatores, aliosque Magnates venerantes prædictum Tumulum.

Ad 61. Respondit. Vidi Leopoldum Imperatorem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo, Josephum, & modernum Carolum, & alios complures Magnates, ac Proceres hujus Regni.

Ad 62. Resp. Audivi à Patruo meo, & multis alijs, nec dubito, quin, & illi hoc à Prædecessoribus suis audiverint.

§. 18. Cultus prædictus de auditu à Majoribus.

Ad 63. Respondit. De principio hujus Cultûs nunquam aliquid audivi, nisi hoc, quòd semper fuerit.

Ad 64. Respondit. Respectu recordationis meæ, & aliorum dico immemorabilem.

§ 19. Hujusmodi Cultus fuit semper continuus. Nil auditum fuit in contrarium.

Ad 65. Respondit. Nunquam audivi contradictum fuisse. XIII. Testis ad 58. Processf. fol. 635. tergo 636. & tergo.

Respondit. Ego de his omnibus audivi, & hoc scio, & ipse conspicio à quinquaginta annis, & ultrà.

Ad 59. Respondit. Ultrà quinquaginta annos.

§ 19. Concursus prædictus ad Tumulum de visu, & auditu.

Ad 60

Respondit. Vidi, & fermè quotidiè video sinē numero.

Ad 61.

§. 20. Vidit Augustissimos Imperatores & Magnates venerantes Tumulum prædictum.

Respondit. Recordor Imperatorem Leopoldum, Imperatorem Josephum tunc Regem Romanorum, & hodiernum Imperatorem Carolum Sextum, dum quà Rex in Hispanias pergeret, quòd ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, flexerint, & oraverint. Recordor etiam Magnos Dominos, uti fuit sæpedictus Dominus Comes Bernardus de Martinitz, qui nunquam in Consilium Locumtenentiæ Regiæ ibat, nisi

priùs ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni, & quidem primariò oràsset, & posteà reliquos Sanctos Patronos Bohemiæ visitâsset. Similiter ipsius Dominus Frater Maximilianus, Comes Guillielmus de Kolovvrat, Comes de Trauttmansdorff, omnes Regij Locumtenentes flectebant, & orabant.

§. 21. *Concursus prædicti etiam quoad Supremos Principes ab immemorabili.*

Ad 62.

Respondit. Hoc audivi.

Ad 63.

Respondit. Nunquam audivi à D. Comite Martinitzio, & alijs, quando hæc Devotio, & Cultus inceperit, ut hoc narrâssent, proindè ex hoc judico, cum esse suprà memoriam hominum.

Ad 64.

Nunquam adfuit oppositio quoad d. Concursum.

Respondit. Voco eam immemorialem, quia nunquam de illius initio audivi.

Ad 65.

Respondit. Nunquam audivi, quòd quis aliquid in contrarium opposuisset.

Cum supradictis Testibus concordant III. Procesf. fol. 409. ter. 410. IV. fol. 426. tergo 427. V. fol. 445. tergo 446. VI. fol. 463. tergo 464. VII. fol. 480. tergo 481. IX. fol. 601. & tergo, XI. fol. 514. tergo 515. XIV. fol. 549. tergo 550. & tergo XV. fol. 566. tergo 567. XVI. fol. 584. & tergo.

Num. 20. *Dict. Testium referentium visitationem venerationis trasitæ à Ministris Sedis Apostolicæ prædicto Tumulo.*

Ad Articulum vigesimum quintum Interrogatorium centesimum vigesimum quartum Procesf. fol. 145. tergo.

Recordatur nè Testis unum, vel plures Nuntios Apostolicos, qui Pragæ existentes, Ecclesiam Metropolitanam visitârunt, Sepulchrum fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni viderunt, appensa Anathemata, Lampades, Tabellas, & Luminaria, sicut, & Populum flectentem, & orantem viderunt?

Interrogatoria.

Interrogatorium centesimum vigesimum quintum Procesf. fol. 145. tergo.

An Testis ab illis, vel directè, vel per indirectum non audiverit his omnibus contradixisse, & dixisse, hunc zelum pietatis indiscretum esse? I. Testis ad 124. Procesf. fol. 416. tergo.

Responsiones Testium.

Respondit. Nuntium Apostolicum hic Pragæ non recordor me vidisse, sed Illustrissimum Dominum Albani, nunc Eminentissimum Cardinalem flectentem, & orantem ad Sepulchrum vidi

Ad

Ad 125.

Respondit. Nihil simile audivi.

V. Testis. *Ad 124. Process. fol. 453.*

Respondit. Ego recordor Nuntij Davia, & Cardinalis Albani, de primo moraliter certus sum, quòd fuerit ad Altare ipsius, & flexerit. Alterum autem ipse flectentem, & orantem vidi.

Ad 125.

Respondit. Nihil audivi, imò observavi, quòd singularem devotionem ergà hunc Sanctum conceperint.

VI. *Testis. Ad 124. Process. fol. 470. tergo 471.*

Respondit. Ego quidem nullum ex Nuntiis Apostolicis ad Sepulchrum Sancti Joannis Nepomuceni flectentem, ac orantem vidi, sed audivi de Nuntio Davia, & nunc Eminentissimo Domino Cardinali Albani.

Ad 125.

Respondit. Nunquam audivi.

Ad Articulum quartum Interrogatorium vigesimum sextum. Process. fol. 131.

Num. 21. *Testium dicta quoad formam Lapidis Sepulchri B. Joannis diversam ab aliis positis super Tumulos Episcoporum, & Canonicorum in Ecclesia Metropolitana. Interrogatoria.*

An Testis Lapidem sepulchralem (qui fidelis Servus Dei Joannis Nepomuceni Sepulchro impositus est) benè & frequenter consideraverit, dicat cujus formæ, vel decoris sit, & an in illo aliquid speciale, quod signum Martyrii spiraret, sculptum, vel signatum reperiatur?

Interrogatorium vigesimum septimum. Process. fol. 131.

Quòd si Testis Lapides sepulchrales Episcoporum, vel Canonicorum in Ecclesia Metropolitana dormientium benè lustravit, dicat circumstantialiter, in quo lapis (super Sepulchro fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni positus) ab aliis Lapidibus Sepulchralibus specialiter differat?

I. *Testis. Ad 26. Process. fol. 369.*

§. I. *Lapis Sepulchri B. Joannis describitur.*

Respondit. Vidi Lapidem sepulchralem frequentiùs, quià multoties ad Sepulchrum ejus flexi, & oravi. Lapis sepulchralis est, prout apparet, fusci coloris à pulveribus, & cerâ multùm maculatus, an autem in illo aliquid sculptum sit, ideò non attendi, quià ob multitudinem hominum nec locus, nec tempus datur.

Ad 27.

§.2. Discrimen inter prædicts Lapides intercedit, quòd ille superius positus Tumulo B. Joanis cingitur à Cratibus ferreis. §.3. Descriptio Lapidis sepulchralis B. Joannis. §.4. Signũ speciale in d. Lapide, quòd cingitur ferreis Clathris, & Lampadibus. §.5. Descriptio supr dicti Lapidis. §.6. Recenset discrimen inter dd. Lapides, ex quo ill. Sepulchralis B. Joanis cinctus est Cratibus ferreus. §.7. Descriptio Lapidis Sepulchralis B. Joann. §.8. Disrimen d. Lapidis ab aliis ob cincturam Cratium.

Respondit Hæc est differentia inter Lapidem sepul fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni, & Sepulchra , des Episcoporum, quià primus Lapis cinctus estCratibu quod ipsum quid speciale denotat , cùm alij Lapides non habeant.

II. *Testis. Ad 26. Processf. fol. 387. ter. 388.*

Respondit. Lapidem sepulchralem ideò sæpiùs vid frequentius ad ejus Sepulchrum flexi, & oravi, Lapis oblongus, fusci coloris, ferreis Clathris circumdatu tem in illo aliquid sculptum, vel incisum sit, non memi disse.

Ad 27.

Respondit. Mihi apparet illud speciale inLapide se li Sancti Joannis Nepomuceni esse , quòd ab antiquo ferreis Clathris cinctus, & Lampadibus ex devotione ornatus sit.

III. *Testis. Ad 26. Processf. fol 405. ter.*

Respondit. Vidi Lapidem sepulchralem, non sem sæpiùs, est oblongus, quadratus. An autem in ill sculptum, aut scriptum sit, non adverti, sed cinctus e bus ferreis.

Ad 27.

Respondit. Differt multùm, quià alii Lapides sep Episcoporum, & Canonicorum sunt simpliciter positi stinctione; hic autem Lapis sepulchralis cinctus est Cr diversis ornamentis ornatus.

VI. *Testis. Ad 26. Processf. fol 459. ter.*

Respondit. Lapidem sepulchralem sæpiùs vidi, e gus crisei coloris, an autem in illo aliquid sculptum, v tum sit, non accuratè attendi.

Ad 27.

Respondit. Vidi aliorum Episcoporum, & Cano Sepulchra, & solos Lapides nudos; Lapis autem sep Divi Joannis Nepomuceni est Cratibus cinctus , quo speciale aliquid denotat.

VIII. *Testis. Ad 26. Processf. fol. 494.*

Respondit. Lapidem hunc sepulchralem frequenti di, & ex devotione illum manu tetigi. Est formæ obl

& prout credo, ex marmore, an autem in illo aliquid signatum, aut sculptum sit, non potui observare.

§.9. *Descriptio d. Lapidis.*

Ad 27.

Respondit. Vidi alia Sepulchra Episcoporum, & Canonicorum, super quibus nil aliud est, nisi pedum; è contra Lapis sepulchralis Sancti Joannis Nepomuceni est Cratibus ferreis cinctus, quod ipsum aliquid peculiare denotat.

§.10. *Discrimen Lapidum sepulchralium, ut supra.*

*Cum supradictis Testibus concordant IV. Process. fol.*422.*tergo V. fol.*440.*tergo, VII.fol.*477.*IX.fol.*597.*X.fol.*614.*& tergo, XI.fol.*511.*XII.fol.*527 *tergo. XIII.fol.*631.*tergo,*632.*XIV.fol.*545.*tergo. XV. fol.*563.*XVI.fol.*580.

Ad Articulum nonum Interrogatorium quadragesimum quintum. Process. fol. 134.

Num.22. *Dicta Testium deponentium de retentione Cratium â tempore immemorabili ad d. Tumulum in signum venerationis.*

Interrogatoria.

Undè Testis scit, aut scire potest, quòd à tempore immemorabili Prælati, & Canonici Pragenses sepulchrum fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni Clatris ferreis rudis operis cingi curaverint?

*Interrogatorium quadragesimum sextum. Process. fol.*134.

In quo Historico, unico, vel pluribus, Testis id ipsum legerat, recenseat fideliter; maximè verò, an, illi Historici per expressum scribant, has Crates ferreas ab immemorabili tempore positas esse?

*Interrogatorium quadragesimum septimum process. fol.*134.

Ex quo Testis ruditatem, vel antiquitatem hujus ferreæ Cincturæ agnoscere potest, an non verum, quòd etiam ab annis quadraginta similes Cincturæ ferreæ in eadem forma factæ reperiantur?

*Interrogatorium quadragesimum octavum. process. fol.*134. *& tergo.*

An ex sola hac Cinctura sufficienter, & genuinè Cultus, & Venerationis signum erui possit, cùm etiam aliorum demortuorum hominum Lapides sepulchrales, & respectivè Mausolæa Clathris ferreis cingantur, ut ab injuria hominum tuta esse possint?

*Interrogatorium quadragesimum nonum. Process. fol.*134 *tergo.*

A quo tempore Testis recordatur has secundas, & altiores Crates ferreas appositas fuisse, & undè scit, quòd & illæ secundæ Crates in honorem Martyrii, & signum Cultûs publici a tempore immemorabili appositæ esse dicantur?

Int-

Interrogatorium quinquagesimum quintum Process. fol. 135. & terg.

Recordaturnè Testis à quadraginta annis has primas duplices Crates ferreas, dicat veritatem, & an etiam à Majoribus narrari audiverit, quòd hæ Crates duplices jam etiam illorum tempore steterint?

Interrogatorium quinquagesimum septimum. Process. fol. 135. terg.

Ergò nè verum est, quòd tam illæ priores duplices Crates, quàm etiam illæ ultimæ semper pacificè steterint, & de his omnibus, quòd semper fuerit publica vox, & fama, communis reputatio, & inconcussa traditio?

Responsiones Testium.

§. I. Appositio Cratium supradictarum à tempore antiquissimo eruta ex lectione Hagecii.

I. *Testis. Ad* 45. *Process. fol.* 371. *ter.* 372.

Respondit. Hoc ipsum de propria scientia quidem non habeo, sed legi hoc in Hagecio, jam antè sua tempora, Crates ferreas rudi operis positas fuisse.

Ad 46.

Respondit. Jam dixi Authorem Hagecium, in quo legi, & qui Author ad hunc annum millesimum tercentesimum octuagesimum tertium scribit.

Ad 47.

Respondit. Ruditatem ex ipso opere, qui admodùm rudis est, & antiquus, colligo. An autem etiam antè quadraginta annos, similes Crates repertæ fuerint, non recordor.

Ad 48.

§ 2. Appositio dd. Cratium ex causa venerationis.

Respondit. Aliud non scio, nec etiam audivi, has Crates ex alia causa positas fuisse, quàm ex veneratione ipsius Sepulchri, & ne aliquis pedem temerè inferre possit.

Ad 49.

Respondit. Has secundas, & altiores Crates, à tenera mea ætate jàm stetisse recordor, & aliter non audivi, quam quòd in honorem Martyrii, & signum Cultûs publici.

Ad 55. *fol.* 37..

Respondit. Recordor plusquam antè quadraginta annos has primas duplices Crates stetisse; de illis autem me à Majoribus meis audivisse non recordor.

Ad 57.

Respondit. A' quo Ego vidi, & recordor, semper pacificè steterunt, & de hoc semper fuerat publica vox, communis reputatio, & inconcussa traditio.

II *Te-*

II. Teltis. Ad 45. Procell. fol. 390. & ter.

Respondit. Hoc semper sic audivi,

Ad 46.

Respondit. Hagecius de his Cratibus appositis clarè scribit, & haud dubiè ipse ab antiquioribus id ipsum habuit.

§. 3. Appositio prædictarum Cratium à tempore immemorabili.

Ad 47.

Respondit. Quòd rudis operis, & hinc antiquæ Crates sint, hoc apparet ex opere ipso, & quòd etiam ante quadraginta annos ejusdem formæ fuerint.

Ad 48.

Respondit. Non quidem ex sola Cinctura, sed concomitanter, & quia ad hanc Cincturam concursus Populi flectentis, & orantis invenitur, quod ad alios Tumulos non spectatur.

§. 4. Retentio Cratium cum concursu Populi genua flectentis ad Tumulum prædictũ est signum venerationis.

Ad 49.

Respondit. Scio appositas fuisse in honorem Martyrii, & signum Cultûs publici, sed de tempore præcisè non recordor.

Ad 55. fol. 391.

Respondit. A juventute, & ultrà quadraginta annos recordor. De istis duplicibus Cratibus autem à Majoribus meis, me audivisse non recordor.

§. 5. Appositio Cratium processit ex causa Cultûs.

Ad 57.

Respondit. Semper recordor, omnes triplices pacificè stetisse, & semper publicam famam fuisse, communem reputationem, & inconcussam traditionem.

§. 6. Appositio Cratium prædictarum à tempore immemorabili, de auditu à Majoribus, & ex lectione librorum.

VI. Teltis. Ad 45. Procell. fol. 462. & ter.

Respondit. Sic semper audivi, & legi.

Ad 46.

Respondit. Hoc jam superiùs dixi, & Authores nominavi, in quibus de his Clathris ferreis legi.

Ad 47.

Respondit. Est antiquus labor, quod ipsum ex ipso rudi opere dignoscitur, & Ego has Crates ita rudis operis, etiam ante quinquaginta annos recordor.

§. 7. Ex Cratium appositione, & concomitante Populi concursu desumitur signum venerationis.

Ad 48.

Respondit. Non ex sola cinctura, sed ex concursu Populi, ad eandem Cincturam concurrentis, & ex fama publica.

Ad 49.

§. 8. *Appositio Cratium prædictarum processit ex causa cultus.*

Respondit. Has secundas Crates etiam à quinquaginta annis recordor, & aliter nunquam audivi, quàm quòd in honorem, & signum Cultûs publici appositæ fuerint.

Ad 55. fol. 463.

Respondit. A quinquaginta annis has primas duplices Crates stetisse recordor, & etiam à Patre meo audivi, illius tempore jam stetisse. Ad 57.

§. 9. *Appositio Cratium, ut supra de fama publica.*

Respondit. Hoc totum verum est.

VIII. Testis ad 45. Process. fol. 496. ter. 457.

Respondit. Audivi semper à Majoribus meis, & etiam legi, quòd has Crates Canonici fieri curaverint.

Ad 46.

§. 10. *Appositio Cratium, ut supra, de auditu, à Majoribus, & ex lectione librorum.*

Respondit. De his Cratibus præter suprà recensitos Authóres, adhuc etiam scribunt Paulus Sessius, Pontanus, Henschenius, Beyerlink, & alij.

Ad 47.

Respondit. Ego has similes Crates ipse à sexaginta annis recordor, & opus ipsum ostendit, quòd sint vetustissimæ.

Ad 48.

§. 11. *Cinctura Cratium cum Populi concursu venerationis est signum.*

Respondit. Non quidem ex sola Cinctura, sed quia Populus accurrit ad colendum Sanctum.

Ad 49.

Respondit. Etiam has secundas Crates Ego ipse à sexaginta annis recordor.

§. 12. *Appositio Cratium ut supra, ex fama.*

Ad 55. fol. 498. Resp. Has duplices Crates Ego ipse à sexaginta annis recordor, illas stetisse, & non dubito, quòd longo tempore ante me steterint. Ad 57.

Respondit. Omninò est verissimum.

§. 13. *Appositio Cratium, ut supra, de auditu, & ex lectione librorum.*

XII. Testis ad 45. Process. fol. 530. & ter.

Respondit. Sic semper audivi & legi.

Ad 46. Respondit. Recensui suprà Authores, qui de his Clathris ferreis scribunt, à primævo tempore positas fuisse.

Ad 47.

Respondit. Ipse labor rudis ostendit antiquitatem, & hujus Cincturæ à quinquaginta novem annis ipsemet recordor.

Ad 48.

§. 14. *Veneratio immemorabilis desumitur ex Cratium appositione cum populi concursu.*

Respondit. Non ex sola cinctura, sed ex constanti concursu populi, & devotione ad Tumulum Sancti habitâ.

Ad 49.

Re-

Respondit. A quinquaginta novem annis ipsemet recordor has secundas Crates stetisse, & audivi, & legi, ideò positas fuisse in honorem Martyrij, & in signum Cultus publici.

§. 15. Appositio prædicta facta fuit in honorem Martyrij, & signum Cultûs. Appositio prædicta de auditu.

Ad 55. fol. 531. & ter.

Respondit. Istarum duplicium primarum Cratium ipse recordor à quinquaginta novem annis, & quòd jam ab antè steterint, dubitandum non est, quia sic semper audivi.

Ad 57.

Respondit. Verissimum est.

Cum supradictis Testibus concordant III. Process. fol. 408. & ter. 409. IV. fol. 425 426. V. fol. 443. & terg. 444. & terg VI. fol. 462. & terg. 463. VII. fol. 479. & ter. 487. & terg. IX. fol. 599. terg. 600. & terg. X. fol. 617. 618. XI. fol. 513. & terg. 514. XII. fol. 530. & terg. 531. XIII. fol. 634. & ter. 635. ter. XIV. fol. 548. & ter. 549. XV. fol. 565. & ter. 566. XVI. fol. 582. ter. 583. & ter.

Confirmat ex fama publica.

Ex Actis Visitationis Reliquiarum existen. in Altari posito è regione Tumuli B. Joannis, nec non signorum cultûs expletæ per Reverendissimum Archi-Episcopum cum assistentia Promotoris Fiscalis, & Peritorum in Ecclesia Metropolitana die 26. Junij 1719. Process. fol. 241. & 249. & seqq.

Num. 23. *Recognitio supradictarum Cratium, & Inscriptionum inibi appositarum facta per Peritos*

Post hoc Processum fuit ad visitationem, & recognitionem Clathrorum, seù Cratium ferrearum secundarum majorum & densiorum, quàm primæ sint, propter extructum novum Mausoleum, seù Cincturam super monumento Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni de anno millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo ex ferro, & marmore statuis ex hac, & illa parte collocatis, ex ligno quidem, sed inauratis affabre &c. factum, remotarum; in quibus Cratibus secundis ferreis circà circùm ab extra sequens Inscriptio apposita legitur, quæ à Scriptoribus practicis characterum antiquorum, seù Antiquarijs juratis supranominatis, nimirum Domino Joanne Floriano Hammerschmidt, & Domino Wenceslao Constantino Potutzek, clarâ voce lecta, & mihi Notario Actuario deputato ad calamum dictata fuit in formalibus -- *Venerabilis Dominus Magister Joannes Nepomucenus, hujus Sanctæ Ecclesiæ Canonicus, Reginæ Joannæ Confessarius, quia Sanctissimæ Confessionis Sigilli Custos fuit fidelis usque ad mortem, jussu VVenceslai Imperato-*

§. 1. Existentia Cratium antiquarum super Tumulum B. Joannis, nec non Mausolei nuper anno 1692. ibi constructi.

§. 2. Inscriptio apposita dictis Cratibus Martyrium B. Joannis, illiusque causam referens.

ris, & Bohemiæ Regis, de Ponte Prageno in Moldavam præcipitatur, meruit Coronam Martyrij, miraculis clarus, sepultus hic jacet annô millesimô tercentesimô octuagesimô tertiô. Renovatum annô millesimô sexcentesimô septuagesimô nonô.

§. 3. *Alia Inscriptio consimilis ex parte interiori dictarum cratium Lingua Bohemica expressa.*

Ad intrà autem super ijsdem Cratibus in circumferentia Bohemicè, hæc formalia scripta inveniuntur - *Venerabilis in Deo Sacerdos, & Magister Joannes Nepomucenus, majus Templi Canonicus, Reginæ Joannæ Confessarius, ideò, quia Sigillum Sacræ Confessionis revelare noluit, mandato VVenceslai imperatoris, & Regis Bohemiæ, ex Ponte Prageno ad Moldavam præcipitatus, Coronam Martyrij promeruit, miraculis clarus, hic sepultus jacet anno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio; Renovatum annô millesimô sexcentesimô septuagesimô nonô* -- quæ Bohemica Inscriptio cum latina quoad omnia, & singula concordat.

§. 4. *Judicium Peritorum, quòd Crates minores sint antiquæ ab annis trecentis, aliæ verò majores ab annis bisecentum.*

Hac annotatione factâ, & hic in actis (ut supra) registratâ postea singillatim auditi, & examinati fuerunt jurati Fabri Serarij, nempè Leopoldus Ecker ætatis suæ annorum quinquaginta, Civis, & Magister Faber Serarius Vetero-Pragensis, uti & Thomas Kuschel Civis & Magister Faber Serarius Micro-Pragensis, ætatis suæ annorum etiam, uti alter, quinquaginta, qui unus post alterum unanimiter edixerunt, & in virtute præstiti à se de veritate dicenda, gravis Juramenti, deposuerunt, testati sunt, ac testantur, quòd Crates ejusmodi ferreæ altiores, & densiores, quarum altitudo ad unum, & tres quadrantes ulnæ, longitudo ad semiquintam ulnam; latitudo autem ad duas ulnas sese extendit, sint circiter ducentis, minores verò, & primæ illæ Crates ferreæ ad locum pristinum cum lapide sepulchrali nupèr repositæ, trecentis annis antiquæ, idque propter vetustissimum, quem præseferunt modum, signa, & respectivè ruditatem: creduntque ijdem Magistri Fabri ferarij, quòd sint tales Crates, quæ non ob ullam aliam rationem, quàm propter cultum positæ fuerunt.

Num. 24. *Dicta Testium de appositione aliarum Cratium, sive Mausoles ad prædictum Sepulchrum facta anno 1692 absque ulla contradictione.*

Ad Articulum decimum Interrogatorium quinquagesimum quartum processus fol. 135.

Recordaturnè Testis, quandò modernæ Crates, vel potius Mausoleum ex ferro, & marmore fabricatum appositum fuerit, & an verùm sit, quòd illud annô millesimô sexcentesimô nonagesimô secundô contigisse dicatur?

In-

Interrogatorium quinquagesimum sextum Process. fol. 135. tergo.

Non recordatur Testis, quòd annò millesimò sexcentesimò nonagesimò secundò (quando hoc adhuc in hodiernum diem extans Mausoleum erectum fuit) prò illo erigendo licentiam *Interrogatoria.* Ordinarii protunc experi debuerit, aliàs quòd hoc opus novum erigi non potuisset? Quòd, si verò Testis licentiam petitam, & datam esse non recordatur, sic fateatur, àn Ordinarius Loci huic operi novo per expressum non contradixerit, sed illud erigi pacificè toleraverit?

I. *Testis. Ad* 54. *Process. fol.* 372. *tergo* 373. *Responsiones Testium.*

Respondit. Has ultimas, & modernas Crates recordor, quandò appositæ fuerunt, & prout audivi, piæ memoriæ Dominus Tobias Joannes Becker, quondam Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ, & tandem Episcopus Reginæ Hradecensis, propriis, & aliorum Benefactorum sumptibus apponi curavit.

Ad 56.

Respondit. Hujus non recordor, nec etiam ut Ordinarius contradixisset.

III. *Testis. Ad* 54. *Process. fol.* 409.

Respondit. Recordor quàm optimè.

Ad 56.

Respondit. Non scio, an fuerit experita, nec etiam scio de aliqua contradictione Ordinarii.

VI. *Testis. Ad* 54. *process. fol* 463.

Respondit. Recordor optimè, & annum erectionis ibidem sculptum vidi.

Ad 56.

Respondit. An licentia erigendi petita fuerit, nescio, sed scio, huic erectioni nunquam contradictum fuisse.

VIII. *Testis. Ad* 54 *process. fol.* 498.

Respondit. Recordor; Dominus Canonicus Becker, postmodùm Episcopus Reginæ Hradecensis, & erat causa hujus ultimæ Cincturæ.

Ad 56.

Respondit. Cùm sit hoc opus erectum, haud dubiè, aut cum expressa licentia, aut saltem sinè contradictione illud factum.

X. *Testis. Ad* 54. *process. fol.* 6

Respondit. Recordor hujus tertii operis. Director fuit piè defunctus Dominus Tobias Joannes Becker, Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ, & posmodum Episcopus Reginæ Hradecensis.

Ad 56.

Respondit. Aliud dicere non possum hic, quàm quòd Ordinarius huic operi non contradixerit, sed pacificè illud toleraverit.

Cum supradictis Testibus concordant. II. Process. fol. 391. IV. fol 426. V. fol 444. tergo V. I. fol. 487. IX. fol. 600. tergo. I. fol. 514. XII. fol. 531. XIII. fol. 635. XVI. fol. 583.

§. 25. *Dicta Testium de appositione insignis Candelabri super Sepulchro B. Joannis, ubi postea ad sculpta fuit Statua illius inter Sanctos Regni Bohemiæ Patronos. Interrogatoria.*

Ad Articulum decimum quartum Interrogatorium septuagesimum septimum, process. fol. 138. tergo.

Dicat Testis genuinam veritatem, à quo tempore ipse recordatur, Tumulo fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ingens Candelabrum ex Aurichalco superimpositum esse, & an à Majoribus suis audiverit, mox dictum Candelabrum ab immemorabili tempore superimpositum esse?

Interrogatorium septuagesimum octavum proc. fol. 138. tergo.

An ex sola hujus Candelabri superimpositione Cultus publicus erui possit, cùm etiam super aliorum hominum Sepulchris Candelabra superimponi, & Cerei ingentes ex fundatione constanter, & per totius anni decursum ardere solent?

Interrogatorium septuagesimum nonum Process. fol. 138. tergo. 139.

Undè Testis scit veritatem fuisse, & esse, quòd annò millesimò sexcentesimò quadragesimò primò per Serenissimum Archiducem Leopoldum Guillielmum huic Candelabro impositæ fuerint Statuæ Sanctorum Bohemiæ Patronorum, & inter hos etiam Statua Venerabilis Serv D i Joannis Nepomuceni?

Interrogatorium octuagesimum Process. fol. 139.

Viditnè Testis ipse hoc Candelabrum, & has Statuas illi superimpositas?

Interrogatorium octuagesimum primum Process. fol. 139.

Si vidit, & benè consideravit, reflectat se, an verum non sit, quòd Statua fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni nullum radium suprà caput habeat, sed solummodò Librum, & Palmam in manibus?

Responsiones Testium.

Interrogatorium octuagesimum secundum Process. fol. 139.

Undè Testis scit, quòd non tantùm primæ superimpositioni hujus Candelabri, verùm etiam additamento Statuarum nemo unquam contradixerit?

III.

III. *Testis Ad 77. Process. fol. 411. tergo. 412.*

Respondit. Candelabrum hoc à mea pubertate stans vidi, à Majoribus meis audivi pro priori jam stetisse.

§. 1. *Retentio dicti Candelabri de auditu à Majoribus, & de visu.*

Ad 78.

Respondit. Ex sola superinpositione Candelabri non, ex fama publica, concursu Populi, & lectione Missa-n.

§. 2. *Ea em retentio Candelabri unà cum Populi concursu, & celebratione Missarum signum est Cultus.*

Ad 79.

Respondit. Statuas Sanctorum Patronorum Bohemiæ, in quas etiam Sanctus Joannes Nepomucenus est, huic Candelabro superimpositas vidi, & audivi impositas fuisse ab Archi-e Austriæ.

§. 3. *Inter Statuas Sanctorum Regni Bohemiæ Patronorum dicto Candelabro appositarum adest illa B. Joannis cum libro, & palma de visu.*

Ad 80.

Respondit. Vidi.

Ad 81.

Respondit. Habet Librum, habet Palmam.

Ad 82.

Respondit. Quia nunquam à Majoribus meis, nec ab aliis idquam de contradictione audivi.

Nunquam fuit audita contradictio.

IV. Testis ad 77. Process. fol. 428. tergo 429.

§. 4. *Retentio dicti Candelabri ab immemorabili de auditu, & eorum lectione & de visu.*

Resp. Sic vidi, audivi, & legi.

Ad 78.

Resp Ex sola appositione Candelabri quidem non; sed constanti concursu Populi ibidem orantis, & Famâ publi-

§. 5. *Appositio prædicti Candelabri cum Populi concursu Cultus est signum.*

Ad 79.

Respondit. Audivi hoc ipsum à Senioribus me, & ipse di.

§. 6. *Existentia Statuæ librum in dicto Candelabro, tenentis ut supra §. 3 de auditu, & de visu.*

Ad 80.

Resp. Vidi.

Ad 81.

Resp. Sic observavi.

Ad 82.

Respondit. Quià nunquam aliquid de contradictione audivi.

§. 7. *Ex dicta Statuis librum, & palmam tenentis...*

Nulla contradictio audita est.

VIII. Testis. Ad 77. Processf. fol. 500. tergo 501.

Respondit. Illud Candelabrum recordor ipse à sexaginta annis stare.

§. 8.
Recognitio traditi Candelabri de visu.

Ad 78.

Respondit. Non ex sola appositione Candelabri, sed quia ex singulari Cultu ergà fidelem Servum Dei appositum.

§. 9.
Ju... Populi concursus ad Tumulum indicat cultum.

Ad 79.

Respondit. Ex auditu, & lectione Librorum.

Ad 80

Respondit. Vidi.

§. 10.
Statua B. Joannis inter Regni Patronos ut supra de visu.

Ad 81.

Respondit. Ita est.

Ad 82.

Respondit. Quià nunquam contrarium audivi.

Nulla contradictio.
Nil fuit auditum in contrarium.

Cum supradictis Testibus concordant I. Processf. fol. 375. tergo 376. II fol. 393 tergo 394. V. fol. 447. tergo 448. VI. fol. 465. terg. 466. VII. fol. 482. tergo 483. IX. fol. 603. & terg. X fol. 621. XI. fol. 516. ter 517. XII. fol. 533. ter. 534 XIII. fol. 658 & ter. XIV. fol. 552. & ter. XV. fol. 568 ter. 569. XVI. fol. 586. & tergo:

Num. 26.

Recognitio praedicti candelabri facta per peritos.

Ex Actis Visitationis Sepulchri Reliquiarum existentis in Altari posito è regione Tumuli B. Joannis, necnon signorum cultûs facta per Reverendissimum Archi-Episcopum cum assistentia promotoris fiscalis, & peritorum in Ecclesia Metropolitana die 26. Junii 1719. processf. fol. 241. & 249. tergo.

§. 1.
Existentia dicti candelabri super dictũ Sepulchrum cũ ornatu Statuarum SS. Patronorum regni, inter quas adest illa B. Joan habens palmã & librum.

Deindè perventum fuit ad visitationem, & recognitionem ingentis, & elegantis Candelabri ex Aurichalco (cujus pes artificiosissimis Statuis Puerorum undiquè ludentium refertus) supra Sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni ab immemorabili tempore collocati, tractu temporis etiam per Serenissimum Archiducem Austriæ Leopoldum Guillielmum gloriosissimæ memoriæ Ferdinandi Tertii Imperatoris Dominum Fratrem exornati, dum ipse eidem Candelabro, idque de anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo in summitate ejusdem Candelabri, Statuas Sanctorum Regni Bohemiæ Patronorum, quas inter etiam Statua Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni similitèr, ex aurichalco, paríque artificio cum bireto supra Caput, Palmâ, & Libro in manibus spectatur, apponi fecit.

Ubi

Ubi auditi, ac examinati ſuper antiquitate duo Cives, & Magiſtri Æriſuſores, nimirùm Antonius Schonfeldt ætatis ſuæ quadraginta quinque annorum, & Valentinus Lisſak ætatis ſuæ quadraginta annorum, unanimi voce, & vigore à ſe nuper præſtiti Juramenti edixerunt, ac edicunt, pedem hujus Candelabri, una cum illa parte, quæ botris, ex ære fuſis, exornata eſt, eſſe vetuſtiſſimi laboris. Illam autem ſuperadditam majorem partem cum Sanctis Bohemiæ Patronis (inter quos etiam Venerabilis Servus Dei Joannes Nepomucenus ſpectatur) fuſam, & factam fuiſſe illo anno, prout in illa noviore parte inciſus cernitur, nimirum anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo.

§. 2. *Baſis dicti Candelabri vetuſtiſſima, pars verò ſuperior, & ubi adſculpta eſt Effigies B. Joannis inter SS. Regni Patronos conſpecta apparet anno 1641.*

Notandum autem eſt hic, in primis, & fuit ſpecialitèr obſervatum, patètque Intuenti, quòd inter dictas Statuas Sanctorum Bohemiæ Patronorum, ſola Statua fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni, habeat ſubjectam Tabellam æream, in qua inciſa ſunt formalia — Sanctus Joannes de Nepomuk.

§. 3. *Prædicta Effigies B. Joannis ſola habet titulum, Sanctitatis.*

Notandum, & ſciendum pro ſecundo, quòd ſupramentionatum inſigne Candelabrum ex aurichalco ſuper Sepulchro Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni à tempore immemorabili collocatum ſteterit, & ſtet, ſuper una baſi lapideâ coloris albi, quæ baſis habet inſcriptionem perantiquo charactere Gothico in ſui circumferentia nigro colore factam tenoris ſequentis? *Iſtud eſt Candelabrum de Templo Salomonis in Hieruſalem, vi armata receptum in Mediolano per Ducem, & Barones Bohemiæ anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo quinto hic locatum* †

§. 4. *Inſcriptio denotans dictum Candelabrum fuiſſe collocatum ſuper Sepulchro B. Joannis ab anno 1395.*

Qui Character antiquus à Scriptoribus Peritis characterum antiquorum, ſeu Antiquarijs ſupranominatis luſtratus, & accuratè fuit conſideratus; qui unanimitèr reſponderunt, judicârunt, & vi a ſe nuper præſtiti Juramenti judicant, Characterem hunc eſſe vetuſtiſſimum, & quidem ex ea etiam ratione, quòd is ſimilitudinem habeat cum charactere, & apicibus literarum in Sacello Sternbergico Beatiſſimæ Virginis Annunciatæ, ſuprà murum, colore nigro ſcriptis, & appoſitis, & quidem de anno milleſimo biſcenteſimo trigeſimo; & quòd etiam character in baſi lapidea præfata ſcriptus, cum charactere in muro ſcripto, in nullo differant, quam quòd character in baſi ſit minor, & in muro ſit character major.

§. 6. *Judicium Peritorum circa antiquitatem dicti characteris.*

Ad Articulum undecimum Interrogatorium sexagesimum sextum Processf. fol. 136. tergo 137.

Num. 27. *Dicta Testium deponentium, quod B. Joannes colatur tanquam Patronus famâ periclitantiũ. Interrogatoria*

Reflectat se benè Testis, ac à quo tempore pubertatis suæ recordatur, fidelem Servum Dei Joannem Nepomucenum usquè in præsens pro singulari apud Deum Patrono famâ, & bono nomine Periclitantium, haberi, & coli, & an ipse Testis eundem pro tali habuerit, & coluerit.

Interrogatorium sexagesimum septimum Procesf. fol. 137.

Audivitne Testis à Majoribus suis, illi verò iterum à suis Majoribus, quòd non tantum illorum tempore, sed etiam abantè multum memoratus fidelis Servus Dei Joannes Nepomucenus (idque sinè quacunque contradictione) pro Patrono famâ Periclitantium semper habitus, & cultus fuerit.

Interrogatorium sexagesimum octavum. Procesf. fol. 137.

Recenseat Testis Historicos, & Scriptores, in quibus se legisse credit, quòd fidelis Servus Dei Joannes Nepomucenus famâ periclitantium Patronus esse debeat, & quòd de hoc semper publica vox, & famâ, communis reputatio, & inconcussa traditio fuerit?

Ad Articulum duodecimum, Interrogatorium sexagesimum nonum. Procesf. fol. 137. & tergo.

Responsiones Testium.

A quo tempore Testis genuinam scientiam habet, quòd multi Deum in fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno laudent, & deprædicent, & an verum sit, quòd hæc laus, & deprædicatio non aliò fine, nisi propter varias per ejus intercessionem, & merita à Deo obtentas gratias, & beneficia, præsertim conservationem famæ, & boni nominis facta sit, & in hodiernum usquè diem fiat?

§. 1. *Patronus famæ periclitantium.*

II. Testis ad 66. Procesf. fol. 392. tergo 393.

Respondit, Plusquam à quinquaginta annis recordor, quòd pro Patrono famâ, & bonô nomine Periclitantium habitus fuit, & ipse illum pro tali habeo, & colo.

§. 2. *De auditu à Majoribus etiam secundo, & ex l ctione Authorum.*

Ad 67.

Respondit. Semper hoc à Majoribus, & Senioribus me, idque sinè ulla contradictione audivi.

§. 3. *B. Joannes prædicatur tanquam Patronus famæ.*

Ad 68

Respondit. Hoc legi in Authoribus suprà nominatis, & de hoc semper publica vox, & fama, communis reputatio, & inconcussa traditio fuit, & manet

Ad

Ad 69.

Respondit. Indè hoc ſcio, quia ſic, & non aliter ſemper audivi, & in hodiernum diem fama publica eſt.

§. 4. Recordatur ſe à quinquaginta annis audiviſſe B. Joannem habers pro Patrono, ut ſupra

III. Teſtis ad 66. Proceſſ. fol. 410. tergo.

Respondit. Jam ante dixi à quinquaginta annis, & etiam ipſemet illum Sanctum colo.

Ad 67.

Respondit. Audivi à meis Majoribus. & illi quoque ſine dubio à ſuis Majoribus.

§. 5. Etiam ex auditu Majorum, & ſecundo.

Ad 68.

Respondit. Hiſtoricos jam ſupra recenſui, & de hoc ſemper publica vox, & fama, communis reputatio, & inconcuſſa traditio fuit, & eſt. Ad 69.

§. 6. De publica voce, & fama.

Respondit. A quinquaginta annis ipſemet recordor, & à meis Majoribus audivi, & in hodiernum uſque diem ſubſiſtit.

§. 7. B. Joannes prædicatur tanquam Patronus fama.

VIII. Teſtis ad 66. Proceſſ. fol. 499. & tergo.

Respondit. A ſexaginta annis, & ſemper pro tali piè habui & colui. Ad 67.

§. 8. Meminit ſe à 60. annis audiviſſe ut ſupra, & coluiſſe.

Respondit. Ab Avunculo meo hoc audivi, & paſſim ab alijs omnibus, qui extrà dubium hoc iterum à ſuis Majoribus per traditionem habuerunt. Ad 68.

Respondit. Authores jam ſuprà ſpecificati, qui hujus mentionem faciunt, & de hoc ſemper publica vox, & fama, & inconcuſſa traditio fuit.

§. 9. De auditu ab omnibus, & de ſecundo.

Ad 69.

Reſpondit. A ſexaginta annis horum omnium recordor.

§. 10. Ex lectione librorum, & fama publica.

IX. Teſtis ad 66. Proceſſ. fol. 602. & tergo.

Reſpondit. A juventute mea hoc audivi, illum colui, & in hodiernum uſquè diem pro maximo colo.

§. 11. B. Joannes prædicatur tanquam fama Patronus.

Ad 67.

Reſpondit. Hoc ſemper audivi ab Avo, & à Matre mea, qui illius magni Cultores fuerunt, & paſſim ab omnibus.

Ad 68. Reſpondit. Authores, & libros jam ſuprà recenſui, & de his ſemper fuit conſtans fama, & vox publica.

§. 12. Audivit a juventute, quòd B. Ioannes ſit Patronus fama, & ſimul tanquam talem coluit. §. 13. De auditu a Majoribus etiam ſecundo.

Ad 69.

Reſpondit. Ab Avo, & Matre mea jam audiveram, quòd ſæpè in ipſo Deus fuerit laudatus, & deprædicatus, & quòd pro Patrono famæ, & boni nominis habitus fuerit.

cum supradictis Testibus concordant I. Processf. fol. 374. & tergo IV. fol. 427. & tergo V. fol. 446. & tergo VI fol. 464. & tergo VII. fol. 481. tergo X fol. 619. ter. 620. XI. fol. 515. terg. XII. fol. 532. & terg. XIII. fol. 636. terg. 637. XIV. fol. 550. terg. 551. XV. fol. 567. terg. 568. XVI. fel. 584. terg. 585.

Num. 28. *Dicta Testium quod B. Joannes ab antiquo tempore habeantur pro Patrono Regni Bohemiæ. Interrogatoria.*

Ad Articulum decimum quintum Interrogatorium quinquagesimum tertium ex Processu super fama Sanctitatis fol. 560.

Etiamne Testis à Majoribus suis audivit, quòd fidelis Servus Dei Joannes Nepomucenus, non minùs, ac alij Sancti Patroni Bohemiæ ab hominibus cultus fuerit.

Interrogatorium quinquagesimum quartum.

An etiam hi Majores eundem pro Patrono Bohemiæ coluerint. I. Testis ad 53. Processf. fol. 657. tergo

Responsiones Testium.

Respondit. Jam sæpiùs dixi, me de hoc audivisse, & famam talem fuisse. Ad 54. Respondit. Etiam.

II. Testis ad 53. Processf fol. 670.

Respondit. Audivi, & est notorium in toto Regno.

Ad 54 Respondit. Non tantùm Majores mei, sed totum Regnum, & Ego ipse. IV. Testis ad 53. Processf. fol. 695.

Respondit. Audivi, quòd semper in Cultu fuerit sicut alij Patroni Bohemiæ.

Ad 54.

Respondit. A quo ego recordor, semper eum coluerunt & de hoc etiam narrabatur, quòd Majores nostri eum, ut Patronum Bohemiæ, venerati fuerint.

V. Testis ad 53. Processf. fol. 707. ter.

Resp. Audivi omninò à Majoribus. Ad 54.

Respondit. Omninò jam dixi, omnes illos Magnates Martinitzianos, Kolovatianos, Slauvatianos, Rorbnianos, Sternbergianos semper Sanctum hunc coluisse, & de facto, antequam Moderni Magnates ad sua Tribunalia vadunt, Sepulchrum ejus genuflexi venerantur, immò, & ipsi Augustissimi Imperatores, Leopoldus, Josephus, & Carolus, dum Pragæ essent, & Sepulchra Sanctorum Patronorum visitarent, etiam Sepulchri Sancti Joannis Nepomuceni adgeniculati, & venerati sunt.

XIV. Testis ad 53. Processf. fol. 818. & ter.

Respondit. Audivi cultum fuisse, & de facto colitur.

Ad 54.

Respondit. Etiam.

Ad

Ad Articulum decimum nonum Interrogatorium centesimum primum processʃ. fol. 142. Num. 29.

A quo tempore ipse Testis (a sua pubertate numerando) recordatur, sæpedictum Cultum auctum esse, & quidem longè ferventiore devotione, assiduitate, majorique Cultorum frequentiâ, quàm aliis Sanctis Regni Bohemiæ Patronis præstari soleat; non minùs, an verum sit, quòd Effigies huius fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni tàm à majoribus, quàm minoribus Religiosis, & Sæcularibus, in pectore appensæ portentur, tolerantibus, & non contradicentibus Ordinariis?

Dicta alicrum Testium frequentium maleriam venerationis præstitæ B. Joanni uti Bohemiæ Patron, & delationis Effigierum in pectore Interrogatoria.

Ad Articulum vigesimum secundum Interrogatorium centesimum decimum. Process. fol. 143. tergo.

Ex quo fundamento Testis asserere potest, veritatem fuisse, & esse, quòd Venerabilis Servus Dei Joannes Nepomucenus absquè humano impulsu, vel affectata Capituli Metropolitani sollicitudine, aut cura, vel cujusvis alterius inordinato studio, sed ex solo impulsu Devotionis de Cælo causato, ab immemorabili tempore inter Sanctos Bohemiæ Patronos fuerit numeratus, positus, & cultus?

III. Testis Ad 101. Processʃ. fol. 414.

Respondit. Hoc totum à quinquaginta annis ipse recordor citrà omnem contradictionem.

Ad 110. Process fol. 415.

Respondit. Ex traditione Majorum, & ex lectione librorum.

Responsiones Testium.

§. 1.

Cultus B. Joannis tanquā Patroni, & delationis effigierum.

V. Testis Ad 101. processʃ. fol. 450. terg.

Respondit. De Cultu recordor à quadraginta annis de die in diem crescente, Charismata autem, seù numismata, quæ cum Effigie ipsius ex devotione feruntur à fidelibus utriusque sexûs, à pluribus annis ab eisdem fidelibus portari vidi, tolerantibus, & non contradicentibus, Ordinariis.

Ad 110. processʃ. fol 451. terg.

Respondit. Quia sic audivi à Senioribus me, & esse hunc Cultum divinitùs super cordibus fidelium inspiratum, confirmatum, & auctum, ex hoc etiam agnosci potest, quòd fervor devotionis ergà hunc Sanctum per tot revolutiones, & Bella interruptus non fuerit, ac Servus Dei pro Patrono Regni habitus fuerit, neque de ulla affectata cura, vel studio promovendi Cultûs aliquam constat.

§. 2. Ratio sinceritatis Cultûs præstiti B. Joanni fundata in eo, quòd propter revolutiones, & Bella nunquā

VI. Teſtis Ad 101. Proceſſ. fol. 468. & terg.

Reſpondit. Cultum auctum pluſquam à quinquaginta annis recordor. Deportationes Medaliarum, vel Effigierum autem, pluſquam à viginti annis recordor.

Ad 110. Proceſſ. fol. 469. terg.

Reſpondit Quia ſemper ſic audivi à Majoribus, & me Senioribus, & nihil in contrarium.

VIII. Teſtis Ad 101. proceſſ. fol. 503.

Reſpondit. A ſexaginta annis Cultum recordor, & quòd ſemper augeatur, palam conſtat Imagines antiquas etiam plurimas, vidi à tempore annorum diſcretionis meæ. Imagines autem in pectore appenſas, à triginta annis recordor, ſinè omni contradictione Ordinariorum.

Ad 110. proceſſ. fol. 405.

Reſpondit. Hoc puto, & credo ex ſolo impulſu devotionis de Cælo cauſato, inter Sanctos Bohemiæ Patronos, numeratum, poſitum, & cultum fuiſſe.

IX. Teſtis Ad 101. Proceſſ. fol. 605. terg.

Reſpondit. Cultum à juventute mea fuiſſe, & in dies augeri recordor; & à plurimis annis recordor deportationem Numiſmatum.

Ad 110. Proceſſ. fol. 606. tergo. 607.

Reſpondit. Quia ſic ſemper à Majoribus meis audivi, & multas Imagines vidi, in quibus inter Patronos Bohemiæ pictus eſt.

Cum ſupradictis Teſtibus concordant I. Proceſſ. fol. 378. terg. 379. terg. II. fol. 396. 397. ter. IV. fol. 430 ter. 432. VII. fol. 485. 486. ter. X. fol. 623. 624. XI. fol. 519. 520. XII. fol. 536. 537. tergo XIII. fol. 640. terg 641. tergo XIV. fol. 554. terg. 555. terg. XV. fol. 571. 572. ter. XVI. fol. 588. ter. 589. ter.

Num. 30. *Dicta Teſtium de magno populi concurſu ad Tumulum B. Joannis die illius annuæ commemorationis.*

Ad Articulum vigeſimum Interrogatorium centeſimum ſecundum Proceſſ. fol. 142. tergo.

A quo tempore Teſtis recordatur, quòd in die commemorationis fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni (ideſt 16 Maij) ſicut, & per totam Octavam univerſus Populus ad Metropolitanam [ubi Corpus ejus quieſcit] copioſiſſimè confluat, ibidémque Sacram Confeſſionem, & Communionem devotè peragat?

Inter-

Interrogatorium centesimum tertium processs. fol.142 ter.

An non ille concursus tantùm ex pia consuetudine practicetur, & quià unus devotus alterum allicit, an verò ex eo, quòd quamplurimi per intercessionem illius beneficia, petituri, vel pro receptis gratias acturi, tàm copiosè concurrant.

Interrogatoria.

Interrogatorium centesimum quartum process. fol.142.ter.143.

An Testis audiverit de hoc concursu etiam à suis Majoribus, illi verò vicissim à suis, & quòd concursus iste semper constans, & nunquam interruptus fuerit, & in hodiernum usque diem permaneat, & an.de hoc, quòd semper fuerit, & sit vox publica, communis reputatio; & antiqua traditio, & quòd huic concursui, & devotioni dictô, factô, vel scriptô nemo contradixerit, & puram novitatem esse asserverit?

Interrogatorium centesimum quintum process. fol.143.

Dicat Testis, quid & ipse de hoc concursu, & devotione sentiat, an reverà ex zelo ordinato proveniat?

Interrogatorium centesimum sextum process. fol.143.

A quo tempore Testis hunc ità ferventem zelum devotionis recordatur, & an prorsus unquam huic aliquid in contrarium, dictum, scriptum, aut factum fuerit, reflectat se benè Testis, ne conscientiam lædat?

Responsiones Testium.

I. Testis Ad 102. processs.fol 378. ter.379.

Respondit. A juventute mea.

§.1. Recordatus concursûs ut supra die commemorationis ex motivo impetrandi aliquod beneficium vel reddendi gratias.

Ad 103.

Respondit. Audivi semper non ex curiositate, vel pia consuetudine, sed ex eo, quòd plurimi per intercessionem illius beneficia petant, & pro receptis gratias agant.

Ad 104.

Respondit. A senioribus me hoc audivi, & Parens meus hunc Cultum practicavit. Cæterùm à tempore recordationis meæ semper fuit vox publica, de hoc concursu, & ut huic scriptio vel facto contradictum, vel novitas fuisset, nunquam audivi.

§.2. Ex auditu à Senioribus etiam secundo, ut in interrogatorio.

Ad 105.

Respondit. Omninò provenit ex zelo ordinato, vel petendarum gratiarum, vel de acceptis rependendarum.

Ad 106.

Respondit. Ab infantia hunc Cultum recordor, & nunquam aliquid in contrarium audivi.

II.

VI. Testis Ad 101. Processf. fol. 468. & terg.

Respondit. Cultum auctum plusquam à quinquaginta annis recordor. Deportationes Medaliarum, vel Effigierum autem, plusquam à viginti annis recordor.

Ad 110. Processf. fol. 469. terg.

Respondit Quia semper sic audivi à Majoribus, & me Senioribus, & nihil in contrarium.

VIII. Testis Ad 101. processf. fol. 503.

Respondit. A sexaginta annis Cultum recordor, & quòd semper augeatur, palam constat Imagines antiquas etiam plurimas, vidi à tempore annorum discretionis meæ. Imagines autem in pectore appensas, à triginta annis recordor, sinè omni contradictione Ordinariorum.

Ad 110. processf. fol. 405.

Respondit. Hoc puto, & credo ex solo impulsu devotionis de Cælo causato, inter Sanctos Bohemiæ Patronos, numeratum, positum, & cultum fuisse.

IX. Testis Ad 101. Processf. fol. 605. terg.

Respondit. Cultum à juventute mea fuisse, & in dies augeri recordor; & à plurimis annis recordor deportationem Numismatum.

Ad 110. Processf. fol. 606. tergo. 607.

Respondit. Quia sic semper à Majoribus meis audivi, & multas Imagines vidi, in quibus inter Patronos Bohemiæ pictus est.

Cum supradictis Testibus concordant I. Processf. fol. 378. terg. 379. terg. II. fol. 396. 397. ter. IV. fol. 430 ter. 432. VII. fol. 485. 486. ter. X. fol. 623. 624. XI. fol. 519. 520. XII. fol. 536. 537. tergo XIII. fol. 640. terg 641. tergo XIV. fol. 554. terg. 555. terg. XV. fol. 571. 572. ter. XVI. fol. 588. ter. 589. ter.

Num. 30. *Dicta Testium de magno populi concursu ad Tumulum B. Joannis die illius annuæ commemorationis.*

Ad Articulum vigesimum Interrogatorium centesimum secundum Processf. fol. 142. tergo.

A quo tempore Testis recordatur, quòd in die commemorationis fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni (idest 16 Maij) sicut, & per totam Octavam universus Populus ad Metropolitanam [ubi Corpus ejus quiescit] copiosissimè confluat, ibidémque Sacram Confessionem, & Communionem devotè peragat?

Inter-

Interrogatorium centesimum tertium process. fol.142 ter.

An non ille concursus tantùm ex pia consuetudine practicetur, & quià unus devotus alterum allicit, an verò ex eo, quòd quamplurimi per intercessionem illius beneficia, petituri, vel pro receptis gratias acturi, tàm copiosè concurrant.

Interrogatoria.

Interrogatorium centesimum quartum process. fol.142.ter.143.

An Testis audiverit de hoc concursu etiam à suis Majoribus, illi verò vicissim à suis, & quòd concursus iste semper constans, & nunquam interruptus fuerit, & in hodiernum usque diem permaneat, & an.de hoc, quòd semper fuerit, & sit vox publica, communis reputatio; & antiqua traditio, & quòd huic concursui, & devotioni dictô, factô, vel scriptô nemo contradixerit, & puram novitatem esse asserverit?

Interrogatorium centesimum quintum process. fol.143.

Dicat Testis, quid & ipse de hoc concursu, & devotione sentiat, an reverà ex zelo ordinato proveniat?

Interrogatorium centesimum sextum process. fol.143.

A quo tempore Testis hunc ità ferventem zelum devotionis recordatur, & an prorsus unquam huic aliquid in contrarium, dictum, scriptum, aut factum fuerit, reflectat se benè Testis, ne conscientiam lædat?

Responsiones Testium.

I. Testis Ad 102. process. fol 378. ter.379.

Respondit. A juventute mea.

§.1. Recordatus concursûs ut supra die commemorationis ex motivo impetrandi aliquod beneficium vel reddendi gratias.

Ad 103.

Respondit. Audivi semper non ex curiositate, vel pia consuetudine, sed ex eo, quòd plurimi per intercessionem illius beneficia petant, & pro receptis gratias agant.

Ad 104.

Respondit. A senioribus me hoc audivi, & Parens meus hunc Cultum practicavit. Cæterùm à tempore recordationis meæ semper fuit vox publica, de hoc concursu, & ut huic scriptio vel facto contradictum, vel novitas fuisset, nunquam audivi.

§.2. Ex auditu à Senioribus etiam secundo, ut in interrogatorio.

Ad 105.

Respondit. Omninò provenit ex zelo ordinato, vel petendarum gratiarum, vel de acceptis rependendarum.

Ad 106.

Respondit. Ab infantia hunc Cultum recordor, & nunquam aliquid in contrarium audivi.

II.

§.3. *Concursus in die Commemorationis ut supra.*

II. Testis ad 102. Process.396. terg.397.

Respondit. A juventute mea.

Ad 103.

Respondit. Ego aliam concursûs rationem dicere non scio, nisi ex devotione, & quia ipsum pro patrocinio implorant, & pro obtentis per ipsum beneficiis, gratias agunt, & hinc copiosè confluunt.

Ad 104.

§.4. *De auditu continuo, & publica.*

Respondit. Hoc possum certò dicere, me semper audivisse, de hoc constanti, & nunquam interrupto cultu, qui in hodiernum usquè diem permanet, & quòd de hoc semper vox publica, communis reputatio, & inconcussa traditio fuerit, nec unquam audivi novitatem aliquam esse, nequè illi contradictum fuisse.

Ad 105.

Respondit. Omninò sentio, quòd ex zelo ordinato proveniat.

Ad 106.

Respondit. A juventute mea, & nunquam aliquid in contrarium audivi, aut legi.

§.5. *Concursus in die commemorationis ut supra.*

IV. *Testis ad* 102. *Process. fol.* 431. *& tergo.*

Respondit. A quadraginta duobus annis.

Ad 103.

Respondit. Aliter nescio, quàm quòd concurrant, spe beneficiorum per intercessionem illius obtinendorum, & pro receptis gratias acturi.

Ad 104.

§.6. *Ex auditu à Senioribus.*

Resp. Sic audivi semper à Senioribus me, hunc Cultum ab antiquo viguisse, & quòd in hodiernum usque diem vigeat, & augeatur, ipsemet scio, nequè de contradictione, vel, quòd novitas sit, mihi aliquid constat.

Ad 105.

Resp. Sic sentio, quòd ex zelo ordinato proveniat.

Ad 106.

Respondit. Ab annis quadraginta duobus, & nihil in contrarium audivi, aut legi.

VI. Testis ad 102. process. fol.468. tergo.469.

Re-

Respondit. A juventute mea. *§. 7. Concursus in die commemorationis ut supra.*

Ad 103.

Respondit. Non ex pia consuetudine, sed ex singulari confidentia in Sanctum, ad beneficia obtinenda, vel pro receptis gratias agendi. Ad 104.

Respondit. Concursum à Parente meo audivi, & etiam ipse vidi; de contradictione autem, vel assertione novitatis nunquam aliquid audivi. *§. 8. De auditu à Parente, & de visu.*

Ad 105.

Respondit. Sentio, quòd ex zelo ordinato proveniat.

Ad 106.

Respondit. Plusquam à quinquaginta annis recordor, & nunquam aliquid in contrarium audivi vel legi.

IX. Testis ad 102. Procesf. fol. 606. & tergo. *§. 9. Recordatur concursus in die commemorationis ut supra §. 1.*

Respondit. A juventute mea.

Ad 103.

Respondit. Iste concursus non est ex consuetudine, sed ex eo, quòd plurimi per intercessionem ipsius à Deo gratias impetraverint, & pro receptis gratias agant.

Ad 104.

Respondit. Jam de hoc Cultu tàm ab Avo, quàm Matre mea audivi. Talis etiam semper vox publica, & antiqua traditio fuit, nec de contradictione mihi quidquam constat. *§. 10. Etiam de auditu ab Avo, & Matre, & de fama publica.*

Ad 105.

Respondit. Teneo, quòd ex vero zelo, & benè ordinato proveniat.

Ad 106.

Respondit. A juventute mea recordor, & nihil unquam contradictum fuisse.

Cum supradictis Testibus concordant III. Proc. fol. 414. & ter. V. fol. 450. ter. 451. VII. fol. 485. ter. 486. VIII. fol. 503. & ter. IX. fol. 606. X. fol. 623. ter. 624. XI. fol. 519. & ter. XII. fol. 536. ter. 537. XIII. fol. 640. ter. 641. XIV. fol. 554. ter. 555. XV. fol. 571. ter. 572. XVI. fol. 588. ter. 589.

Num. 31. *Orationes, & Hymnus in honorem B. Joannis, in quibus recensentur ejus gesta, Martyrium, Miracula, & Cultus.*

A.

Oratio.

Ex Libro, cui titulus -- Spiritualis Coronæ Bohemiæ Exaltatio -- *Authore Georgio Bartholdo Pontano à Breitenberg. impress. Anno 1599. compulsat. Process. fol. 362. tergo 363.*

Oratio ad S. Joannem Confessorem.

Sancte Martyr Patrone, & Advocate Joannes, qui ex Bohemiæ Oppido Nepomuk oriundus, hujus Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus fuisti, quique ad Wencealai IV. Regis petitionem ex Te suæ conjugis Confessionem rescire, & hôc modô de memorata sua Conjurge ulcisci volentis, nec tortus, nec rogatus manifestare voluisti, de Ponte in Moldavam dejectus, innocenter submersus, & in certum tuæ innocentiæ, & sanctitatis signum nocturnô tempore supra tuum demersum Corpus multis ardentibus luminaribus inter aquas visis, *propterea hoc ex Moldava levatum, per universum Clerum, omnemque Populum, magna cum reverentia, ac veneratione huc sepultum,* quiquè hodiè, dum Sepulchrum tuum temerè dishonorat, mox, & certæ infamiæ publicæ subijcitur, in quo mirum, inauditum, ac æternum Confessionis celandæ testimonium reliquisti. Per hæc tua merita, atquè à Deo concessam gratiam, Te fideliter securèque petimus, velis tua intercessione apud Deum omnipotentem nobis omnem gratiam impetrare, ut ejusdem Omnipotentis Dei ira placata, is propiciatus pœnam peccatorum, idest, Pestem, Bellum, Famem, omnèmque tribulationem, ac Corporis, & Animæ pericula à nobis avertat, peccata etiam nostra antè obitum ex integro, ac devotè confiteri; pro his quoquè satisfacere, prætereà nulli Corporis, ac Animæ periculo, alterivè Mundi infamiæ, & offendiculo subijciamur, verum in nostris munijs, & actionibus Deo placere, Tibique adhærere, vitam nostram laudabiliter finire, & ad vitam æternam pervenire valeamus. Per JEsum Christum Dominum Salvatorem nostrum, Amen.

Ex Libro Hymnorum Sacrorum de Beata Virgine, & Sanctis Patronis Regni Bohemiæ apud Georgium Bartholdum Pontanum edito anno 1602. compulsat. in Processu super Fama Sanctitatis fol. 541. à ter. & sequen.

De Sancto Joanne Nepomuceno Canonico Pragensi Martyre.

HYMNUS.

Inter tot celebres, Zechia quos colis,

Pæ

Patronos, minimus non celebraberis
Votis Jane Sacer, Presbyter optimè.
Prognate è Nepomucio.
Non vitam, studium, non cano cætera
In te magnifica, & quòd fueris Pius
Prælatus penès hanc Metropolim Sacram
Ædem, & tam Venerabilis.
Majus, quod memeror, quodque Bohemia
Mire nostra colit, vix Regio extera
Huic noscit simile hinc novimus ecquis
Est Confessarius optimus.
Wenceslaus iners luxurians nimis
Indulgens variis tantus ineptijs
Rex à multibona Conjuge carpitur,
Secretò tamen, & piè.
Hostis consilij judicijque inops
Execratur opus tàm meritorium;
Uxorémque suam *Presbyterum* dein
Te Sanctissimum in omnibus.
Vult dici sibimet crimina Conjugis
Quæ majora suæ, sic càperet necis
Causam multiplicem, tolleret impiè
Uxorem indè pijssimam.
Respondens misero, Presbyter optime:
Non sunt nota mihi crimina Conjugis;
Quòd si nota quidem, non licitum mihi
Hæc concredita prodere.
Rex actus furiis, Carcere condier
Torquerique jubet Presbyterum bonum;
Verùm corde premit summa silentia,
Confessarius optimus.
Cum nil proficeret, Flumine mergier
Cæcâ nocte jubet plurima protinus
Lux undis rutilat nuncia Corporis
Servati, & fidei suæ.
Agnoscit scelus hoc Rex reus omnium,
Discedítque alio crimine turbidus;
Accurrit Populus, tollit in æthera
Hæc miracula maxima.

B. *Hymnus.*

Prælati roseum Corpus, ut auferunt
Ante Aras Mariæ in Metropolim suam
Condunt, & Tumulum marmore muniunt
Cum magna reverentia.
Discas presbytero Crimina credere,
Non illi ista homini pandere, Presbyter.
Et tu disce, Dei, qui geras hic vices:
Hæc Ecclesia præcipit.
Signis mirificis hæc Deus approbat.
Qui lædit leviter marmoreum locum.
Ridet Reliquias, sustinet hac die
Certum opprobrium ut impius.
O fulgens superis *Martyr* honoribus
Hoc per *Martyrium*, per meritum tuum
Nos audi, petimus, respice sydere
Da patrocinium tuum.
Ut, qui te colimus, simus ab omnibus
Securi opprobrijs, nec nisi crimina
Confessi, has animas, fata ubi postulant.
Emittamus in æthera.
Sit laus summa Patri, gloria filio,
Sancto Spiritui, gloria numini
Trino, unique decus, gratiæ, & actio
Sit sit sæcula in omnia.

Ex P. Bohuslao Balbino apud Continuatores Bollandi in Actis Sanctorum compulsat. in Processu super Famâ Sanctitatis fol. 601. à tergo, ubi legitur sequens Oratio, quam tribus linguis, Bohemicâ, Germanicâ & Latinâ Sepulchro B. Joannis affixam populus pie recitare consuevit.

C.

Alia Oratio.

Beatus Joannes Martyr, ac Patrone, Nepomuci in Regno Bohemiæ oriunde, Templi Sancti Viti in Arce Pragensi Canonice, & quòd ad instantiam Wencelai Quarti Regis, ulcisci se de conjuge sæpè illum de vita corrigenda monente, volentis, antè, & post torturam Confessionem Augustæ propalare recusasti, in Flumen Moldavam ex Ponte præcipitatus, à luminibus noctu supra Flumen, ubi Corpus tuum jacuit, apparentibus certissimis tuæ innocentiæ, & Sanctitatis testibus ostensus *solemniter ab universo Clero, & populo ad Cathedrale Templum deportatus* fuisti, ubi usque hodiè, qui tuum sepulchrum exhonorant, in-
famiam

miam effugere non solent. Tu enim admirandam, inaudi-
m, ac sempiternam memoriam secreti Exomologeseos tuendi
ost Te reliquisti, per hæc tua merita, & dona, divinitus tibi
oncessa precamur suppliciter, ac fiducialiter, apud omnipo-
ntem Deum eam impetra nobis gratiam, ut ira ejus co quie-
at, peccatorum pœnas, uti Pestem, Bellum, Famem, aliás-
ue tam Corporis, quàm Animæ plagas clementer avertat, &
nos antè obitum confiteri, pro peccatis satisfacere, omne
ericulum, & sæculi dedecus, hominumque scandalum effuge-
, Deo placere, & adhærere, vitam laudabiliter concludere ;
ad vitam æternam pervenire possimus, per Jesum Christum
ominum, ac Salvatorem Nostrum, Amen.

Ad Articulum vigesimum secundum Interrogatorium centesimum decimum primum Process. fol. 144.

Num. 32 Dicta Testium deponentium de supra relato Hymno in honorem B. Ioannis apud Partholdum Pontanum. Interrogatoria.

An Testis Hymnos, (quos Bartholdus Pontanus quon-
am Præpositus Pragensis anno millesimo sexcentesimo secun-
o de Beata Virgine, & Sanctis Patronis Bohemiæ vulgavit) Vi-
erit, & legerit ?

Interrogatorium centesimum decimum secundum process. fol. 144.

Etiam è Testis inter hos hymnos de fideli Servo Dei Jo-
nne Nepomuceno hymnum reperit, & legit ?

Interrogatorium centesimum decimum tertium, process. fol. 144.

Recenseat Testis genuinè, cujus jussu vel qua, authorita-
e, & an præviâ censurâ supradicti hymni (& inter illos etiam
ymnus de fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno) typis vulga-
i fuerint.

Interrogatorium centesimum decimum quartum Process. fol. 144.

Responsiones Testium.

An non contra hos hymnos, præcipuè verò contrà hym-
num de fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno aliquis contradi-
torié scripserit, vel vulgari fecerit ?

§. 1. Hymnus de supra B. Joanne approbatus est in Hymnis de Sanctis Patronis Regni Bohemiæ de quo nunquam auditum fuit.

VIII. Testis Ad 111. Process. fol. 504. & ter.

Respondit. Vidi, & legi.

Ad 112.

Respondit. Reperi, & legi.

Ad 113.

Respondit. Non dubito, quin vulgatus fuerit authoritate Superiorum. Ad 114.

Respondit. Nihil vidi, nec legi.

XIII. Testis Ad 111. process. fol. 642. Re-

§. 2. *Hymnus appositus, ut supra.*

Respondit. Vidi & legi.

Ad 112.

Respondit. Inveni, & legi.

Ad 113.

Nil auditum est in contrarium.

Respondit. Utiquè cum licentia Superiorum.

Ad 114.

Respondit. Nihil de hoc scio, nec etiam legi.

XVI. Testis. Ad 111. process. fol 589. ter. 590.

Respondit. Vidi, & legi.

§. 3. *Hymnus appositus ut supra.*

Ad 112.

Respondit. Reperi, & legi.

Ad 113.

Respondit. Recordor me legisse in hoc libello hæc formalia -- *cum licentia superiorum editum fuisse.*

Ad 114.

Respondit. Meâ vitâ nihil de hoc audivi.

Nil fuit auditum in contrarium.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol. 379. ter. 380. II. fol. 397. tergo. III. fol. 415. & ter. IV. fol. 432. & ter. V. fol. 452. VI. fol. 469. & tergo. VII. fol. 486. & ter. IX. fol. 607. X. fol. 624. ter. XI. fol. 520. & ter. XII. fol. 537. ter. XIV. fol. 556.

Ad Articulum decimum sextum Interrogatorium octuagesimum sextum. process. fol. 139. tergo.

Num. 33. *Dicta Testium de erectione Altaris in honorem B. Joannis è regione ejus Sepulchri. Interrogatoria*

Undè scit, veritatem fuisse, & esse, quòd fideli Servo Dei Joanni Nepomuceno à tempore (cujus memoria non extat) in Capella è regione ejus Sepulchri Altare erectum fuerit dicat Testis, quisnam illud erigi curaverit?

Interrogatorium octuagesimum septimum Process. fol. 139. ter. 140.

Undè Testis scit, aut scire potest, quòd (dum expulsô Fridericô Palatinô, Ecclesia Metropolitana per Calvinistas profanata, iterum reconciliata fuisset) supradictum Altare anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo die 16. Julii per Joannem Lohelium Archi-Episcopum Pragensem eidem Venerabili Servo Dei Joanni Nepomuceno novitèr dicatum fuerit?

Interrogatorium octuagesimum octavum Process. fol. 140.

Vidit nè Testis hoc Altare in honorem ejusdem Servi Dei erectum, & dicatum?

Interrogatorium octuagesimum nonum. Process. fol. 140.

Recordaturnè Testis toto tempore suæ vitæ multùm memora-

famiam effugere non solent. Tu enim admirandam, inauditam, ac sempiternam memoriam secreti Exomologeseos tuendi post Te reliquisti, per hæc tua merita, & dona, divinitus Tibi concessa precamur suppliciter, ac fiducialiter, apud omnipotentem Deum eam impetra nobis gratiam, ut ira ejus conquiescat, peccatorum pænas, uti Pestem, Bellum, Famem, aliásque tam Corporis, quàm Animæ plagas clementer avertat, & ut nos antè obitum confiteri, pro peccatis satisfacere, omne periculum, & sæculi dedecus, hominumque scandalum effugere, Deo placere, & adhærere, vitam laudabiliter concludere; & ad vitam æternam pervenire possimus, per Jesum Christum Dominum, ac Salvatorem Nostrum, Amen.

Ad Articulum vigesimum secundum Interrogatorium centesimum decimum primum Processf. fol. 144.

An Testis Hymnos, (quos Bartholdus Pontanus quondam Præpositus Pragensis anno millesimo sexcentesimo secundo de Beata Virgine, & Sanctis Patronis Bohemiæ vulgavit) viderit, & legerit? Num. 32 *Dicta Testium deponentium de supra relato Hymno in honorem B. Ioannis apud Partholdum Pontanum. Interrogatoria.*

Interrogatorium centesimum decimum secundum process. fol. 144.

Etiamne Testis inter hos hymnos de fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno hymnum reperit, & legit?

Interrogatorium centesimum decimum tertium, process. fol. 144.

Recenseat Testis genuinè, cujus jussu vel qua, authoritate, & an præviâ censurâ supradicti hymni (& inter illos etiam hymnus de fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno) typis vulgati fuerint.

Interrogatorium centesimum decimum quartum Process. fol. 144. *Responsiones Testium.*

An non contra hos hymnos, præcipuè verò contrà hymnum de fideli Servo Dei Joanne Nepomuceno aliquis contradictoriè scripserit, vel vulgari fecerit? *§. 1.* *Hymnus ut supra de B. Joanne appositus alijs Hymnis de Sanctis Patronis Regni Bohemiæ de visu N. unquam auditum fuit.*

VIII. Testis Ad 111. Process. fol. 504. & ter.

Respondit. Vidi, & legi.

Ad 112.

Respondit. Reperi, & legi.

Ad 113.

Respondit. Non dubito, quin vulgatus fuerit authoritate Superiorum. Ad 114.

Respondit. Nihil vidi, nec legi.

XIII. Testis Ad 111. process. fol. 642.

§. 2. *Hymnus appositus. ut supra.*

Respondit. Vidi & legi.

Ad 112.

Respondit. Inveni, & legi.

Ad 113.

Nil auditum est in contrarium.

Respondit. Utiquè cum licentia Superiorum.

Ad 114.

Respondit. Nihil de hoc scio, nec etiam legi.

XVI. Testis. Ad 111. process. fol 589. ter. 590.

Respondit. Vidi, & legi.

§. 3. *Hymnus appositus ut supra.*

Ad 112.

Respondit. Reperi, & legi.

Ad 113.

Respondit. Recordor me legisse in hoc libello hæc formalia -- *cum licentia superiorum editum fuisse.*

Ad 114.

Nil fuit auditum in contrarium.

Respondit. Meâ vitâ nihil de hoc audivi.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol. 379. ter. 380. II. fol. 397. tergo. III. fol. 415. & ter. IV. fol. 432. & ter. V. fol. 452. VI. fol. 469. & tergo. VII. fol. 486. & ter. IX. fol. 607. X. fol. 624. ter. XI. fol. 520. & ter. XII. fol. 537. ter. XIV. fol. 556.

Ad Articulum decimum sextum Interrogatorium octuagesimum sextum. process. fol. 139. tergo.

Num. 33. *Dicta Testium de erectione Altaris in honorem B. Joannis è regione ejus Sepulchri. Interrogatoria*

Undè scit, veritatem fuisse, & esse, quòd fideli Servo Dei Joanni Nepomuceno à tempore (cujus memoria non extat) in Capella è regione ejus Sepulchri Altare erectum fuerit dicat Testis, quisnam illud erigi curaverit?

Interrogatorium octuagesimum septimum Process. fol. 139. ter. 140.

Undè Testis scit, aut scire potest, quòd (dum expulsô Fridericô Palatinô, Ecclesia Metropolitana per Calvinistas profanata, iterum reconciliata fuisset) supradictum Altare anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo die 16. Julii per Joannem Lohelium Archi-Episcopum Pragensem eidem Venerabili Servo Dei Joanni Nepomuceno novitèr dicatum fuerit?

Interrogatorium octuagesimum octavum Process. fol. 140.

Vidit nè Testis hoc Altare in honorem ejusdem Servi Dei erectum, & dicatum?

Interrogatorium octuagesimum nonum. Process. fol. 140.

Recordaturnè Testis toto tempore suæ vitæ multùm memora-

moratum Altare stetisse, & an à suis Majoribus de erectione, consecratione hujus Altaris aliquid audiverit, vel de hac re in Historiis, & Scriptoribus legerit.

Interrogatorium nonagesimum process. fol. 140. & ter.

Habetnè Testis notitiam, quòd defunctus Dominus Vitus Episcopus Hyerapolitanus, & Suffraganeus Pragensis, jussu Illustrissimi & Reverendissimi Domini Archi-Episcopi Pragensis sæpedictum Sepulchrum visitaverit, & ibidem antiquissimam Tabellam repererit, in qua scriptum esse dicitur, quòd multùm memoratum Altare in honorem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni consecratum sit, viditnè Testis hanc Tabellam. *Responsiones Testium.*

II. *Testis Ad 86. process. fol. 395.*

Respondit. Illud Altare semper erectum recordor. *§. 1. Erectio Altaris, ejusque nova Consecratio post expulsum Palatinum.*

Ad 87.

Respondit. Hoc audivi, & etiam Tabellam Consecrationis legi. Ad 88.

Respondit. Vidi. *§. 2. Vidit prædictum Altare.*

Ad 89.

Respondit. Recordor toto tempore vitæ meæ, hoc Altare Consecrationem illius autem non habeo quidem à meis Majoribus, sed illam legi in Tabella, quam in manibus meis habui. *§. 3. Tabella d. Consecrationis.*

Ad 90.

Resp. Vidi hanc, prout supra jam dixi, Tabellam Consecrationis, & in meis manibus habui, & legi. *§. 4. Erectio Altaris*

V. Testis Ad 86. process. fol. 448. ter 449.

Resp. Hoc erectum Altare vidi, quis illud erigi curaverit, mihi non constat, sed apparet admodum vetustum esse.

Ad 87.

Resp. Hoc audivi, & legi. *§. 5. Nova consecratio ejusdem post palatini expulsionem de auditu, & ex lect. librorum.*

Ad 88.

Resp. Vidi. *Ad* 89.

Resp. Recordor toto tempore vitæ meæ hoc Altare stetisse. De Consecratione autem illius à Senioribus me audivi, & legi. *Ad* 90.

Resp. Interfui visitationi, Tabellam vidi, & legi, & inter Sanctos, in quorum honorem consecratum fuerit hoc Altare legi nomen Beati Joannis Nepomuceni. *§. 6. Vidit prædictum Altare.*

VII. Testis ad 86. process. fol. 483. ter. 484.

Resp.

§. 7. *Erectio prod. Et Altaris à tempore immemorabili ex fama publica.*

Resp. Ex fama publica hoc habeo.

Ad 87.

Resp. Sic audivi semper à fidedignis, & etiam legi.

Ad 88.

Resp. Vidi hoc Altare.

§. 8. *Nova consecratio ut supra §. 5.*

Ad 89.

Resp. Hoc Altare toto cursu vitæ meæ recordor stare; de erectione autem illius non memini me à Majoribus audivisse.

Ad 90.

§. 9. *Vidit Tabellam sup adict. m consecrationis.*

Resp Vidi hanc Tabellam, & legi.

X. *Testis ad 86. process. fol. 604. & ter.*

Resp. De hoc erecto Altari audivi, quis autem illud erigi curaverit, non scio.

§. 10. *Erectio dicti Alt. as.*

Ad 87.

§. 11. *Illius nova consecratio post Papalem expu...onem, ut supra.*

Resp. Sic audivi, & legi.

Ad 88.

Resp. Vidi. *Ad* 89

Resp. Illud Altare à juventute mea stare recordor, sed de erectione illius à meis Majoribus nihil audivi.

§. 12. *Testis ...nd vidit.*

Ad 90.

Resp. Vidi hanc Tabellam, & legi quoque.

§. 13. *Tabella d. reconsecrationis.*

XII. *Testis ad 86. process. fol. 534. ter. 535.*

Resp. De illo Altari audivi, & legi, erectum fuisse, quis autem illud erigi curaverit, mihi non constat.

§. 14. *Erectio prædicti Altaris de au...tu, & ex lectione*

Ad 87.

Resp. Hoc audivi, & legi.

Ad 88.

§. 15. *Non Consecratio ut sup. a.*

Resp. Vidi. *Ad* 89.

Resp. Stare totó vitæ meæ temporê recordor, de consecratione autem illius tantùm audivi, & legi.

§. 16. *Testis vidit dictum Altare.*

Ad 90.

Resp Vidi hanc Tabellam, & etiam legi.

§. 17. *Tabella d. Reconsecrationis.*

XIII. Testis ad 86. process fol. 621. ter. 622.

Resp. De hac erectione Altaris audivi, & legi in Phosporo Pessinæ. *Ad* 87.

§. 18. *Erectio d. Altaris.*

Resp. Hoc audivi, & legi. *Ad* 88.

Resp. Vidi. *Ad* 89.

§. 19. *Nova consecratio, ut supra.*

Resp. Hoc Altare stare totó tempore vitæ meæ recordor, de erectione autem illius legi.

Ad 90.

Resp.

Quod totum eo fine actum est, ut omnimoda certitudo haberetur, *hoc Altare etiam in honorem Beati Joannis Confessarij (aliàs de Nepomuk dicti) consecratum fuisse.* Tertia die, idest prima Maij, idem Altare hoc in honorem eorundem Sanctorum, Beatæ Mariæ Visitantis, & Reliquorum, quorum numina præfert vetus Scheda, *& specialiter iterum in honorem Sancti Joannis Nepomuceni*, cùm ex causa Cultûs ejusdem Sancti idem Sepulchrum apertum fuerit, reconsecravi, veterem Schedam reacclusi, novas Reliquias, videlicèt Sanctorum Marci Evangelistæ, Victorini Episcopi Martyris, & Sanctæ Margarithæ superaddidi, sigilloque meo obsignavi.

Ad Articulum vigesimum tertium Interrogatorium centesimum decimum quintum Procesf. fol. 144. ter.

Recenseat Testis Ecclesias, & Cappellas, quæ in honorem Fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ædificatæ esse dicuntur, & an hæc ædificia scientibus, & tolerantibus pro tempore Ordinarijs extructa sint?

Interrogatorium centesimum decimum sextum Proc. fol. 144. ter.

Quàm multas Statuas, & à quo tempore erectas Testis recordatur. *Interrogatorium centesimum decimum septimum procesf. fol 144. ter.*

Audivitnè à Majoribus suis, & illi vicissim à suis Majoribus quòd jam antiquitùs Statuæ in honorem Fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni erectæ steterint?

Interrogatorium centesimum decimum octavum proc. fol. 144. tergo.

An Testis unquam audivit, quòd Altaria, & Statuæ, quæ in honorem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ædificatæ, vel erectæ fuerunt, iterum removeri, & cassari debuerint?

II. Testis ad 115. Procesf. fol. 398.

Respondit, Sunt innumeræ, nec unquam audivi ab Ordinarijs contradictum fuisse. Ad 116.

Respondit. A juventute mea innumeras vidi, tàm in Ecclesijs, quàm in vijs publicis, & Pontibus collocatas esse.

Ad 117. *Respondit*. Hoc certò audivi.

Ad 118. *Respondit*. Nunquam audivi.

IV. Testis ad 115. Procesf. fol. 432. ter.

Respondit. Sunt innumeræ in universo Regno, & etiam in proprijs meis Ecclesijs scientibus, & tolerantibus Ordinarijs ædificatæ. Ad 116.

Respondit. Innumeras à quadraginta duobus annis.

Ad 117. X x 2 Re-

Num. 36.
Dict. Testium de Ecclesijs, Capellis, & Statuis erectis in honorem B. Joannis tolerantibus Ordinarijs Interrogatoria.

Responsiones Testium.

§. 1.
Ecclesia, & Capella,

§. 2.
Statuæ in Ecclesijs, in publicis, & Pontibus.

§. 3.
De auditu à maioribus etiam secundo, & nunquam contradictum.

§. 4.
Ecclesia, & Capella.

§. 5.
Statuæ erectæ.

§. 6.
De auditu à maioribus etiam secundo, & nun

Ex Actis Visitationis Sepulchri Reliquiarum existentis in Altari positi è regione Tumuli B. Joannis peracta à Reverendissimo Archi-Episcopo die 26. Junij 1719. Proc. fol. 241. & seq.

Num. 35.

Recognitio Schedarum duplicis Consecrationis prædicti Altaris

Quò Sepulchro apertò, & Capsula cum Sacris Reliquijs exemptâ, ac reseratâ, inventa fuit etiam ibidem apposita duplex schedula in membrana exarata, quarum prima est tenoris sequentis.

§. I.

Scheda Consecrationis secuta anno 1621. in honorem signanter B. Joannis.

Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo primo decimâ sexta Julij. Nos Joannes Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Archi-Episcopus Pragensis Princeps, Legatus natus &c. consecravimus Altare hoc in honorem Beatæ Mariæ Visitatæ, Sanctæ Luciæ, Sanctæ Ottiliæ, Sancti Clementis, & Beati Joannis Confessoris, & Reliquias Sanctorum, Sanctæ Luciæ, Sanctæ Ottiliæ, de Pallio Sanctæ Elisabethæ, Sancti Clementis Papæ, Sanctæ Cæciliæ, de Sepulchro Beatæ Virginis, Sancti Juliani Martyris, Sanctæ Felicitatis, Sanctæ Theclæ Martyris, in eo inclusimus, singulis Christi fidelibus, hodiè unum annum, & Anniversariò ipsam devotè visitantibus, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concredendo.

Alterius autem Scheda in membrana scripta tenor sic habet.

§. 2.

Altera Scheda Consecrationis secuta pariter in honorem B. Joannis, ut supra anno 1700. in qua fit mentio de priori Scheda relata in §. 1.

Anno Domini millesimo septingentesimo sexto, die vigesimânonâ Aprilis, ad instantiam Venerabilis Capituli hujus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ, annuente Reverendissimo, & Celsissimo Principe Joanne Josepho Dei gratiâ Archi-Episcopo Pragensi; Ego Vitus Dei gratia Episcopus Hierapolitanus Suffraganeus Pragensis Sacri Ordinis Præmonstratensis Ecclesiarum Montis Sion, & Miloricensis Abbas, & per Cæsareas Provincias Visitator Generalis, ac perpetuus &c. Præsentibus ex Capitulo Reverendissimis Dominis Daniele Josepho de Mayern Præposito, & ejusdem Celsissimi Principis in Spiritualibus Vicario Generali, & Officiali Adamo Mladato de Solopisk Decanò, Paulo Axlar Scholastico & Joanne Adamo Comite Wratislav de Mitrowitz Canonico; Item extra Capitulum Reverendissimo Domino Joanne Maria Hlosek Assessore Consistorij, ac Domino Joanne Guilielmo Grünner ejusdem Consistorij Secretario, & Authoritate Pontificiâ Notario publico, his duobus Testibus, ad hunc actum specialiter rogatis, & vocatis, Sepulchrum Reliquiarum in hoc Altari, dùm olim consecraretur, reconditarum, aperui, & visitavi, Schedam Consecrationis (quæ hic adjacet) inveni, legi, & omnibus prænominatis, præsertim Testibus legendam exhibui, specificatas in ea Reliquias omnes inveni, & videndas ejsdem præbui. Quod

Quod totum eo fine actum est, ut omnimoda certitudo haberetur, *hoc Altare etiam in honorem Beati Joannis Confessarij (aliàs de Nepomuk dicti) consecratum fuisse.* Tertia die, idest prima Maij, idem Altare hoc in honorem eorundem Sanctorum, Beatæ Mariæ Visitantis, & Reliquorum, quorum numina præfert vetus Scheda, *& specialiter iterum in honorem Sancti Joannis Nepomuceni*, cùm ex causa Cultûs ejusdem Sancti idem Sepulchrum apertum fuerit, reconsecravi, veterem Schedam reacclusi, novas Reliquias, videlicèt Sanctorum Marci Evangelistæ, Victorini Episcopi Martyris, & Sanctæ Margarithæ superaddidi, sigilloque meo obsignavi.

Num. 36. *Dict. Testium de Ecclesijs, Capellis, & Statuis erectis in honorem B. Joannis tolerantibus Ordinariis Interrogatoria.*

Ad Articulum vigesimum tertium Interrogatorium centesimum decimum quintum Process. fol. 144. ter.

Recenseat Testis Ecclesias, & Cappellas, quæ in honorem Fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ædificatæ esse dicuntur, & an hæc ædificia scientibus, & tolerantibus pro tempore Ordinarijs extructa sint?

Interrogatorium centesimum decimum sextum Proc. fol. 144. ter.

Quàm multas Statuas, & à quo tempore erectas Testis recordatur. *Interrogatorium centesimum decimum septimum process. fol 144. ter.*

Audivitnè à Majoribus suis, & illi vicissim à suis Majoribus quòd jam antiquitùs Statuæ in honorem Fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni erectæ steterint?

Interrogatorium centesimum decimum octavum proc. fol. 144. tergo.

An Testis unquam audivit, quòd Altaria, & Statuæ, quæ in honorem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ædificatæ, vel erectæ fuerunt, iterum removeri, & cassari debuerint?

Responsiones Testium.

§. 1. *Ecclesia, & Capella,*

§. 2. *Statuæ in Ecclesiis, in publicis, & Pontibus.*

§. 3. *De auditu à majoribus etiam secundo, & nunquam contradictum.*

§. 4. *Ecclesia, & Capellæ.*

§. 5. *Statuæ erectæ;*

§. 6. *De auditu à majoribus etiam secundo, & un*

II. Testis ad 115. Process. fol. 398.

Respondit, Sunt innumeræ, nec unquam audivi ab Ordinarijs contradictum fuisse. Ad 116.

Respondit. A juventute mea innumeras vidi, tàm in Ecclesijs, quàm in vijs publicis, & Pontibus collocatas esse.

Ad 117. *Respondit*. Hoc certò audivi.

Ad 118. *Respondit*. Nunquam audivi.

IV. Testis ad 115. Process. fol. 432. ter.

Respondit. Sunt innumeræ in universo Regno, & etiam in proprijs meis Ecclesijs scientibus, & tolerantibus Ordinarijs ædificatæ. Ad 116.

Respondit. Innumeras à quadraginta duobus annis.

Ad 117.

Respondit. Etiam audivi. Ad 118.

quam contra-dictum. *Respondit.* Nunquam audivi.

V. Testis ad 115. Process. fol. 452. & ter.

§. 7. Ecclesia, & Ca ... lla. *Respondit.* Sunt innumeræ, partim tolerantibus Ordinariis, partim concedentibus sunt instauratæ.

§. 8. Statua ... cta. Ad 116. *Respondit.* Innumeras recordor à quadraginta, & pluribus annis. Ad 117.

§. 9. Ecclesia & Cappella. *Respondit.* Non audivi quidem, sed ipsas pictas antiquissimas vidi. Ad 118.

Respondit. Nunqnam audivi.

§. 10. Statua erecta. VI. Testis ad 115. Process. fol. 469. ter. 470.

§. 11. De auditu etiam secundo. & nunquam contradictum. *Respondit.* Sunt innumeræ per totum Regnum, & de contradictione Ordinariorum nunquam aliquid audivi.

A[illegible] 11.

Respondit. Innumeras, & à juventute mea.

Ad 117.

§. 12. Ecclesia, & Capella. *Respondit.* A Parente meo audivi.

Ad 118.

§. 13. Statua, & Imagines in-quam plurimis lo is. *Respondit.* Nunquam audivi

X. Testis ad 115. Process. fol. 624. ter. & 625.

Respondit. Sunt innumeræ, & credendum, quòd cum licentia Ordinarij. Ad 116.

§. 14. De auditu etiam secundo, & nunquam contradictum. *Respondit.* Innumeras à juventute mea, quia nec est Oppidum, nec Pagus, nec locus aliquis publicus, in quo Statua, aut Imago illius non videatur. Ad 117. Resp. Ab avo jam audivi.

Ad 118. Resp. De hoc nunquam audivi.

§. 15. Ecclesia, & Cappellæ. XI. Testis ad 115. Process. fol. 520. ter.

Resp. Sunt per totum Regnum Bohemiæ innumeræ, & aliter non scio, quia cum consensu, & tolerantia Ordinarij erectæ.

§. 16. Statua erecta. Ad 116

Respondit. A juventute mea, & plurimas vidi.

§. 17. De audit u etiam secundo & nunqu m contradictum. Ad 117.

Respondit. Hoc audivi.

Ad 118

Respondit. Nunquam audivi.

Cum supradictis Testibus concordant I. Process. fol. 380. III. fol. 415. ter. VII. fol. 487. VIII. fol. 504. ter. IX. fol. 607. fol. XII. 538. XIII. fol. 542. XIV. fol. 556. XV. fol. 573. XVI. fol. 56[illegible]

Ad

Ad Articulum decimum tertium ubi agitur de Anathematibus, Effigie B. Joannis, necnon Lampadibus existentibus apud ipsius Sepulchrum. Procesʃ. fol. 46. & ter. Interrogatorium septuagesimum quintum Procesʃ. fol. 138. Num. 37.

Dicta Testium de Anathematibus, Effigie B. Joannis cum Radio & Palma, necnon Lãpadibus existẽtibus penès ejus Sepulchrũ.

Viditnè Testis hæc Anathemata, & Effigies fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni in Æthere colocati, radium circa Caput & Palmum in manibus tenentis, recenseat quàm antiqua sint hæc Anathemata, & Effigies, & Lampades à piis Clientibus, & Cultoribus spontè oblatæ, & an in illis annus, & dies reperiatur?

Interrogatorium septuagesimum sextum proc. fol. 138. & ter. *Interrogatoria*

Dicat Testis à quot annis ipse recordatur hæc Anathemata, & Lampades oblatas esse, & an his omnibus oblationibus nemo [præsertim verò Ordinarius Loci] contradixerit?

Responsiones Testium.

II. Testis. ad 75. processʃ. fol. 393 ter. *§. 1.*

Respondit. Vidi hæc Anathemata, & Lampades, sicut & Effigies, meis oculis, quorum aliquæ de anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo factæ reperiuntur. *Anathemata, Lampades, & effigies, quæ factæ reperiuntur ab ann. 1621. de visu.*

A 167.

Respondit. A juventute mea, nec de contradictione quidquam audivi.

V. Testis ad 75. Processʃ. fol 447. & ter. *§. 2.*

Respondit. Vidi Anathemata plurima, & Effigies, inter alias verò vidi in muro depictam antiquissimam Imaginem, in qua inter alios Sanctos depictus est, & videtur Divus Joannes Nepomucenus cum palma Martyrii in manibus, aliam Effigiem opere tessellato efformatam ejusdem Servi Dei cum radio, & palma, vidi supra antiquissimam Portam Ecclesiæ Metropolitanæ propè Campanile, aliam vidi antiquissimam Statuam ad Ecclesiam Præmonstratensem spectantem. *Anathemata imagines, & Statuæ antiquissimæ de visu.*

Ad 76.

Respondit. A quadraginta, & pluribus annis recordor sinè contradictione Ordinarii, aut cujuscúnque Postestatis Ecclesiasticæ.

X. Testis ad 75. Processʃ. fol. 620. ter. *§. 3.*

Respondit. Anathemata, & Lampades vidi à juventute mea, Imagines autem vidi sequentes, unam antiquissimam cum radio, adjunctô Hymnôde Sanctô. Item in muro inter Patronos *Anathemata, & Lampades, & imagines antiquissimæ.*

nos Regni super Portam, qua itur ad Ecclesiam Sancti Viti. Item in Porta Ecclesiæ versùs Sanctum Wenceslaum, & in Berkiano Sacello ad Altare, in quo antiquissima Statua hujus Sancti spectatur.

Ad 76.

Respondit A juventute mea sinè omni contradictione.

§.4. *Imagines, & Lampades.*

XIII. Testis ad 75. Process. fol. 638.

Respondit. Tales Imagines, tàm intrà, quàm extrà Pragam in Districtibus cum radio, & palma sinè numero, uti, & oblata, & Lampades vidi, quàm antiqua autem illa sint, non attendi.

Ad 67.

Respondit. Ultrà quinquaginta annos ipse recordor, ut autem his adversaretur Archi-Episcopus, nescio.

§.5. *Anathemata, Effigies, & Lampades.*

XVI. Testis ad 75. process. fol. 585. ter. 586.

Respondit. A juventute mea recordor hæc Anathemata, & Effigies, ac Lampades, & etiam audivi à Parente meo, quòd jam antè illius tempora Anathemata, Effigies, & Lampades affixæ fuerint, & appensæ.

Ad 7[illegible].

Respondit. A quadraginta, & pluribus annis, & nunquam de ulla contradictione audivi.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol. 375. III. fol. 411. IV. fol. 428. VI. fol. 465 tergo VII. fol. 482. ter. VIII. fol. 500. IX. fo. 603. XI. fol. 516. terg. XII. fol. 533. XIV. fol. 551. ter. XV. fol. 568. tergo.

Num. 38. *Dicta Testium de aliis Imaginibus B. Joannis cum signis Sanctitatis à tempore antiquo. Interrogatoria*

Ad Articulum decimum quintum Interrogatorium octuagesimum tertium Process. fol. 139.

Recenseat Testis loca, & loca locorum, in quibus Imagines fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni cum radiis circà Caput, & aliis notis Sanctitatis, sicùt & cum subscriptione Beati pictas, vel sculptas vidit?

Interrogatorium octuagesimum quartum Process. fol. 139. ter.

Dicat Testis quàm antiquæ, vel recentes hæ Picturæ, aut sculpturæ sint?

Interrogatorium octuagesimum quintum process. fol. 139. ter.

An Testis etiam à Majoribus suis notitiam habeat, quòd jam antè tempora illorum Effigies fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni cum radiis, atquè aliis notis Sanctitatis pingi, vel sculp-

sculpi consueverint, & an his sculpturis, vèl Picturis nemo unquam contradixerit?

II. Testis Ad 83. processf. fol.394.ter.

Respond.. In omnibus Ecclesiis hujus Triurbis, & passim in toto Regno similes Statuæ cum subscriptione Beati pictæ, vèl sculptæ reperiuntur.

Ad 84.

Respondit Dixi jam antè ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo aliquas Imagines cum radio pictas reperiri, alias vide recentiores.

Ad 85.

Respondit. Nullatenùs dubitò, quin tempore Majorum meorum similes Effigies extiterint, & non recordor unquam contradictum fuisse.

V. Testis ad 83. processf. fol.448. tergo,

Respondit. Ità copiosa vidi, & numerari non possunt.

Ad 84.

Respondit. De Antiquis jam suprà dixi, recentiores autem patent omnium oculis.

Ad 85.

Respondit. Audivi à Senioribus me, illorum tempore jam taliter pictum fuisse. De nulla contradictione huic ab eisdem Senioribus audivi, vèl legi.

X. Testis ad 83. processf. fol. 621. tergo.

Respondit. In omnibus Ecclesiis millenæ Statuæ, & Imagines reperiuntur.

Ad 84.

Respondit. Multæ antiquæ, multæ recentiores.

Ad 85.

Respondit. Jam Avus meus in Libello precatorio Imaginem illius habuit, nunquam autem audivi, ut his Picturis, vèl sepulturis aliquis contradixisset.

XII. Testis Ad 83. processf. fol. 534.

Respondit. Non tantùm in totius Triurbis Ecclesiis, sed per universum Regnum in publicis locis, & Pontibus, partim cum radio, partim cum palma, & Crucifixo.

Ad 84.

Respondit. Partim antiquæ, & partim recentes. Ad

Ad 85

Respondit. Audivi à Patruo meo, quòd jam tempore illius Statuæ, & Effigies ipsius sculptæ, & pictæ fuerint.

XIII. Testis ad 83. process. fol. 638. ter. 639.

Resp. Non solùm in omnibus Ecclesiis Pragensibus, sed etiam in Oppidis, Pagis, in Viis publicis, Pontibus, & aliis locis, tales Imagines cum radio, & inscriptione visuntur.

A. 48

Resp. Aliquæ antiquæ, aliæ recentiores.

Ad 85.

Resp. Tales antiquæ picturæ, & figuræ inveniuntur, & patent in Ecclesia Metropolitana Sancti Viti, quas Ego conspexi; ut autem talibus Picturis, vel Sculpturis quispiam contrariatus fuisset, nescio.

XVI. Testis ad 83. process. fol. 586. terg. 587.

Resp. Sunt innumeræ non tantùm in Regno Bohemiæ, sed etiam in Provinciis, quas suprà recensui, & in quibus ipse fui & de die in diem augetur. Ad 84.

Resp. Aliquæ antiquæ, aliquæ recentiores.

Ad 85.

Resp. Hoc audivi, & ipsemet vidi, nullò contradicente.

Cum supradictis Testibus concordant. I. Process. fol. 376. & terg III. fol. 412. IV. fol. 429. VI. fol. 466. & terg. VII. fol. 483. & ter. VIII. fol. 501. IX fol. 604. X. fol. 517. & ter. XIV. fol. 552. ter. XV. fol. 569. ter.

Num. 39 *Recognitio Lampadum, Anathematū, Tabellarum, & imaginum B. Joannis existentiū in Metropolitana facta per Reverendissimum Archi-Episcopum, proc. fol. 230. & seq.*

Supramentionatâ die vigesimâ Maji anno millesimo septingentesimo decimo nono horâ quartâ factâ fuit visitatio, & recognitio Lampadum, Votorum, Tabellarum, uti, & Imaginum pictarum in Sancta Metropolitana Ecclesia Divi Viti in Castro Pragensi, tam apud, & circà Sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, quàm in aliis dictæ Ecclesiæ locis reperibilium, ac existentium coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Archi-Episcopo Pragensi, qua Judice, in præsentia Domini Promotoris Fiscalis Domini Procuratoris Causæ Bernardi Henrici à Germeten Juris utriusque Doctoris, Aurificum, seù Argentariorum supranominatorum, necnon Testium ad id vocatorium, & rogatorum professione alias adhibitorum, nempè Admodum Reverendorum Dominorum Werne-

ri Conradi Boinck, & Josephi Francisci Helffer, modô sequenti.

Posteaquàm Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus, Dominus Archi-Episcopus Pragensis, qua Judex, ad mentionatam Sanctam Metropolitanam Ecclesiam Divi Viti in Castro Pragensi veniendo aliquantum orasset, mox ad Sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni se contulit, & post orationem morulâ aliquâ, flexis genibus pariter ibidem peractam, ad visitationem respectivè, & recognitionem Lampadum Anathematum, ac Tabellarum, ad & circà Sepulchrum supradictum pendularum, & respectivè in pecularibus Repositorijs, & Gazophilacio ejusdem Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, reperibilium fuerat processum, & compertum fuit.

Primò Lampades, quæ fundatæ sunt, sequentes omnes argenteæ.

§. 1. *Nonaginta tres Lampades argenteæ, quæ vel assiduè, vel interpolatè ardent a [illegible] B. Joannis.*

Prima à Domino Abbate Langheimensi, & Monasterio ibidem cum tribus minoribus, major semper ardet, reliquæ tres autem minores, certis dumtaxat anni temporibus.

Secunda Viennensis a quondam Anonymo, quæ semper ardet.

Tertia Bavarica.

Quarta Coloniensis.

Quinta Kupperwaldiana.

Sexta Mayeriana.

Septima Ecclesiæ Metropolitanæ -- Pro

Secundò -- Aliæ Lampades ardentes, quæ nondum plenè sunt fundatæ, quarum.

Prima Viennensis,

Secunda Saxonica.

Tertia Gildeiana -- Pro

Tertio -- reliquæ Lampades omnes argenteæ sunt universim octuaginta, dico - - - 80.

Repositoria ex parte Sepulchri Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, super muro, vitrô obducta, & seris munita ex ligno quercino, collocata, & meris respectivè aureis, atquè argenteis Anathematibus, Votis, & Tabellis, repletissima sunt numerô decem, in quibus reperiuntur.

§. 2. *Series plurium Anathematum repositorum penes Sepulchrum prædictum, quæ pro majori parte*

Primò. Variæ argenteæ Tabellæ majores, & minores 22.

Secundò. Imagines Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni - - - - - - 92.

sunt argentea & nonnulla ex eis aurea.

Tertiò. Personæ viriles, & muliebres - - - - 159.
Quartò. Oculorum paria - - - 10.
Quintò. Mandibulæ cum dentibus - - - 5.
Sextò. Manus diversæ - - - - 14.
Septimò. Pectorales Imagines - - - 17.
Octavò. Diversa Corda, ex quibus cum adamantibus 1.
Nonò. Aurea - - - - - - - 8.
Decimò. Inaurata - - - - - - 9.
Undecimò. Argentea magna, & parva - - 185

§. 3.

Ornamenta conspicua Altaris dicati B. Joanni, nec non copiosa, & dives suppellex pro celebratione Missæ ad idem Altare spectans.

Duodecimò. Insigne Tabernaculum ad Altare Venerabilis Servi Dei Joannes Nepomuceni, ex parte anteriori situm, laminâ argenteâ, inauratâ, & pretiosis lapidibus exornatum, una cum quatuor Candelabris, eodem opere affabrè elaboratis.
Item cum Antipendio similis operis, & tribus Tabellis, ac Missæ Sacrificium spectantibus
Decimo tertiò. Statuæ Beati Joannis Nepomuceni ex argento fussæ - - - - 3.
Decimò quartò. Crucifixi - - - 3.
Decimo quintò. Ciboria - - - 2.
Decimo sextò Calices. - - - - 13.
Decimo septimò. Majorum, & minorum Candelabrorum paritèr ex Argento paria - - - 5.
Decimo octavò Urceolorum cum peluibus partim inaureatorum paria - - - - - 7.
Decimo nonò. Amphorellæ argenteæ pro floribus imponendis - - - - - 6.
Vigesimo Clausulæ, inter quas materia auro & argento intexta - - - - - 20.
Vigesimo primò. Pluvialia nitida - - - 4.
Vigesimo secundò. Dalmaticarum paria - - 3.
Vigesimo tertiò. Antipendia - - - 12.

§. 4.

Exhibitio unius lampadis argenteæ, quæ à Peritis judicatur confecta ante annos centum ad minus.

His visis, ac lustratis, postea producta, ac exhibita fuit una mediocris Lampas argentea, de cujus antiquitate auditi, & examinati fuerunt supranominati jurati Aurifabri, seu Argentarij deputati. Quorum primus vigore à se præstiti Juramenti, Dominus Georgius Lux civis Micro-Pragensis, ætatis suæ quinquaginta trium annorum, edixit, & testatus est hanc sibi exhibitam, & à se accuratè recognitam Lampadem argenteam, esse ad minimum ante centum annos confectam, addendo rationem scientiæ, quia

ipsemet tempore sui Magisterij durante, consimiles antiquas lampades igne liquefecit, & novas ad modernum modum, & formam construxit. Auditus etiam desuper alter Aurifaber, seu argentarius Joannes Kogler Civis, & Magister ibidem Micro-Pragensis, qui in virtute à se (ut supra in actis) præstiti juramenti, idem quod supra recensitus primus Aurifaber, seu Argentarius edixit, & quoad omnia cum illo coincidit. *§. 5.*

Quoad cæteras ipsis exhibitas Lampades argenteas autem dicunt, & credunt esse ex illis aliquas sexaginta annorum, & alias recentiores. *Aliæ Lampades exhibitæ judicantur confecta ab anno sexagesimo, & infra. §. 6.*

Cujus occasione etiam fide dignâ relatione fuit recensitum, fuisse adhuc Lampades antiquiores, sed easdem, vel tempore Insultûs Palatini, vel Belli Suecici, dum Sueci anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo per proditionem Castrum Pragense cum minori Civitate Pragensi occupassent, probabiliter ablatas fuisse, vel deperditas. *Observatio quòd alia lampades antiquiores extabant, sed ex causa Bellorum perierunt.*

Præterea Franciscus Pauer Regiæ Superioris Civitatis Hradschanensis Pragensis Civis, & apud Sanctam Metropolitanam Ecclesiam Divi Viti in Castro Pragensi, jam per viginti quinque annos continuos existens Cappellarius, ætatis suæ quadraginta octo annorum vigore à se nuper præstiti juramenti, testatus fuit, & edixit, de una Lampade Viennensi ad Sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni fundata; quod ipse in aures suas audiverit, tàm à suo Socero Elia Schrotter, dum is vixerat, dictæ Civitatis Regiæ Hradschanensis municipe, & quondam apud prædictam Metropolitanam Ecclesiam per multos annos Seniore Capellario sexagintatrium annorum sene, non minus, ac ab altero nominatim Luca Kaliwoda, dùm is viveret per annos plurimos, apud eandem Sanctam Metropolitanam Ecclesiam Divi Viti in Castro Pragensi, existente jurato Campanatore, & plusquam centum annos ætatis habente audiverit, dictam Lampadem iam tempore illorum semper, & constanter apud Sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni arsisse. *§. 7. Depositio testis de visu, & auditu à Viris longæva ætatis semper, & assiduo arsisse ad prædictum tumulum lampadem Viennensem. §. 8.*

Præter hoc etiam idem Capellarius Franciscus Pauer testatus fuit, & edixit, quòd à supra recensitis duobus senibus, & fide dignis Viris, in suas aures sæpiùs narrari audiverit, pro priori etiam aliquas Lampades ex aurichalco apud memoratum sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni appensas fuisse, & lumen in ijs arsisse; postquam autem argenteæ fuissent obla- *De antiqua retentione antiquarum lampadum accensarum, quæ olim erant ex aurichalco. §. 9. Appensio variarum Anathe-*

tæ, lumen ad easdem Lampades argenteas translatum, Lampades autem ex aurichalco remotas fuisse.

...matum, & Tabellarum ad d. sepulchrum.

Posteà visis, ac lustratis alijs, quæ sunt penè sine numero, Anathematibus, Offertorijs, & Tabellis, ad, & circa sepulchrum Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni appensis partim in Tela, partim autem in asserculis, pictis, tàm antiquis, quàm recentioribus, item plurimis grandis ponderis Cereis, quorum aliqui centum libras excedunt, ad murum Sacelli Beatissimæ Virginis Visitantis, mox è regione Sepulchri fidelis Servi Dei, siti appositis, & circulis ferreis circumdatis. Item plurimis Thesibus tàm Theologicis, quàm Philosophicis dicto venerabili Servo Dei Joanni Nepomuceno dedicatis, hincindè appensis, & collocatis, non minùs, ac varijs precationibus, & oratiunculis, tam in vario idiomate impressis, quàm scriptis ad sæpedictum sepulchrum reperibilibus, quas flectentes ibidem diversæ conditionis homines piè, ac devotè fundere, & recitare solent, fuit recognita vetus Imago in Tela picta (ubi Venerabilis Servus Dei Joannes Nepomucenus, eleemosynam distribuens, & ex parte Confessionem Reginæ Joannæ excipiens pictus visitur) in Altari Sacelli Beatæ Virginis Visitantis, quod est è regione Sepulchri ejusdem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni, collocata, & publicæ venerationi exposita, de qua memorati Pictores edixerunt, illam correspondere picturæ, seu pennicillo de anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio usitato, cum etiam idem annus in eadem Imagine sit appositus, & expressus.

§. 10. Appensio insignium cereorum.

§. 11. Appensio Thesium tam Philosophica Scientia dicatarum B. Joanni.

§. 12. Appensio diversarum precum, quæ ad Tumulum recitari solent.

§. 13. Imago B. Joannis in Altari B. Virginis Mariæ Visitantis, quæ judicatur à Peritis depicta anno...

Altera Imago Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni fuit recognita super Altare Reliquiarum in Sacello pretiosæ structuræ, in quo reconditum jacet Corpus Sancti Wenceslai Martyris Ducis, & Patroni Regni Bohemiæ, reperibili, & ante plurimos annos ad expensas piæ memoriæ Illustrissimi, ac Excellentissimi Domini Bernardi Ignatij Borzitæ Sacri Romani Imperij Comitis à Martinitz, quondam primarij Regij Locumtenentis, & supremi Burggravij Inclyti Regni Bohemiæ, apposito, ac ibidem exstructo, eleganter picta inter reliquos Sanctos, quos præ alijs, à tempore immemorabili, Bohemia Colit, ut Regni Patronos collocata, radiato capite cum palma in manu sinistra, & libro in manu dextra cum subscriptione — *Beatus Joannes Nepomucenus* — Quoad hanc Imaginem judicàrunt, & judicant supradicti pictores illam facilè ante annos quinquaginta, si non ultrà, fuisse pictam.

§. 14. Alia Imago ejusdem existens in Altare Sacelli Sancti Wenceslai Martyris, inter alios Regni Patronos, cum signis Sanctitatis, & Titulo Beati, quæ à peritis judicatur depicta ante annos quinquaginta.

Tertia

Tertia Imago ejusdem Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, fuit recognita cum radio, & palma picta, ac inter alios Sanctos Regni Bohemiæ Patronos pariter, & quidem de anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo in Altari laterali Sanctæ Barbaræ, & Sanctorum Patronorum in Ecclesia Metropolitana sito, pictos posita; quod Altare à defuncto Illustrissimo Domino Joanne Ignatio libero Barone de Putz, & Adlersthurn, dum is viveret, tanquam vetus depositum, & aliud in formam meliorem, ad modernum modum locò veteris extructum, ac munificè fundatum reperitur, anteriùs verò vetus Altare ad aliamEcclesiam extrà Pragam fuit datum, ac donatum. Circà hanc Imaginem, & Picturam censuerunt, ac censent præattacti jurati Pictores illam correspondere picturæ, quæ de anno ibidem apposito, nimirum millesimo sexcentesimo vigesimo primo communiter in usu erat.

§.15. *Alia Imago ejusdem Beati collocata inter Patronos Regni in Altaris S. Barbaræ, & Sanctorum Patronorum picta a. 1621 juxtà adnotationem inibi factam, & Judicium Peritorum.*

Quarta Imago sæpedicti Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni fuit recognita, ubi in pariete super Porta Ecclesiæ Metropolitanæ Divi Viti, vicina Sacello, seù Cappellæ, in qua Corpus Beati Regis, & Martyris Sigismundi reconditum est, Venerabilis Servus Dei Joannes Nepomucenus, inter Sanctos Regni Bohemiæ Patronos pictus, ac in Æthere, sicut cæteri Sancti Patroni, ibi collocatus cum palma in manu dextra, & bireto in capite cernitur.

§.16. *Alia Imago picta super Portam Ecclesiæ Metropolitanæ collocata inter regni Patronos & cum Palma*

Et quià totius Picturæ in dicto pariete factæ, ubi Christus Dominus in Cruce positus conspicitur in medio, in parte inferiore autem flectunt plures respectivè Cæsar, Reges, & Reginæ coronatis capitibus, flexô in terram poplite precabundi, annus est expressus, nempè millesimus sexcentesimus trigesimus primus. Ideò suprà mentionati jurati Pictores judicàrunt, & judicant, Picturam ejusmodi correspondere Picturæ, dictâ ætate usitatæ, cùm & Pennicillus, qui ejusmodi picturam apposuit, ac formavit, ipsis notus sit &c.

§. 17. *Judicium Peritorum, quod dicta postrema Imago depicta fuerit a. 1631*

Ex Actis Visitationis Sepulchri Reliquiarum, aliorùmque signorum Cultûs Beato Joanni præstiti, factæ in Metropolitana à Reverendissimo ArchiEpiscopo die 26. Junii anno 1719. Proc. fol. 243. à tergò, & sequen.

Num. 40. *Prosecutio recognitionis Statuarum, aliarumque Imaginum repræsentantium B. Joannem cum signis Sanctitatis, & Martyr*

Deindè exhibita fuit Statua Lignea Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni coloribus obducta, ex Ecclesia Reverendorum

§ 1. *Statua lignea B. Joanis, qua collocata reperitur in Altari dicato SS. Regni Patronis in Ecclesia PP. Præmonstratensium.*

dorum Patrum Præmonstratensium in Monte Sion, vulgo Strahoff hìc Pragæ, ubi in dextra superiore parte Altaris Privilegiati, & erecti sub tiruló Sanctorum Patronorum, Regni Bohemiæ, steterat, ad Ecclesiam Metropolitanam Divi Viti, ad recognoscendum allata.

Ratione dicti Altaris autem productus fuit Liber antiquus, quem dicti loci Religiosi, mortuarium appellant, & in quem nomina inserunt illorum, qui in Ecclesia ipsorum sepeliuntur; in quo libro de supramemorato Altari sequentia formalia inscripta, ac indè desumpta leguntur.

Altare Privilegiatum ab Illustrissimo Domino, Domino Henrico Barone de Kolovvrat Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliario, Cubiculario, & in Regno Bohemiæ Feudorum Supremo Judice, propriis sumptibus extructum, & ornatum.

Obiit Illustrissimus Dominus, Dominus Henricus Liber Baro à Kolovvrat Supremus Regni Præfectus secùndus Congregationis nostræ Rector, Loci hujus Benefactor, & Fautor, in Ecclesia nostra antè Altare Patronorum Bohemiæ Privilegiatum, quòd ipse extruxit, sepultus anno millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto.

Qua annotatione visâ, ac ex libro præfato desumptâ, postmodùm examinati fuerunt super antiquitate supramentionatæ Statuæ ligneæ Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni circiter quinquè quadrantum ulnæ altæ, duo jurati Statuarii nominatim: Matthias Wenceslaus Jeckel annorum, sexaginta quatuor, Civis Neo-Pragensis, & Statuarius annis propè quinquaginta hanc Professionem, quam ab uno famoso Magistro Statuario per annos non plures etiam Romæ existente, hauserat, exercens, & alter Joannes Udalricus Mayer ætatis suæ quinquaginta quatuor annorum, Civis, & Magister Statuarius Micro-Pragensis, ejusmodì Professionem, quam Vienæ Austriæ didicerat, annis triginta octo paritèr exercens, qui ad quæstiones sibi sigillatim propositas, unanimiter responderunt, quòd uterque illorum tutissimâ conscientiâ, & vigore à se (ut suprà in actis) præstiti Juramenti, edicere, ac deponere possit, edicat, ac deponat, quòd Statua hæc lignea Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, sit antè centum annos, & ultrà facta, dántque rationem suæ scientiæ, quòd modus iste sculpendi, qui pro tunc fuit, se ipsó antiquitatem hujus Statuæ, seù figuræ præbet, ac mani-

§. 2. *Judicium Peritorum, quod d. Statua sit confecta antè centum annos.*

§. 3. *Depositio eorūdem Peritorum quód prædicta statua reperiatur in supradicta Ecclesia.*

Fo. [illegible]

manifestet, & quòd hanc Statuam in Ecclesia Strahoviensi, atquè in hac figura, & forma inter alios Sanctos Regni Bohemiæ Patronos invenerint, ac conspexerint. §.4. *Imago B. Joannis insculpta*

Postmodùm visitata, atquè recognita fuit Imago Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni cum aliis Sanctis Patronis Bohemiæ sculpta, & incisa, in eleganti, atquè affabrè facta magna lignea Porta, quâ ad Ecclesiam Metropolitanam ex parte Turris intratur. Hæc Imago in ipso ligno Portæ forinsecùs exsculpta est cum aliis Sanctis hoc ordine, & subscriptione: Sanctus Procopius, Sancta Ludmilla, Sanctus Joannes (sequitur verbum germanicè expressum) id est, Confessarius, S Franciscus. Est autem figura fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni cum capitis radio Sanctis apponi solito, & subscriptione germanicâ jam dicta, Porta insculpta sub Imagine, sub qua etiam cernitur insculpta ejsdem Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni dejectio ex Ponte Pragensi in præterlabentem Fluvium Moldavam. In superiori parte hujus Portæ autem incisus legitur annus fabricatæ Portæ sic: anno millesimo sexcentesimo trigesimo. *in magna lignea porta Ecclesiæ Metropolitanæ, cũ aliis SS. Patronis, & titulo Sanctitatis.* §.5. *Descriptio ejusdem imaginis, & Martyrii B. Joannis.* §.6. *Adnotatio anni 1630.* §.7.

Quoad hanc Imaginem exsculptam, ac super ejusdem antiquitate auditi, & examinati supradicti duo jurati Statuarii, unanimiter responderunt, judicârunt & judicant, sculpturam hujus imaginis correspondere anno super Porta prædicta inciso, videlicèt millesimo sexcentesimo trigesimo, consequenter sculptam fuisse Imaginem fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni antè octuaginta novem annos &c. *Judicium Peritorum circa tempus confectionis dictæ Portæ correspondens superiori adnotationi.*

Post hæc exhibiti fuerunt plurimi Libri, seù Codices Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, potissimum in Corio sub fusco compacti formæ oblongæ, ad crassitudinem duorum digitorum singuli (in quos libros de anno in annum erectos, quilibet Sacerdos quandocunque in dicta Metropolitana Ecclesia, in honorem, & venerationem Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni apud contigua ad, & propè ejus Tumulum erecta Altaria, & vel maximè in die commemorationis ejusdem fidelis Servi Dei in decimam sextam Maij cadente, Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrat, se de nomine, & cognomine inscribere solet ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Archi-Episcopo, quà Judice, in præsentiarum Domini Promotoris Fiscalis Joannis Francisci Blowsky juris utriúsque Doctoris, ac *Proc. fol. 251. & seq.* §.8. *Exhibitio librorũ Ecclesiæ Metropolitanæ, in quibus apparet â longo tempore fuisse celebrata quotannis plura millia Missarũ in ho-*

Testium recogniti, ubi compertum, quòd jam à longiori, ac retroacto tempore, multa millia Missarum, quotannis, modo supradicto celebrentur, quemadmodū etiam fuit observatū, & inventū quòd ultimis tribus annis, nempè millesimo septingentesimo decimo sexto anno, septem millia triginta quatuor, subsequente millesimo septingentesimo decimo septimo añ, sex millia, nonagenta viginti; & de anno præterito millesimo septingentesimo decimo octavo septem millia centū nonaginta duo Missæ Sacrificia in honorem, & venerationem sæpememorati Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, in sola supradicta Sancta Metropolitana Ecclesia Divi Viti in Castro Pragensi fuerint, & sint celebrata.

§. 9. Augmentum numeri dictarum Missarum triennio max elapso.

Porrò ad supracensita, ac specificata in actis anterioribus Imaginum monumenta, addenda venit etiam in primis Imago Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, virilis staturæ, quæ in speciali Cappella ante Ecclesiam Metropolitanam Pragensem sita, in qua reconditum jacet Corpus Sancti Adalberti Martyris, & Episcopi quondam Pragensis, in fornice circulari, penès alios Sanctos Patronos Regni Bohemiæ, modo supradictio visitata, atque recognita spectatur, radiatô capite, & palma in manibus cum annotato infra Martyrij anno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio.

§. 10. Imago B. Joannis existens in Cappella posita ante Ecclesiam Metropolitanā ubi jacet Corpus S. Adalberti Martyris.

Demum extat alia adhuc vetus Imago ejusdem Venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni in decenti, & antiquissima Cappella, de anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo (ùt in Porta ejusdem intrinsecùs annotatum est) renovata, Curiæ Civitatis Regiæ Vetero-Pragensis antè plura sæcula extructæ; in qua Cappella communiter celebratur Missæ Sacrificium antequam Senatores, seù Viri Consulares dictæ Civitatis ad Consilium, seù sessionem curialem procedant.

§. 11. Alia Imago B. Joannis in antiquissima Cappella Curiæ Civitatis Vetero-Pragæ.

Fuit itàque, & hæc Imago vetus, coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Archi-Episcopo, quà judice se ad dictam Curiam, & Cappellam personaliter conferente, & ibidem constituto, in præsentia Domini Promotoris Fiscalis Ioannis Francisci Blowsky juris utriusque Doctoris, Domini Procuratoris Causæ Bernardi Henrici à Germeten, ac Testium supranominatorum, modo, ut supra, præscripto, ac usitato, visitata, atque recognita. Quæ Imago Venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni super muro in Cappella præfata ex dextra parte

§. 12. Visitatio d. Imaginis.

§. 13. Descriptio d. imaginis cum signis, & titulo Sanctitatis, & Martyrii.

parte depicta est virilis staturæ penès Imaginem S. Joannis Baptistæ eodem penniculo depictam, stans, ac radium formæ, ac figuræ antiquæ circa caput habens, cum Rochetto, & Vario Canonicali, atque cum subscriptione hac -- *Sanctus Joannes Nepomuc* M. *submersus millesimo tercentesimo octuagesimo tertio* -- ubi super antiquitate hujus Imaginis in præasserta Capella Curiæ Vetero-Pragensis, super muro ex parte dextra depictæ Venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, auditi, & examinati fuerunt suprememorati duo jurati, & Periti Magistri Pictores, videlicèt, Dominus Joannes Ongers ætatis suæ quinguaginta octo annorum, Civis Vetero-Pragensis, artem pictoriam annis circitèr triginta exercêns, & Dominus Joannes Iacobus Brunner ætatis suæ quinquaginta trium annorum pariter Civis, & Artis pictoriæ viginti aliquot annis Magister, qui in virtute præstiti à se nuper juramenti, unanimitèr edixerunt, judicârunt, & judicant, dictam Imaginem venerabilis Servi Dei Joannis Nepomuceni, pictam esse antè nonaginta novem annos, rationem suæ scientiæ addentes, quia, & penicillum illius, qui pinxit, & Hariny vocabatur, & modum picturæ pro tunc usitatæ norunt.

§. 14. *Judicium peritorum quod d. Imago fuerit depicta ante annos nonaginta novem.*

Num. 41. *Dicta Testium de Donarijs Candelarum Paramentorũ Sacrorum, aliorumque Anathematum factis in honorem B. Joannis tàm in Ecclesia Metropolitana, quàm in alijs.*

Ad Articulum vigesimum primum Interrogatorium centesimum octavum Process. fol. 143. *ter.*

Viditnè Testis Candelas, Apparamenta Sacra, quæ in honorem hujus fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni donata sunt?

Interrogatorium centesimum nonum Process. fol. 143. *ter.*

An etiam Testis in alijs Ecclesijs pari fervore devotionem ergà hunc fidelem Servum Dei Joannem Nepomucenum exerceri, Anathemata, & alias oblâtiones offerri viderit, & an nihil his omnibus in contrarium scriptum, aut dictum sit, reflectat se Testis valdè bene? IV. Testis ad 108. Process. fol. 431. ter. 432.

Respondit. Vidi quamplurima. Ad. 109.

Respondit. Non tantùm in Metropolitana Ecclesia, sed etiam in alijs multis, ac in mea propria Ecclesia.

V. Testis ad 108. Process. fol. 451. & ter.

Respondit. Vidi quamplurima. Ad 109.

Respondit. Vidi Imagines plurimas in alijs Ecclesijs, & quidem etiam in Ecclesijs mihi commissis, & ubiquè devotionem observavi. VI. Testis ad 108. Process. fol. 469.

Respondit. Vidi quamplurima. Ad 109.

Respondit. Ego in plurimis Ecclesijs vidi Altaria, & Statuas, & Anathemata affixa, & in his omnibus nunquam aliquid in

contrarium dictum, aut tempus nunc recordor.

VIII. Testis ad 108. Processf. fol. 504.

Respondit. Vidi quamplurima. Ad 109. *Respondit.* Cultus etiam quidem in alijs Ecclesijs est fervens, & Anathemata quamplurima appensa vidi, licèt non in tanta copia, sicut ad. Sepulchrum ejus. IX. Testis ad 108 Processf. fol. 606. ter.

Respondit. Vidi plurima Ad 109. *Respondit.* In omnibus quasi Ecclesijs, ubi Altaria & Statuæ illi in honorem erectæ sunt: Anathemata, & alias oblationes vidi, ac devotionem, ergà ipsum exerceri sinè ulla omninò contradictione.

XI. Test. ad 188. proc-fol. 520. *Respondit.* Vidi plurima. Ad 109.

Respondit. Vidi in plurimis alijs Ecclesijs, & ipsa devotio etiam in mea Ecclesia ad ipsius Altaria habetur sinè ulla contradictione. *Cum supradictis Testibus concordant I. Processf. fol. 379. ter. II. fol. 397. III. fol. 415. VII fol. 486. X. fol. 624. XII. fol. 537. XIII. fol. 641. ter. XIV. fol. 555. ter. XV. fol. 572. ter. XVI. f. 589. t.*

Num. 42. *Dicta Testium de celebratione sex millium & ultra Missarum, & susceptione Sacræ Eucharistiæ in honorem B. Joannis in Ecclesia Metropolitana per totũ anni cursum, Interrogatoria*

Ad Articulum duodecimum Interrogatorium septuagesimum tertium, Processf. fol. 137. tergo 138

Recordaturnè Testis à tempore pubertatis suæ, quòd in solà Ecclesia Metropolitana ad Altaria fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni ultra sex millia Missarum votivarum per anni decursum legantur, & quòd plurimi homines pœnitentes ad eadem Altaria Sacrâ Synaxi reficiantur?

Interrogatorium septuagesimum quartum Processf. fol. 138.

An verum sit, quòd etiam in alijs Ecclesijs in Tri-Urbe Pragensi sitis, ad Altaria huic fideli Servo Dei Ioanni Nepomuceno in honorem erecta, eadem devotio & quidem sine omni contradictione Ordinariorum frequentetur, & an Testis à suis Majoribus habeat, quòd jam illorum tempore hæc devotio (licèt non tam frequens & copiosa) fuerit?

Ad Articulum vigesimum primum Interrogatorium centesimum septimum Proc. fol. 143.

Responsiones Testium.

§. 1. *Celebratio Missarum, & susceptio S. Eucharistiæ, ut supra.*

A quo tempore testis tot, tantáque Missæ Sacrificia (quamvis solùm de tempore, vel Festo occurrente, aut votiva de Sanctissima Trinitate) in honorem tamen Venerabilis Servi Dei Ioannis Nepomuceni ad contigua Tumulo ejus Altaria scit lecta esse, quæ pij clientes frequentissimè, & quidem per multa millia per annum legi procurarunt, undè Testis hanc genuinam scientiam habet? I. Testis ad 73. Processf. fol. 375.

Respondit. Audivi à pubertate mea, magnam copiam Missarum

rum legi, & quòd plurimi homines ad Altaria Sepulchri reficiantur Sacra Synaxi, hoc omnibus patet. Ad 74.

Respondit. Non tantum frequens concursus est in Ecclesijs totius Tri Urbis ad Altare ipsius, verùm etiam in toto Regno, à Patre meo, prout sæpiùs dixeram, cultus fuit, & tempore illius, & audivi etiam ab omnibus illum jam tempore illorum cultum fuisse. ad 107. Processf. fol. 379. & tergo.

§. 2. De sup adicta celebratione Missarum in honorem B. Joannis de visu.

Respondit. Ab Infantia semper audivi, & à multis annis ipse vidi, & video. III. Testis ad 73. Processf. fol. 411.

§. 3. Supradicta Missarum celebratio in Metropolitana.

Respondit. Hoc ipse non tantùm vidi à pubertate mea, sed etiam in consignatione vetustissima legi, quàm magna copia Missarum lecta fuerit, & in dies legatur. Ad 74.

Respondit. Sic est, in omnibus Ecclesijs totius Tri-Urbis, sicut & extra Pragam, imò in toto Regno talis devotio ad illius Altaria, Statuas, & Sacella habetur, præterea etiam à meis Majoribus audivi, quòd illorum tempore constans devotio fuerit.

§. 4. In omnibus Ecclesijs Pragæ, & in toto Regno Bohemiæ etiam de auditu à majoribus.

Ad 107. Processf. fol. 414. ter.

Respondit. A juventute mea, & à Majoribus meis semper id audivi, & in consignatione antiquæ Tabellæ legi.

IV. Testis ad 73. Proc. fol. 428.

§. 5. Celebratio supradictæ Missarum in Metropolitana.

Respondit. Recordor, & etiam consignationem Sacrorum legi. Ad 74. *Respondit.* Audivi, & etiam in mea Ecclesia Altare in honorem Divi Joannis Nepomuceni erectum habeo ad quod frequenter Sacra leguntur, & Populus orat sinè ulla contradictione Ordinariorum. Ad 107. Processf. fol. 431. ter.

§. 6. Etiam in alijs Ecclesijs.

Respondit. A quadraginta duobus annis, & ipsemet apud Altaria ipsius frequentissimè Missas legi.

§. 7. De facto propria celebrationis Missarum ad Altaria B. Joannis.

VI. Testis ad 73. Processf. fol. 465. & tergo.

Respondit. Vidi à juventute mea, quòd in honorem illius copiosissima Sacra legantur. Ad 74.

Respondit. Hoc verum est, & ipse Altaria, & Statuas in alijs Ecclesijs erectas, sicut & concursum populi vidi.

§. 8. Celebratio Missarum, ut supra in Metropolitana.

Ad 107. Proc. fol. 469. *Respondit.* Vidi, quod in honorem illius plurima Sacra lecta fuerunt per constitutos specialiter ad id Sacerdotes.

§. 9. Et in alijs Ecclesijs, à fi... Altaribus, & Statuis in honorem Joannis.

Cum supradictis Testibus concordant II. processf. fol. 393. & 397. V. fol. 447. & 451. VII. fol. 482. & 486. VIII. fol. 500. & 503. ter. IX. fol. 602. tergo & 606 X. fol 620 ter. & 624. XI. fol. 516. & 519. tergo XII. fol. 533. & 537. XIII. fol. 637. ter. & 641. ter. XIV. fol. 551. terg. & 555. ter. XV fol 572. XVI. fol. 585. ter. &

Num. 43.
Dicta Testium deponentium quod B. Joannes à tempore Martyrij secuti anno 1383. reperitur in possessione Cultus.
Interrogatoria. Responsiones Testium.

Ad Articulum sextum Interrogatorium trigesimum quartum fol. 132. & ter.

Potestnè Testis illæsâ conscientiâ asserere, fidelem Servum Dei Joannem Nepomucenum ab anno millesimo tercentesimo octuagesimo tertio (à quo in Moldavam præcipitatus esse dicitur) in possessione famæ Martyrij, & Cultûs fuisse, constanter mansisse, & usque in præsens manere?

Interrogatorium trigesimum quintum fol. 132. ter.

A quo tempore Testis hanc imperturbatam possessionem Cultûs meminit, & an unquam audiverit, quòd signa Cultûs eidem fideli Servo Dei Joanni Nepomuceno exhibiti, aliquando interdicta, & prohibita fuerint?

Interrogatorium trigesimum sextum fol. 132. ter.

Dicat Testis qualiter de hac sæpedicta possessione Cultus à suis Majoribus narrari audiverit, & an vicissim illi de eadem possessione à Majoribus suis veritati conformem habuerit notitiam?

§. 1. *Affirmat de supradicta possessione Cultus de audita à majoribus, & de visu*

§. 2. *Recordatur de visu à quinquaginta annis, & nunquam fuit turbata dicta possessio.*

III. Testis ad 34. fol. 406. ter. *Respondit.* Possum, quia sic à Majoribus semper audivi, & ex lectione librorum, atque ex propria scientia à quinquaginta annis mihi constat.

Ad 35. *Respondit.* A quinquaginta annis, ut dixi, ut autem Cultus iste fuerit interdictus, aut prohibitus, nunquam audivi.

§. 3. *Deponit de audito à majoribus etiam secundo.*

Ad 36. Resp. Sic audivi hæc, & scio, quia Mater, & avia, sicut & patruelis meus illum constanter coluerunt, ipsius Imagines in Officijs, & Libris precatorijs deferebant.

IV. Testis ad 34. fol. 423. ter.

§. 4. *Possessio Cultus ut supra, etiam ex fama publica*

Resp. Possum bonâ conscientiâ asserere, sic me semper audivisse, & talem constantem fuisse famam, mansisse talem, & usque in præsens manere.

Ad 35.

§. 5. *De audita: nec prædicta possessio unquam turbata extitit.*

Resp. A juventute mea audivi, & recordor, ut autem aliquando Cultus interdictus, aut prohibitus fuisset, nec ipse recordor, nec à Senioribus me audivi.

Ad 36.

§. 6. *De audita à Majoribus etiam secundo*

Resp. Desuper jam supra respondi, quòd à Senioribus me audiverim semper, & constanter cultum fuisse, & illi id ipsum à suis Majoribus indubitanter habuerunt, & nihil in contrarium.

§. 7. *Possessio Cultus ut supra, de audita à majoribus.*

VII. Testis ad 34. fol. 477. tergo 478.

Respondit. Omninò, quia sic semper à Majoribus meis audivi.

Ad 35. *Respondit.* A' juventute mea, & nunquam audivi interdictum, aut prohibitum fuisse. Ad 36. §.8. *De auditu à juventute & nil in contrarium.*

Respondit. Dixi jam in supra, quòd Parens, & Mater mea ipsum coluerint constanter, & me etiam ad huncCultum stimulârunt. Proindè credo firmiter, quòd hunc stimulum, à suis Majoribus habuerint. IX. Testis ad 34. fol. 598. & terg. §.9. *Parentes citabant Testem, ut Cultum præstaret B. Joanni.*

Respondit. Hoc semper à Majoribus meis audivi, quòd talis vox, & fama constans fuerit, & ipse recordor, quòd in hodiernum usquè diem maneat. Ad 35. §.10. *Possessio Cultus ut supra §.1. de auditu a Majoribus.*

Respondit. Ego ipse recordor à juventute mea, ubi nunc octuagesimum secundum annum ago, & de prohibitione totô hoc tempore nihil unquam audivi. Ad 36.

Respondit. Avus meus, & Mater mea illum coluerunt, & etiam me ad Cultum stimulârunt, & non dubito, quòd & illi hoc à Prædecessoribus suis habuerint, quomodò aliàs ita narrare potuisset? X. Testis ad 34. fol. 615. ter. §.11. *Et roboratur semper viguisse per annos octuaginta duos propriæ ætatis, & nil in contrarium.*

Respondit. Possum, quia sic semper à Majoribus meis audivi, & legi. Ad 35.

Respondit. A' juventute mea usque in præsens recordor, & nunquam Cultum hunc interdictum, aùt prohibitum fuisse, sed indies augeri. Ad 36. §.12. *De incitamento præstito ab Avo, & Matre ipsi Testi, ut coleret B. Joannem.*

Respondit. Parens, & avus illum coluerunt, & non dubito, quin, & meus Proavus tanquam Catholicus eundem coluerit. Testis. ad 34 fol. 528. terg. 529.

Respondit. Possum, quia sic semper à Patruo meo, & Canonicis, sicut, & ab aliis Senioribus me constanter audivi, & legi. Ad 35. §.13. *Possessio Cultus ut supra de auditu, & ex lectione.*

Respondit. A' quinquaginta novem annis ipse recordor, nec unquam audivi Cultum interdictum, vel prohibitum fuisse. §.14. *A tempore juventutis, & n. Cultus nunquam fuit interruptus*

Ad 36. *Respondit.* Patruus meus narravit, quòd illum semper coluerint, proùt, & ille ipse illum colebat, & me ad parem Cultum ipse cum alijs à Majoribus suis traditum habuit.

Cum supradictis Testibus concordant I. Proc. fol. 370. & ter. II. fol 388. ter. V. fol. 441. ter. VI. fol. 460. ter. VIII. fol. 495. ter. XI. fol. 512. ter. XIII. fol. 632. ter. XIV. fol. 546. ter. XV. fol. 564. XVI. fol. 581. & tergo. §.15. *Possessio n. Cultus de auditu ut supra.*

Ad Articulum duodecimum Interrogatorium septuagesimum primum Process. fol. 137. ter. §.16. *Devisio etiam, nec ulla contradictio.* §.17.

Audivitnè Testis à suis Majoribus, & ii vicissim à suis, quam magnus Cultus illorum tempore huic fideli Servo Joanni Nepomuceno exhibitus fuerit? *Cujus*

Num. 44. *Interrogatorium septuagesimum secundum Process. fol. 157. tergo.*

D. Ela I. p.num deponentium de magno Cultu pra. itoB Joan. Interrogatorja. D. Ela I. stium. Recenseat Testis diversas Mundi Partes, in quibus hæc devotio diffusa esse dicitur? I. Testis ad 51. Process. fol. 374. ter. 374.

Respondit. Audivi semper. Ad 72.

Respondit. Vidi non tantùm per Bohemiam, sed Italiam, totum Imperium Catholicum, Belgium, & in Locis exteris, in quibus fui. II. Testis ad 71. Process. fol. 393.

§. 1. *Magnus Cultus de nudatu à Majoribus etiam scu do.*

Respondit. Hoc audivi sæpè. Ad 72.

Respondit. In omnibus Terris hæreditarijs, in toto Imperio, Belgio, Gallia, & Italia. III. Testis ad 71. proc. fo. 410. ter. 411.

§. 2. *Prædictus Cultus propagatus in alias Provincias d. visu.*

Respondit. Audivi semper, quòd fuerit magnus Cultus. Ad 72.

Respondit. Quantum mihi constat, in Bohemia, per omnes Districtus, & in Provinciis hæreditariis, immò in toto Imperio Catholico. IV. Testis ad 71. proc. fol. 427. ter 428.

§. 3. *Magnus Cultus ut supra § 1.*

Respondit. Audivi à Senioribus me, semper magnum Cultum exhibitum fuisse. Ad 72.

Respondit. Præter Bohemiam, etiam in Bavaria, Austria, Moravia, Silesia, Hungaria, toto Imperio Catholico, proùt fideliter audivi. V. Testis ad 71. proc fol. 446. ter. 447.

§. 4. *Enumeratio plurium locorum ubi propagatus st cultu.*

Respondit. Audivi à Senioribus me, quòd jam illorum tempore cultus fuerit, ut Sanctus. Ad 72.

Respondit. Per omnes Provincias hæreditarias, Bavariam, Germaniam, Poloniam, Hungariam, & etiam in Italia.

§. 5. *Magnus Cultus.*

VI. Testis ad 71. Proc. fol 465.

§. 6. *Extensio d. Cultus per diversas Provincias.*

Resp. audivi magnum Cultum exhibitum fuisse. Ad 72.

Respondit. Præter Bohemiam audivi etiam in aliis Terris, nempè in Austria, Moravia, Bavaria & toto Imperio Catholico, ejúsque devotionem, & Cultum frequentari.

§ 7. *Magnus Cultus semper stræsitus de audi u à Majoribus.*

Cum supradictis Testibus concordant VII. Proc. fol 482. VIII. fol. 499. IX. fol. 602. ter. X. fol. 620 XI. fol. 5 : 6. XII. fol. 533. XIII. fol. 637. tergo. XIV. fol. 551. XV. fol. 568. XVI. fol. 585.

Num. 45. *Ad Articulum decimum nonum Interrogatorium nonagesimum nonum Process. fol. 141.*

D. ét. 1. p.num deponentium de augmento prædicti Cultus.

Quòd, si Testis de augmento Cultûs publici fidelis Servi Dei Joannis Nepomuceni genuinam veritatem testificari vult, sic dicat antè omnia, quid, & qualiter de hoc Cultu à Maioribus suis narrari audiverit, quam magnus, & fervens illorum tempore fuerit. *Interrogatorium centesimum Proc. fol. 142.*

Interrogatoria

Recenseat Testis, an Majores sui narraverint, quòd hic Cultus jam illorum tempore, & quàm multùm crescere cœpe-

rit,

rit, & an etiam jam tunc Reges, Principes, Regni Proceres, universus Clerus, Graduati, & Populus omnis ad Tumulum fidelis Servi Dei flexerint, & preces fuderint. *Responsiones. Testium.*

I. Testis. ad 99. proc. fol. 378. & ter.

Respondit. Testor Cultum augeri semper de die in diem, & etiam à Majoribus meis audivi, semper cultum fuisse. *§. 1. Augmentum prædicti Cultûs.*

A 100.

Respondit. A' Parente meo audivi cultum fuisse, nam, & ipse eundem coluit, ut sæpiùs dixi; an autem & tempore illius, Reges, & Proceres, ad genua provoluti fuerint, hoc quidem ab ipso Patre non audivi, sed ab aliis, & etiam in Historiis legi.

II. Testis. ad 99. proc. fol. 396. & ter. *§. 2. Augmentum prædicti Cultûs etiam tempore Majorum.*

Respondit. Quod Cultus frequens fuerit, hoc à Patre meo, & aliis me Senioribus habeo, quòd autem de die in diem auctus fuerit, & augeatur, hoc à juventute recordor. Ad 100.

Respondit. A' juventute mea recordor, & quòd Parens meus illum coluerit, dixi superiùs, sicùt & quòd credam hunc Cultum a Patre suo sibi traditum habuisse.

IV. Testis ad 99. proc. fol. 430. ter. *§. 3. Augmentum prædicti Cultûs etiam tempore Majorum.*

Respondit. Audivi a Senioribus me, jam illorum tempore hunc Cultum multum viguisse. Ad 100.

Respondit. Audivi à Senioribus me, & jam illorum tempore Cultum hunc viguisse, & crevisse. V. Test. ad 99. proc. fol. 450. *§. 4. Augmentum prædicti Cultûs etiam tempore Majorum.*

Respondit. A Senioribus me audivi, fuisse etiam illorum tempore Cultum specialem, & frequentem. Ad 100.

Respondit. Audivi, quòd cultus fuerit ab omnis conditionis hominibus. XI. Testis ad 99. proc. fol. 518. ter. 519.

Respondit. A patre, & amita mea audivi, quòd jam tempore illorum magnus, & frequens fuerit. Ad 100. *§. 5. Augmentum Cultûs, ut supra.*

Respondit. Audivi à parentibus meis, quòd totò illorum tempore hic Cultus fuerit, & quòd ad Tumulum illius Regii proceres, & universus populus flexerint, & preces fuderint.

XIII. Testis ad 99. process. fol. 640. ter. *§. 6. Augmentum Cultûs de audit à Senioribus.*

Respondit. Dominus Comes Bernardus de Martinitz, & etiam alii narrabant, jam eorum temporibus Cultum ejus magnum fuisse. Ad 100. *Respondit.* Hoc ità audivi.

Cum supradictis Testibus concordant III. proc. ff. fol. 414. VI. fol. 468. VII. fol. 485. VIII. fol. 502. à ter. IX. fol. 605. X. fol. 623. XII. fol. 536. XIV. fol. 554. ter. XV. fol. 571. XVI. fol. 588.

Ad

Num.46. *Dicta Testium deponentium de propagatione Cultus prædicti extra Regnum Bohemiæ Interrogatoria*

Ad Articulum vigesimum quartum Interrogatorium centesimum decimum nonum proc.fol.144. à terg.

Undè Testis scit verum fuisse, & esse, quòd Cultus publicus Venerabili Servo Dei Joanni Nepomuceno à tempore immemorabili exhiberi solitus, non tantùm per Regnum Bohemiæ, & conterminas ei provincias, sed per totum ferè Orbem se explicaverit, quòd utique ejus Imagines cum radio, & palmâ, sicut, & Ecclesiæ, Altaria, & Capellæ in honorem illius constructæ, atquè Lampades fundatæ reperiantur?

Interrogatorium centesimum vigesimum proc.fol.145.

Recenseat Testis veritatem, in quibus exteris provincijs has Statuas, Sacella, & Lampades viderit, & an hæc omnia cum consensu, & approbatione horum exterorum Locorum Ordinariorum extructa, & appensa fuerint, & an nemo his omnibus contradixerit?

Interrogatorium centesimum primum proc.fol.145.

Si Testis scit, à quo tempore in exteris provincijs prò honore multum memorati fidelis Servi Dei Ecclesiæ, & Sacella erecta, & Lampades appensæ sunt, nominet illa, & specificet?

Ad Articulum vigesimum quintum Interrogatorium centesimum vigesimum secundum proc.fol.145.& ter.

Undè Testis scit, veritatem fuisse, & esse, quòd huic Cultui (qui fideli Servo Dei Joanni Nepomuceno exhibitus fuit, & hucúsque exhibetur] nemo Ordinariorum Loci, & nequè Nuntius Apostolicus, vel quæcunque alia potestas, contradixerit, vel contradicere audita fuerit?

Responsiones Testium.

Interrogatorium centesimum vigesimum tertium proc. fol.145.ter.

Dicat Testis, quot Ordinarios Pragæ recordatur, & an nunquam audiverit, quòd aliquis ex ipsis huic Cultui se opposuerit?

§.1. Extensio Cultûs, ut supra.

I. Testis ad 1 9 proc.fol.280.ter.381.

Respondit. partim ipsemet vidi in diversis Locis, partim ex libris legi, partim ex relatione Seniorum me id totum habeo. *Ad* 120.

§.2. Innuit Regiones, de quibus in præsenti Summ.num 44.§.2.

Respondit. Jam suprà dixi, in quibus Terris, & provinciis ipsemet viderim, & credo tolerantibus Ordinarijs Locorum factum fuisse, de contradictione autem nil audivi.

Ad 121.

Respondit. A triginta novem annis, & in provinciis exteris, sicut suprà retuli.

Ad 122. *Respondit.*

Resp. Nunquam aliquid audivi ab aliquo Ordinariorum, vel Nuntio Apostolico, vel alia potestate contradictum fuisse.

Nulla contradictio Ordinariorum.

Ad 123. Resp. Quatuor Ordinarios recordor, Matthæum Ferdinandum, Joannem Fridericum, Joannem Josephum, & Ferdinandum, & nunquam audivi, aliquem ex his huic Cultui se opposuisse. III. Testis ad 119. Proc. fol. 415. ter. 416.

§. 4. *Specificat Regiones, ad quas perlatus est d. Cultus absque contradictione Ordinariorum,*

Resp. Sic partim ipsemet vidi, partim ab alijs tàm Sæcularibus, quàm Ecclesiasticis audivi. Ad 120.

Resp. Non tantùm in Bohemia, sed etiam in Austria vidi Statuas, de alijs Provincijs autem audivi, & citrà contradictionem Ordinariorum. Ad 121.

§. 5. *Innuit copiam Sacellorum, Anathematum, & lampadum in honorem B. J.*

Resp. Tanta illorum copia est, ut specificari non possint.

Ad 122. Resp. Quia nunquam de hoc audivi, nec legi, sed indies Cultus auctus fuit, & augetur.

§. 6. *Nulla contradictio ordinariorum audita est.*

Ad 123. Resp. Recordor sequentes Ordinarios: Mathæum Ferdinandum, Joannem Fridericum, Joannem Josephum, & Ferdinandum, & nihil audivi, quòd aliquis horum, vel alius huic Cultui se opposuisset. IV. Testis ad 119. Proc. fol. 433.

Resp. Sic semper audivi à Senioribus me. Ad 120.

§. 7. *Extensio Cultus ut supra.*

Resp. Iam suprà respondi, & Provincias numeravi: in contrarium autem mihi nihil constat.

§. 8. *Innuit specificationem regionum factam in præsenti Sum. n. 44. § 8.*

Ad 121. Resp. Iam supra desuper respondi.

Ad 122: Resp. Quia nihil de his unquam audivi.

Ad 123. Resp. Recordor Quatuor, Matthæum Ferdinandum, Joannem Fridericum, Joannem Josephum, & Ferdinandum, nec mihi constat, ut aliquis illorum se unquam opposuisset

§. 9. *Nulla ordinariorum audita est contradictio.*

VI. Testis ad 119. Proc. fol. 470. & ter.

Resp. Hoc partim audivi, partim ipse vidi.

Ad 120. Resp. Præter Bohemiam vidi in Moravia, Austria & Bavaria, & de contradictione Ordinariorum nihil unquam audivi. Ad 121. Resp. Iam desuper, mox respondi.

§. 10. *Extensio Cultus, ut supra*

Ad 122. Resp. Nunquam de his quidquam audivi

§. 11. *Nulla contradictio audita est Ordinarij.*


Ad 123. Resp. Ego recordor quinque Ordinarios, Cardinalem ab Harrach, Matthæum Ferdinandum, Joannem Fridericum, Joannem Josephum, & Ferdinandum, & nunquam audivi, ut ex his omnibus quinque præfato Cultui quis se opposuisset.

Cum supradictis Testibus concordant II. Process. fol. 398. & ter. V. fol. 452. ter. VII. fol. 487. & ter. VIII. fol. 505. & ter. IX. fol. 607. ter. X. fol. 925. XI. fol. 521. XII. fol. 528.

XIII. fol. 642. terg. XIV. fol. 556. terg. XV. fol. 573. XVI. fol. 590. tergo.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.



PRAGEN

Concessionis Officij, & Missæ

IN HONOREM

IOANNIS NEPOMUCENI.

NEC NON

Elevationis Corporis ejusdem.

ANIMADVERSIONES

R. P. D. FIDEI PROMOTORIS.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

OFFICIUM, & Missa, licèt de Communi unius Martyris concedi nequit in honorem Beati Joannis Nepomuceni, sivè loquamur de jure, sivè loquamur de stylo hujus Sac. Congregationis.

De jure quidem, quia non fuit in Processu super Cultu immemorabili probatum, quòd à tempore immemorabili fuit in honorem hujus Beati recitatum Officium, & Missa celebrata, & sine hac probatione non est de jure locus concessioni Officij, & Missæ, juxta Decretum huius Sacræ congregationis impressum post *Consilor. de Canonizat. Sanctor. pag mihi* 823., *Sacr. rituum Congregatio annuente Sanctissimô Dominô Nostrô decrevit immemorabilem probatam super Cultu, & veneratione alicujus Sancti non canonizati, nec beatificati non suffragagari, ad effectum, quod de illo possit concedi Missa, vel Officium, sed in specie, & in illo loco esse probandam immemorabilem quoad Cultum cum Missa & Officio, & ita impostesrum servari mandavit die* 20. *Novembris* 1628.

Absquè eo, quod quidquam referat erecta esse altaria in honorem hujus Servi Dei, quandoquidem ab erectione Altarium, etiamsi esset facta auctoritate Apostolica, non vàlet de jure illatio ad concessionem Officij, & Missæ, juxta Decreta Alexandri VII. super Cultu Beatis adhuc non Canonizatis præstando, edita die 27. Septembris 1659. ibi -- *Quòd, si concessa fuerit per eandem Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Missa, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur; Etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet.*

Transeundo ad stylum hujus Sac. Congregationis, licèt ingenuè admittam, fuisse ex peculiaribus circumstantijs concessum ab hac Sac. Congregatione

tione Officium cum Missa in honorem eorum, quorum Cultus immemorabilis fuit approbatus, etsi non fuisset ostensum, quòd à tempore immemorabili in honorem eorum fuisset Missa celebrata, nec non fuisset Officium recitarum, binæ tamèn concurrunt in casu circumstantiæ; quæ suadent, non esse hic, & nunc ex stylo indulgendum, ut in honorem B. Joannis celebretur Missa, & recitetur Officium, juxta ea, quæ à postulatoribus petuntur.

Prima circumstantia est quòd in penultima Congregatione fuit signata Commissio introductionis hujus causæ, in ultima fuit dictum, sententiam Archi-Episcopi Pragensis esse confirmandam, & sic constare de Cultu immemorabili; Quo circa, si in hac sessione fieret concessio Officij, & Missæ, timendum maximoperè est, nè dicatur præcipitantèr, fuisse ab hac Sacra Congregatione in hac causa processum contra notorium Sedis Apostolicæ stylum, quæ perintervalla temporum hujusmodi petitionibus annuere consuevit.

Crescitque discursus, quandoquidèm Exemplum non invenio, in quo Sac. hæc Congregatio post approbatum in una sessione Cultum immemorabilem, devenerit in subsequenti ad concessionem Officij, & Missæ, in quo rerum themate, sicuti concessio, de qua nunc agitur, est sine exemplo, sic eadem videtur absquè dubio adversari stylo hujus Sac. Congregationis.

Secunda circumstantia, quæ suadet, non esse hic, & nunc annuendum Instantiæ, & quidem juxta praxim, & stylum hujus Sac. Congregationis constituitur in hoc, quòd petitur Officium, & Missa pro tota Germania, nec non pro Statibus hæreditarijs, absque eo, quòd doceatur de Episcoporum Instantijs, quæ omninò sunt necessariæ, ita ut Sacra hæc Congregatio, Referente Eminentissimo Domino meo Cardinali Gualterio, noluerit annuere petitioni Officij, & Missæ in honorem S Rochi pro tota Ditione subjecta Magno Duci Hetruriæ, nonnisi quia Episcoporum petitiones non exhibeantur.

Nec est dicendum, quod hic, & nunc agitur de Martyre, & quod quando agitur de Martyre, Apostolica Sedes benignior esse consuevit in relaxando rigore, & in annuendo petitionibus ad ejus Cultum pertinentibus; Inter Martyres, etenim ab hac Sancta Sede Beatorum fastis adscriptos, celebris est Petrus de arbues, Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Cesaraugustanæ, & primus inquisitor in Regno Aragoniæ. Porrò cùm in Beatificatione Petri de Arbues concessum tandummodò fuerit, ut sub Ritu duplici recitaretur Officium, & Missa celebraretur de Communi Martyris in Cathedrali Ecclesia Cæsaraugustana, ubi Martyrij palmam consecutus est, & in qua ejus corpus requiescit, nèc non in Ecclesijs Generalis Inquisitionis Hispaniarum, & Sancti Martini Inquisitionis Regni Aragoniæ, ubi primi Inquisitoris munus obivit, nèc non in Matrice Ecclesia Oppidi de Epila ubi natus est, quemadmodum legitur in Constitutione 1,6. Alexandri VII. Bull. tom. 6. si hæc concessio æquiparetur pe-

titioni Officij,& Missæ pro tota Germania,& pro Statibus Hæreditarijs de ejus exorbitantia non videtur,quod ullo modo dubitari possit , & per consequens,quòd similis concessio , quatenùs fieret, adversaretur stylo Sedis apostolicæ.

Multóque magis,cùm causa Beati Petri de arbues processerit per viam non cultus, ità ut in ea fuerit formitèr accerrimè discussum Martyrium, cùm causa Martyrij, tàm ex parte Tyranni, quam ex parte Martyris, fuerint formitèr discussa, & approbata signa & miracula, & negocium, nèc minùs in viginti sessionibus fuerit absolutum,& quidem plurium annorum intercapedine intercedente. Quo circà, si in Beato Beatificatione formali facta fuit concessio Officij,& Missæ adeò limitata,nemo est,qui non videat,quàm longè distaret à stylo Sedis apostolicæ concessio Officij,& Missæ pro tota Germania, & pro Statibus hæreditarijs in honorem Joannis Nepomuceni Beati,non beatificatione formali,sed æquipollenti,quod est idem, ac dicere sine discussione Martyrij,sine approbatione signorum, & Miraculorum, neque duorum, aùt trium mensium spatio absoluta, & terminata cum unico processu super cultu immemorabili.

Hæc sunt, quæ pertinent ad concessionem Officij , & Missæ, nunc autem Sermonem transferendo ad petitam elevationem Corporis, non solùm urgent ea, quæ hucùsque dicta sunt de nimia petitionum celeritate , sed alia ulteriùs concurrunt, quæ sunt animadversione digna.

Ut audio , non petitur translatio Corporis de Capsa ad Capsam, vèl de loco subterraneo ad alium locum subterraneum, sed de loco subterraneo ad Altare, seù ad impositionem super Altari. Continetur autem in hac re non exigua petitio, quià , ut omnibus notum est, juxtà antiquum Ecclesiæ Ritum, Canonizatio non aliò modò fiebat, quàm per Corporis elevationem, & quod notabilius est, non solùm Beatorum , sivè Beatificatione formali, sivè Beatificatione æquipollenti, sed etiam ipsorum Sanctorum corpora non possunt exponi super Altari , juxtà decretum hujus Sacræ Congregationis, impressum apud continuatores Bollandianos ad acta Sanctorum mensis Maij tom.5.pag. mihi 239., ibi -- *Nullò autèm modò probatur Sacræ Congregationi, ut Sancta Corpora reponantur in Arca Christallina exponenda supèr Altare quemadmodum scribitur Patres Cappucinos intendere, cùm id à Ritu, & usu Ecclesiæ alienum sit, quæ solet Sanctorum Corpora tenere sub Terra, vel intra Altaria, supra quæ tremendum Sacrificium offertur.*

In Universum deniqùe adversùs hanc Corporis elevationem, sivè illud reponatur super Altari, vèl intra Altare , militat celeberrimum hic in Urbe exemplum S. Pius V. qui sibi elegerat Sepulturam in Opidio Boschi, in quo natus erat, fuit,juxta morem Romanorum Pontificum sepultus loco Deposi-

ti in Basilica Vaticana, Sixtus Papa V. noluit, quòd Corpus extrà Urbem transferretur, sed extructo in Basilica Liberiana solemni Mausoleo fecit Anno 1588. Corpus transferri ad Basilicam Liberianam, illúdque condi sub Mausoleo in Sepulchro subterraneo. Introducta fuit Causa Beatificationis, & Canonizationis Pii Papæ V. & in eo, quod attinet ad Beatificationem, non fuit illa absoluta, nisi tempore Clementis Papæ X. nèc Corpus fuit amotum à loco, in quo erat, nisi tempore San. mem. Innocentii XII. Anno videlicèt 1698. quo è loco subterraneo debitis accedentibus solemnitatibus, facta fuit Beati Corporis recognitio, fuit illud novis Vestibus indutum, & in Capsa tùnc fabricata fuit expositum publicæ Venerationi, eo in loco, in quo etiàm nunc colitur, & statis diebus videtur; Et licèt Beatus Pius Papa V. fuerit à Sanctissimo Domino Nostro intèr Sanctos adscriptus Anno 1712. non tamen usquè adhuc cogitatum fuit de transferendo S. Corpore à loco, in quo est, ad Altare.

Suadet autèm hoc exemplum non esse hìc, & nùnc annuendum petitioni cujuscúnque elevationis, aùt translationis Corporis Beati Joannis Nepomuceni, cujus Causa processit per viam Cultûs immemorabilis, qui fuit in ultima tantùm Congregatione approbatus.

Atquè hæc dicta sint sub Censura salvo semper &c.

Prosper de Lambertinis Fidei Promotor.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES.

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

NULLIUS ponderis videntur, quæ Reverendissimus Promotor in ejus *Animadversionibus* deducit, ac propterea concedenda speratur petita recitatio Officii, & celebratio Missæ, nec non facultas transferendi Corporis ad *Altare*, prout supplicatur.

Oriendo siquidem à dicta recitatione Officii, & Missæ nil turbat oppositio de Jure in eo fundata, quòd in casu probata non fuerit eadem recitatio Officij, & celebratio Missæ in honorem Beati Joannis per cursum temporis immemorabilis, prout innuere supponitur Decretum Sacræ Congregationis editum die 20. Novembris anno 1628. relatum per Reverendissimum Promotorem §. *De Jure*.

Prompta enim suppetit responsio, quòd cùm ejusmodi Cultus per varias species expressus æquiparetur Officio, & Missæ, ut comprobatum est in Memorali §. *Eo facilius*, & *seq.* indè locum sibi vindicat limitatio præfati Decreti, cùm ad effectum consequendi Officii, & Missæ Indultum exuberet Cultus ille solemnis, qui illis æquipolleat, proùt servatum fuit in *Florentina Beatæ Julianæ*, & *Beati Alexii de Falconeriis*, ac nuper in *Aretina Beati Gregorij Papæ*

XI. die 9. Decembris anno 1713. , aliò quippe Sacra Congregatio in promulgatione memorati Decreti non respexit, quam interdicere, ne probata quàcunque leviori specie cultus immemorabilis concedantur hæc indulta Officii, & Missæ formali Beatificationi æquipollentia, quæ cultum ipsum de minori ad majorem speciem attolerent juxta illa, quæ Reverendissimus Promotor bo me: Bottinius ponderavit in Animadversionibus in Causa *B. ati Amadei de Sabaudia.*

Nec officit replicatio, quòd ab erectione Altarium, quamvis Auctoritate Apostolica expletæ non procedat de Jure illatio ad concessionem Officii & Missæ, cùm id vetitum sit vigore Decretorum Sa: Mem: Alexandri VII super Cultu Beatis adhuc non canonizatis præstando, ubi litteraliter habetur, quòd concessâ erectione Altarium, non ideò Missam, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur.

Quoniam longè distat casus illationis à concessione Altaris ad præsumptionem concessionis Officii, & Missæ ab alio, in quo versamur; in priori si quidem vis consistit in eo, quod ex una specie Cultûs plenè probata interdicitur facultas eliciendi probationem alterius speciei, quæ probata non sit quod quidem summo Jure cavit Sedes Apostolica, ne sensim aperiretur via procedendi per probationes leviores in materia gravissima cultûs; in secundo vero casu agitur tantùm de adducendo pro specie cultûs æquipollenti Beatificationi erectionem Altarium, vel quid aliud simile, quod nil commune habet cum priori casu; à separatis enim nunquam permittitur illatio, vulgata *l. Papinianus ff. de Minor.*

Cæterum, quamvis ex his cessare videatur omnis difficultas, nihilominùs ad effectum de quo agitur, exuberat ingenua Rmi. Promotoris declaratio cùm enim ipse in *§. Transeundo* admittat propter peculiares circumstantias fuisse concessam celebrationem Missæ, & recitationem Officii in honorem eorum, quorum tamen respectu cultus immemorabilis in alijs speciebus consistens probatus non fuit quoad Officium, & Missam; indubitatum est vice versa, quòd in casu præsenti concurrant circumstantiæ adeò conspicuæ qualitas nempè Martyris, & causæ Martyrij, ac perrennitas prodigiosi conservationis linguæ post lapsum trium sæculorum, aliæque ponderatæ in Memorali *§. Idque ipsum & seq.*, ut proindè res undíque ponantur in tuto.

Absquè eo, quod urgeat contraria ponderatio, quòd, si in præsenti consessu admittatur petitio Gratiæ, nimis præcipitanter actum, dici possit, cùm paululum temporis effluxerit à Signatura Commissionis, & confirmationi Sententiæ canonizatoriæ cultûs immemorabilis; respondetur enim, quòd quotiès juxtà stylum inconcussum plenè, ac funditùs meritis negoc

d

discussis prænotatæ resolutiones emanârunt, idque actum est apud Sapientissimos, & gravissimos Patres, Sedis Apostolicæ auctoritate procedentes, quæcunque præcipitantiæ suspicio exulare debet; eo vel maximè, cùm novum non sit, quòd vix lapsô bimestri tempore ab approbatione cultûs concessum fuerit Indultum Officij, & Missæ; adest enim punctuale exemplum in causa B. Salomeæ Reginæ Haliciæ, seù Galliciæ, in qua, cùm die 6. Maij 1687. prodiisset resolutio approbativa cultùs, die 22. Augusti ejusdem anni emanavit concessio Officij, & Missæ.

Similitèr non subsistit alia oppositio, quòd non exhibeantur Instantiæ Episcoporum pro consecutione Indulti, de quo res est; nàm contrarium resultat ex Catalogo plurium Epistolarum hanc instantiam præferentium, ubi præter excelsas Personas Austriacæ Domûs, ac Regis Poloniæ recensentur Eminentissimi Cardinales, Magni Principes, Archi-Episcopi, & Episcopi totius Germaniæ id ipsum deprecantes *Sum. Memorialis num. unic.*

Supervacanea hinc detegitur subalterna objectio, quòd licèt Sancta Sedes, quando agitur de Martyre, benignè rigorem in ejusmodi concessione relaxat, nihilominùs maturè, ac parcè procedere consueverit, allatô exemplô Beati Petri de Arbues in cujus causa prò quibusdam tantùm Locis, nativitatis, nempè Martyrij, & Ecclesiis Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum Gratia concessa fuit.

Nàm respondetur exemplum hoc remanere inapplicabile, tùm quia in dicto casu processum fuit per viam Beatificationis formalis, & consequenter cùm illius effectus restringi deberet tantûm ad certa loca ex quidditate actûs, ad tramites ipsius regulanda erat concessio ipsa Officij, & Missæ; quod secus quidem se habet in casu præsenti, in quo positô cultu immemorabili, ille propagatus reperitur per diversas mundi Partes, uti probatum fuit in responsione ad Animadversiones Reverendissimi Promotoris super cultu immemorabili §.50. & summâ perspicuitate expressit Augustissima Imperatrix Elisabetha in duplici Epistola, 2. nempè, & 3. in ordine in Collectione Epistolarum aliàs distributa; tùm quia in causa Beati Petri de Arbues non aderant tot Instantiæ Supremorum Principum, aliarúmque Personarum Ecclesiasticarum, prout, in casu; tum demum, quia certissima sunt exempla plurium causarum, in quibus indultum Officij, & Missæ concessum fuit non pro aliquo tantùm loco, sed pro toto Regno, & Ditione alicujus Principis.

Nilque refragratur animadversio, quod respectu ejusdem Beati Petri de Arbues ideò emanavit concessio Indulti Officij, & Missæ, quatenùs præcessit rigorosum examen Martyrij, ejusque causæ cum formali Beatificatione; plana quippè est responsio, quod in hypothesi hac exuberat probatiò cultus immemorabilis, & consequentèr non adaptatur paritas dicti casûs valdè

